17417

SCRIPTORUM

DE

MUSICA MEDII ÆVI

NOVAM SERIEM A GERBERTINA ALTERAM

COLLEGIT NUNCQUE PRIMUM EDIDIT

E. de Coussemaker

E GALLIÆ IMPERIALI INSTITUTO, EX AUSTRIÆ IMPERIALI ET BELGII REGIA ACADEMIIS, E LONDINI REGIA ANTIQUARIORUM SOCIETATE, ETC., ETC.

GENERAL LIBRARY University of MICHIGAN

TOMUS III

PARISIIS

A. DURAND et PEDONE-LAURIEL, via dicta RUE CUJAS, 9.

—

M DCCC LXIX

Digitized by Google

DUCENTA ET QUINQUAGINTA TANTUMMODO EXEMPLARIA TYPIS EXPRESSA SUNT

NUMERISQUE SIGNATA

Digitized by Google

Transferred to
Tunstede
6-10-65

PRÆFATIO.

Hocce volumen fere nullos nisi quartidecimi sæculi scriptores complectitur, scilicet quadraginta tractatus quorum ope, si quis voluerit, historiam musicam illius temporis, in obscuro maxima parte hactenus relictam, facilius cognoscet.

Quibusdam eruditis non omnes ignoti; plerique tamen, licet summæ utilitatis, penitus reconditi armariis latebant.

Non autem est mirandum, si plurimi eorum, in nonnullis operum partibus, eadem referunt, quum omnes eamdem vel propemodum doctrinam profiteantur.

Tractatus ullos ea de causa esse omittendos non censimus. Etenim, juxta nimias repetitiones, fere semper reperiuntur interpretationes quæ aut obscura illustrent, aut commemorationes habeant tum musicorum, tum operum, easque aliunde vane quærendas. Haud leviter igitur transmittenda sunt quæ nihil aliud ac repetitiones esse videantur, ne documenta utilia, imo necessaria, amittamus. Quapropter, tractatuum qui speciem ejusdem rei bis referant, dum revera diversa documenta contribuunt, nullum esse negligendum existimavimus, nisi qui prorsus nihil momenti contineret. Completus est igitur hic tertius tomus, in eoque nullum fuisse operi Tinctoris spatium sane moleste ferimus; instantibus vero causis parere oportuit. Donec enim volumen prælo subjacebat, tot et tanti ponderis manuscripti plurimorum liberalitate ad nos pervenerunt, ut totum locum jam occupaverint. Itaque non solum Tinctoris, sed Tunstedi, Theinredique tractatus ad tempus omittere necesse fuit.

Digitized by Google

Decebatne nostris collectaneis hic finem imponere, illaque opera et quædam alia haud minoris pretii relinquere? Qua de re quum in dubio animus staret, eruditorum consilio expetito, omnes talia non prætermitti posse, nisi cum gravi jactura, arbitrati sunt, nos ad lacunam implendam magnopere hortati. Nobilis igitur artis musicæ solo amore commoti, nos quartum tomum mox aggressuros statuimus, in quo Johannis Tinctoris, Tunstedi, Theinredi, Johannis Gallici, dicti Carthusiensis vel de Mantua, Antonii de Luca, Nicolai Parmensis, aliorumque opera edentur.

In hoc autem tertio tomo tres tractatus lingua vulgari, videlicet Gallica, Italiana Germanica scriptores reperire est. Et nunc, sicut in tomis præcedentibus, tum biographica, tum bibliographica summaria producemus.

I

MAGISTRI MARCHETI DE PADUA

BREVIS COMPILATIO IN ARTE MUSICÆ MENSURATÆ.

(Pag. 1.)

Marchetus de Padua, sic forte cognominatus quia ex hac urbe originem duxit, finiente tertiodecimo ineunteque quartodecimo sæculo florebat. Cujus de vita nihil notum habetur. Eratne religiosus an clerus? Tam e titulo *Magistri*, in ipsius tractatibus assumpto, quam e consuetudinibus cum fratre Syphante, cujus mox sermo erit, eum canonicum vel monachum fuisse verisimile est.

Marchetus duo scripsit opera musica, quorum prius est, *Lucidarium in arte musicæ planæ;* alterum, *Pomerium in arte musicæ mensuratæ* [1].

Horum utrumque non solum explicationes interpretationesque de arte pratica continet, sed etiam sententias theoricas quæ practicis ejus temporis repugnant. Suntne hæ sententiæ Marcheto propriæ? Si attente consideremus ipsum dixisse « opus composuisse « adjuvante fratre Syphante de Ferraria, ordinis prædicatorum, tam circa libri ordinem « quam in ipso libro necessarias suas philosophicas rationes »[2], eo adducimur ut credamus

1 GERBERTI SCRIPTORES, t. III.
2 Ibid., pag. 65.

Digitized by Google

res speculativas monachi Ferrariensis esse, Marcheti vero practicas. Quam inductionem confirmare videtur Frater Johannes Gallicus, dictus Carthusiensis vel de Mantua.

Quidquid id est, licet ejus theoricæ sententiæ majoris pretii consideratæ fuerint quam practicæ, haud minus utiles esse has quam illas arbitramur, eo quod utræque artis habitum in fine tertiidecimi sæculi illustrant. Ibi enim de musicæ mensuratæ transformationibus reperiuntur prima vestigia quæ quasi transitus inter artem veterem et novam haberi possunt.

Sub fine *Pomerii*, in quo de his agitur, apud Gerbertum multa sunt obscura et exempla pleraque mendosa. Planius accuratiusque transcripta sunt in tractatu quem hic edimus juxta codicem sancti Deodati de quo jam dictum est [1]. Quæ autem tum apud Italos, tum apud Gallos doctrina tunc viguerit, qualiterque apud utrosque differret, ibi lucide exposita sunt. Cæterum, in nostro libro cui titulus : « *L'Art harmonique au* XIV^e^ *siècle* » enodatius hæc explicabuntur.

II

JOHANNIS DE GARLANDIA

OPTIMA INTRODUCTIO DE CONTRAPUNCTO.

(Pag. 12.)

In tomi primi præfatione rationes proposuimus [2] ex quibus inferendum sit duos hujus nominis extitisse auctores qui, fere uno sæculo interposito, de musica scripserunt. Ab eodem enim et tractatum ex Jeronimo de Moravia excerptum [3], et illum ex quo loca protulerunt Robertus de Handlo [4] atque Johannes de Hanboys [5] componi non potuisse monstravimus. Posterioris autem est tractatus hic typis mandatus, qui dimidio sæculo et amplius prioris ab opere distat.

Prior Johannes de Garlandia, in Anglia circa annum 1190 natus, in Oxoniensi schola litteris artibusque vacavit. Circa annum 1210, Parisiensis Universitatis quum auditiones

1 Vide præfationem t. I, pag. XII, et t. II, p. X.
2 Tom. I, p. IX.
3 Ibid., p. 97.
4 Ibid., p. 383.
5 Ibid., p. 403.

Digitized by Google

obiisset, omnes gradus assecutus, inter doctores admissus est. Mox ipse in septo Garlandiæ scholam instituit, unde dictus est Johannes de Garlandia.

Anno 1229, Universitatis prælectionibus aliquantisper intermissis, officium Magistri in Studio Tolosano, tunc nuper constituto, inivit.

Lutetiam vero quum rediisset anno 1232, scholam Garlandiæ rursus aperuit. Quæ eodem anno evenerunt, ultima sunt de quibus sit sermo in poemate « De triumphis ecclesiæ », Tolosæ inchoato. Unde videtur eum paulo post vita defunctum.

Quæ breviter de vita ejus perstrinximus, e notitia qua in lucem protulit Johannem de Garlandia vir eruditissimus Gatianus Arnoult, collegimus [1].

Haud dubium esse videtur de hoc Johanne de Garlandia locutum esse Philippum de Vitriaco, quum dixit « secundum Magistrum Johannem de Garlandia, quondam in « Studio Parisino expertissimum atque probatissimum [2] »,

Hæc omnia in auctorem qui non aliam sequitur quam quæ a Philippo de Vitriaco inventa dicitur doctrina, manifeste non quadrare possunt; unde patet igitur tractatum quem hic edimus, sæculo quartodecimo alterique Johanni de Garlandia ac Magistro Studii Parisini, de quo superius, assignandum esse.

Qui tractatus a R. P. Anselmo Schubiger, Benedictino monasterii Einsidlensis, eximioque inter eruditissimos musicos, e codice ejusdem conventus exscriptus est [3], cui gratias maximas agimus.

III

ARS NOVA PHILIPPI DE VITRIACO.

(Pag. 13.)

Philippus de Vitriaco, de musica scriptor celeberrimus. Eratne idem ac Meldensis Episcopus ejus nominis? Quod apud quosdam pro incerto habitum esse videtur, revera nulli dubium esse potest.

1 « Jean de Garlande, docteur-régent de grammaire à l'université de Toulouse de 1229 à 1232 », par A.-E. Gatien-Arnoult. (*Revue de Toulouse*, 1er février 1866.)

2 Vide inferius, p. 23.

3 Hujus codicis descriptionem vide infra, pag. XIII.

Digitized by Google

Philippum enim de Vitriaco, Episcopum, in musices studio versatum fuisse dicit Domnus Toussaint du Plessys [1]; eum fuisse egregium musicum scripsit Rigoletus de Juvigny [2]; neuter vero argumentis rem confirmat. « *Galliæ Christianæ* » auctores in eamdem opinionem concurrunt quam geminato quidem testimonio corroborant, scilicet nonnullis versibus a Gasseo de Vineis [3] scriptis, epistolaque Johannis de Muris. Quæ documenta tamen, quum haud produxerint, hic inserere visum est. Sequuntur versus Gassei de Vineis :

Et si l'oisel se va baigner....
On ne le doist mie blasmer....
Car garison selon nature
Désire toute créature.
De sa douleur, si comme dist
Un acteur, qui le nous escrist,
En un motel qu'il fist nouveaulx
Et puis fu évesque de Meaulx.
Philippe de Vitry eut nom,
Qui mieux seut motets que nul hom. [4]

His verbis nihil opponendum esse videtur.

Una tantum Johannis de Muris epistola in codice Parisiensi, 14736, reperitur, cui est titulus : « Epistola Johannis de Muris ad Philippum de Vitriaco episcopum Meldensem [5] », quæ sic incipit :

O Philippe, tuo mihi qui tua vota jubere
Tu venerande potes, presencia corrige metra
Que tibi devovens, ut ei qui unus in orbe
Dignior hoc opere titulum cum codice trado etc.

Hæc est sine dubio Epistola de qua loquuntur auctores *Galliæ Christianæ;* quæ autem nihil aliud est nisi parvulus tractatus de numeris.

1 Histoire de Meaux, tom. I, p. 258.

2 In editione operis « *La Croix du Maine* », tom. II, p. 245.

3 Gasse de la Vigne, de la Bigne vel de la Buigne; Paulin Paris, les Manuscrits français, etc., t. III, p. 182.

4 Déduis de la chasse des bestes sauvages et des oiseaux de proie. Edition de Gaston Phébus, comte de Foix. Paris, Trepperel, in-folio gothique, les Œuvres de Philippe de Vitry — Tarbé, ibidem, p. XIV. — Paulin Paris, ibidem.

5 Quæ Epistola a Leopoldo Delisle nobis benovole indicata est.

Digitized by Google

Quæ ipsa sola, si minus firmum argumentum est ad probandum utrumque Philippum unum atque eumdem esse, firmius fit altero adjuncto documento ex quo sequitur Johannem de Muris non episcopo, sed musico dedicavisse suum poema. Quod documentum est quidam tractaculus de numeris harmonicis [1] quem composuit, anno 1343 [2], Leo Hebreus, petente Philippo de Vitriaco. Hæc verba Leonis : « In Christi incarnationis « anno 1343, nostro opere mathematico completo, fui requisitus a quodam eximio « magistrorum in scientia musicali, scilicet a Magistro Philippo de Vitriaco de regno « Francorum, ut demonstrarem etc. »

Philippum igitur de Vitriaco fuisse poetam, musicum et episcopum pro certo habendum est.

Priusquam musicum consideremus, de viri vita pauca dicendum. Hac in re tam copiosam, tam præclara eruditione ornatam sequemur notitiam [3] quam doctus Tarbé, e Galliæ Instituto, in capite libri cui titulus : *Les œuvres de Philippe de Vitry*, Reims, 1850, præmisit.

Ac primo, perquirens dictus Tarbé ubi natus esset Philippus, undecim invenit pagos Vitry nomine, quorum sex in Campania positos; unde Philippum Campaniensem fuisse censet, tum eo quod viri haud pauci hujus familiæ in Annalibus Campaniensibus citantur, tum quod Eustachius de Campo inter scriptores hujus provinciæ Philippum de Vitriaco enumerat [4]; quod certe non fecisset, si eum haud Campaniensem habuisset.

Hæ rationes magni quidem sunt ponderis; attamen Philippum de Vitriaco, secundum Burney [5], in Arvernia vitam auspicatum esse, advertendum est.

1 Leonis Hebrei tractaculus in codice, 7378 A, Bibliothecæ imperialis Parisiensis invenitur quem descripsimus in nostro libro : « Histoire de l'harmonie au moyen-âge », p. 214. Cujus autem descriptionis quædam ita sunt corrigenda : Tractatus primus f° 41 qui sic incipit « Quoniam musica », etc. est Johannis de Muris *Musica speculativa*. Ultimus, qui solus Philippi de Vitriaco nomen habet, inter illos qui in hocce volumine eduntur, haud reperitur; de intervallis, de notis, de perfectionibus et imperfectionibus, de pausis etc., dicit. Quamvis scripture renovatio tentata fuerit, in maxima parte non legi potest.

2 In eodem libro : « Histoire de l'harmonie au moyen-âge », p. 214, legitur 1303, sed errore typographico.

3 Recherches sur la vie et les ouvrages de Philippe de Vitry.

4 Ibidem, p. VI. — Œuvres inédites d'Eustache Deschamps. T. I, p. 147, 148.— T. II, p. 144, 146.

5 His seventh chapter (tractatus Thomæ Tewkesbury adscripti) has for title *de Figuris inventis a Francone, et de Inventione Minime*, which last he says, was added by Philip de Vitriaco of Auvergne, the flower of musicians in the whole world. — « A general History of music ». T. II, p. 209-212.

Digitized by Google

Quo tempore natus fuerit quum Tarbé disquirit, primo demonstrat Philippum illum qui, anno 1285, regis Philippi Pulchri a secretis fuit, non eumdem fuisse ac Episcopum Meldensem qui de vita cessit anno 1361. Hic vero quum idem obierit munus, regnante Carolo Pulchro, id est ab anno 1321 ad 1327, infert præfatus Tarbé, recte quidem sententia nostra, Philippi Pulchri ministrum fuisse patrem Episcopi Meldensis, eumque inter annos 1285 et 1295 natum.

A rege Philippo Valensi in eodem officio primum retentus, mox libellorum magister factus est; postea vero in Johannis Normaniæ ducis consilium domesticum admissus.

Hoc turbido tempore, dum in Gallia sævirent Angli, Philippus de Vitriaco viriliter arma pro patria sumpsit. Deinde, anno 1350, apud sumnum Pontificem acceptissimum aditum Regi præparavit, et postquam ab Avenione rex discessit, aliquandiu in Curia Papali commoratus, per id tempus gradus ecclesiasticos obtinuisse creditur.

Cui mandati finis quum vitæ publicæ finem fecisset, paulo post in episcopum Meldensem electus, munera ecclesiastica haud minus studiose quam civilia explevit.

Philippus de Vitriaco matrimonio conjunctus, plures filios habuit qui præstantissimis officiis functi sunt.

Inter rerum publicarum curas temporisque commotiones, musica ac poetica opera composuit. Ovidii metamorphoseon translatione in Gallicam linguam nomen poetæ adeptus est.

Nunc inspiciamus quid de musica fecerit. E testimonio Leonis Hebrei, jam superius visum est Philippum de Vitriaco eximium inter regni Francorum musicos æstimatum fuisse. Theodoricus de Campo in tractatu *De musica mensurabili* de eo dicit : « Magister Philippus flos et gemma cantorum [1] ». Simon Tunstedus et quidam anonymus Musæi Britannici fere eadem verba faciunt : « Minima autem, inquiunt, in Navarina inventa erat, et a Philippo de Vitriaco, *qui fuit flos totius mundi musicorum*, approbata et usitata [2] ».

Ea musicorum Magistrorum sententia haud minoribus verbis utuntur cæteri auctores.

1 Vide inferius, pag. 191.
2 Vide inferius, pag. 337.

Digitized by Google

Epistolam ei misit Petrarca quæ, in codice latino Bibliothecæ Imperialis nº 8568, inscribitur : « Ad Philippum de Vitriaco musicum [1] ».

Eustachius de Campo Philippum de Vitriaco et Guillelmum de Mascandio in æquo ponit, utriusque famam testatus :

> Vitry, Machault de haute emprise
> Poetes que musique ot chier [2].

Sæpe eum laudibus extollunt Angliici scriptores. Guillelmus Cornish, Henrici VII cantorum magister, Philippum de Vitriaco, Johannem de Muris, Boecium ac Guidonem in eodem dignitatis gradu collocat :

> And the first pryncipal, whose name was Tuballe,
> Guido, Boice, John de Muris, Vitryaco, and them al [3].

Alia non pauca invocare possemus; jam vero tempus est dicendi de Philippo musico et musices scriptore.

Omnes ejus ætatis auctores consentiunt ei quædam inventa tribuenda esse quæ musicam polyphonam in artem novam mutaverint. Tria præcipua sunt :

1º Tertia sextaque pro consonantiis habitæ;

2º Rhythmus binarius numerorumque proportiones in mensuris indicandis ;

3º Notæ minores semibrevi, scilicet minimæ et semiminimæ.

Quidam artis poeticæ scriptor cujus liber manuscriptus [4] olim in bibliotheca docti Montmerqué servabatur, inventa a Philippo de Vitriaco breviter sic enumeravit :

« Après vint Philippe de Vitry, qui trouva la manière des motés et des balades, et « des lais et des simples rondeaux, et en la musique trouva les .iiij. prolacions et les « notes rouges et la nouveleté des proporcions [5] ».

Hoc autem satis, præsertim cum amplioribus explicationibus locus non suppetat.

1 Paulin Paris, Les Manuscrits français, t. III, p. 180. — In editione Lugdini apud Crespinum, 1601, titulus est : « Franciscus Petrarcha, Philippo de Vitriaco, musico ».

2 Œuvres inédites de Deschamps. T. I, p. 147.

3 A Burney, A General History of musik, t. II, p. 209.

4 Qui liber sic inscribitur : « Cy commencent les règles de la seconde rectorique ».

5 Tarbé. Ibib.. pag. XIV. — F. Wolf. Uber die lais. Pag. 141.

Digitized by Google

Philippus de Vitriaco, ut dictum est, musicus compositor et musices scriptor, carmina quæ vocantur *Ballades, Lais et Rondeaux* composuit; sed deperdita videntur, quum de eis nullum appareat indicium. Nihil aliud attulerunt investigationes nostræ nisi opusculum unum, tribus vocibus compositum, nonnullorumque aliorumque titulos. Quæ jactura eo molestior est quod musicæ coaptata erant carmina, hocque modo pleraque ejus opera de arte in qua excelluit, nos fugiunt. In nostro libro : *L'Art harmonique au XIVe siècle*, attente considerabimus quali auctoritate fuerint Philippi de Vitriaco opera. Hic solummodo de scriptis doctrinalibus disseremus.

Quatuor tractatus Philippo adscripti in hocce volumine eduntur. Quorum primus ac notissimus « Ars nova », in codice Barberino Romæ contentus, ex exemplari descripto ad usum P. Martini, hodie in Lyceo musicali Bononiensi servato, hic typis mandatur.

Inter alia, de musica ficta utili ac necessaria ad bonas consonantias obtinendum dissonantiasque evitandum tractat. In capitulis de modis perfectis ac imperfectis, notarum rubearum inventionem exponit.

IV

PHILIPPI DE VITRIACO

ARS CONTRAPUNCTI.

(Pag. 13.)

Hunc tractatum habent quatuor codices : Vallicellanensis, Einsidlensis, Mediceo-Laurentianus atque Bononiensis.

Vallicellanensis quartidecimi sæculi præter tractatum Philippi de Vitriaco quosdam alios complectitur, quos descripsit A. de la Fage[1].

Codicis Einsidlensis nobis dedit amplam descriptionem Domnus Anselmus Schubiger, dicti monasterii monachus Benedictinus. « Sex tractatus de musica, inquit, continet codex « manuscriptus Einsidlensis, n° 689, qui per dicti monasterii bibliothecarium P. Gallum « Morel, anno 1841, a quodam bibliopola Bresciæ emptus, ab interitu vindicatus « fuit. Nitide et eleganter ineunte sæculo XV Paduæ, ut videtur, scriptus, complectitur « octo varios tractatus de musica, et quidem ordine sequenti :

1 Essais de diphthérographie musicale, pag. 239.

Digitized by Google

« 1° folio 1-44 : *Marcheti de Padua Lucidarium*, quem tractatum iisdem fere verbis « abbas GERBERTUS, in opere suo « Scriptores de musica » ex quodam codice bibliothecæ « Ambrosianæ Mediolanensis edidit ».

« 2° fol. 44 et 45 : *Optima introductio in contrapunctum pro rudibus*, auctore, uti « saltem videtur, Johanne de Garlandia. Tractatus hucusque ineditus ».

« 3° fol. 46-51 : *Ars contrapunctus secundum Philippum de Vitriaco*, hucusque itidem ignotus ».

« 4° fol. 51-56 : Tractatus *de Contrapunctu per Prosdocimum de Beldemandis*. Auctor fuit Paduanus et scripsit varia opuscula de musica plerumque inedita [1] ».

« 5° fol. 75-81 : *Libellus monocordi compilavit Prosdocimus de Beldemandis*. Ab hoc musicæ scriptore solummodo « Tractatus planæ musicæ in gratiam Mag. Antonii de Pontevico » typis mandatus fuit [2] ».

« 6° fol. 81-83 : *Divisio monacordi;* auctore incognito, sed pro dolor! opus abruptum et incompletum. »

« 7° fol. 83-89 : *Libellus practicæ cantus mensurabilis secundum Johannem de Muris*, ineditus [3] ».

« 8° fol. 91-100 : *Rubrice theorice cantus secundum Johannem de Muris*, quem Tractatum abbas Gerbertus quoque suis « Scriptoribus » sub titulo « Johannis de Muris Musica Speculativa », tomo III, pag. 256, inseruit ».

« Præterea notandum, codici memorato duos alios insuper tractatus qui nunc desiderantur, primitus annexos fuisse, quod non solum ex indice vel tabula istius libri, sed etiam ex defectu paginarum constat. Primus istorum tractatuum ab auctore anonymo scriptus, spatium a fol. 57-75 olim supplevit et in indice supradicto sequenti modo designatur : « Libellus cantus mensurabilis. Prologus. Tractatus. 1, De sex figuris ; 2, De prolatione, de pluribus regulis declaratoriis predictorum; 3, De alteratione; 4, De puncto; 5, De signis, de declaratione predictorum ; 6, De ligaturis; 7, De pausis; 8, De sincopa; 9, De diminutione; 10, De augmentatione; 11, De colore; 12, De (talea?). Nichil deest. »

1 In hoc volumine edita sunt inferius pag. 193, 200, 228, 248, 258.

2 SCHILLING, « Universal Lexicon der Tonkunst », verbo Beldemandis.

3 Vide inferius, pag. XVII et 46.

Digitized by Google

« Simili modo eodem indice hujus codicis fol. 106-116 sequentia indicantur: « *Rubrice tractatus secundum Antonium Monachum ac Paduanum :* 1° De prologo; 2° De divisione proportionis; 3° De divisione proportionis majoris inequalitatis; 4° De duplici proportione composita; 5° De proportione rationalis minoris inequalitatis. Tractatus II, De proportionibus musice mensurali applicabilibus. »

« Hæc duo ultima opuscula de musicæ arte tractantia omnino deperdita esse non constat, cum forsitan adhuc in aliqua Italiæ bibliotheca lateant. Utut sit, certum est, inter istos octo nostri codicis tractatus, sex adhucdum superesse ineditos, quos ad historiam musicæ artis illustrandum, ut in « Novam Seriem Scriptorum medii ævi » inserantur, dignos esse judicamus. »

Codex Mediceo-Laurentianus (Plut. XXIX cod. 48), pretiosum volumen XV sæculi, octodecim tractatus de musica et nonnulla excerpta comprehendit, inter quos reperiuntur opera Guidonis Aretini; Aureliani Reomensis « Musica disciplina »; Johannis de Muris « Libellus, etc. »; Philippi de Vitriaco « Ars contrapuncti »; nonnullique anonymi inter quos qui in hoc volumen infra p. 379 editus est.

Codex Bononiensis nihil aliud continet nisi exemplar e codice Florentino exscriptum. Ex his quatuor codicibus data est nostra editio.

Ars contrapuncti in tres partes divisa est : prima tractatur de intervallis; secunda de musica ficta; tertia de contrapuncto, symphoniisque harmonicis. In quo tractatu primum adhibita sunt et verbum *contrapunctus* et nomina *tertia, sexta, quinta, octava* adscripta intervallis antea vocatis ditonus, tonus cum diapente, diapasonque.

V

PHILIPPI DE VITRIACO

ARS PERFECTA.

(Pag. 28.)

Codex e quo depromptus est hic tractatus cujusdam nobis ignoti bibliophili Vindobonensis erat, quum circa annum 1856, hujus operis exscribendi facultatem obtinuit amicus noster Ferdinandus Wolf, magno scientiarum litterarumque detrimento nuper defunctus. Qui quidem codex insuper continet :

Digitized by Google

1° Tractatum anonymi quem edimus infra pag. 398.

2° De contrapuncto artis novæ Philippoti Andreæ.

3° Tractatum Magistri Philippoti Andreæ artis novæ. Hunc vero Philippoto Andreæ adscriptum, quum sine dubio Philippi de Caserta sit, infra p. 119, edimus variis cum lectionibus Vindobonensi codice excerptis. In calce hujusdem tractatus inveniuntur : 1° Divisio sonorum; 2° Tabula Pythagoræ; 3° Carmen duabus vocibus compositum et in figura lyræ (vulgo dictæ *harpe*) delineatum, quod sic incipit : « La harpe de mélodie » — valde curiosum opusculum quod etiam reperitur in codice Ducis Albæ-Mariæ.

4° Ars perfecta in musica Magistri Philippi de Vitriaco. Quam mentionem, qualiter in calce tractatus invenitur, transcribere visum est, quamvis e quodam in capite operis loco (vide p. 23) dubium an scriptor fuerit Philippus; ipsius vero doctrinam esse nemo inficias ibit.

VI

PHILIPPI DE VITRIACO

LIBER MUSICALIUM.

(Pag. 35.)

Quem tractatum in codice Argentoratensi asservatum, anno 1411 exaratum fuisse, e mentione in calce posita patet. Existimavit Jung, unus ex novissimis hujus urbis bibliothecariis, auctorem fuisse amanuensem Henricum de Laufenburg, cui etiam opuscula musica sub nomine Henrici in eodem codice adscripsit. Quum hujus codicis scriptura eadem manu sit qua, secundum Jung, alii libri indubitanter dicto Henrico assignati, exarati sunt, hanc assertionem admittere decet. Non vero item est de opusculis musicis, quum trium musicorum nomine Henrici opera contineat codex, qui sunt : Henricus Hessmann, Argentoratensis; Henricus de Libero Castro; aliusque Henricus absque nomine patronymico, verisimiliter Henricus de Laufenburg.

Liber in duas partes divisus est quarum prior complectitur : 1° tractatum Philippi de Vitriaco de quo hic agitur; 2° tractatum in lingua Germanica scriptum, in hoc volumine

Digitized by Google

editum[1]; 3° alium in eadem lingua : *Von der Monocordion;* 4° alium : *de organis;* 5° ultimum sub titulo : *Aliæ regulæ*, cujus pars *de minimis notulis* infra edita est[2].

Altera pars continet undecim et ducentas compositiones musicas, duobus, tribus et quatuor vocibus, auctorum qui XIV et XV sæculo floruerunt. Aliis nomina sunt, desunt aliis. Ut autem hujus præfationis fines non transgrediamur, omittenda sunt quæ in eis utilia sunt historiæ de arte musicæ, quum in alio libro, qui mox in lucem proferetur, de his acturi simus.

Ad Philippi de Vitriaco tractatum redeamus. Quamquam in codice Argentoratensi solo invenitur, nihil attributioni adversare videtur, quippe quam gravius argumentum confirmet, quum doctrina tota, quam in præcedentibus suis operibus deposuit Philippus, in hoc adhuc apertiore via et ratione procedat.

VII

JOHANNIS DE MURIS

LIBELLUS PRACTICE CANTUS MENSURABILIS.

(Pag. 46.)

Quæ de vita Johannis de Muris præcipuisque operibus nota essent, in tomi secundi præfatione memoravimus[3]; quumque de his nihil amplius abhinc acceperimus, ad tunc dicta referendum est. Admoneatur tantum lector nos de tractatibus musicæ mensuratæ et discantus quædam in dubio posuisse.

De tractatu musicæ mensuratæ Johanni de Muris adscripto in præsenti loquemur. Titulus in omnibus codicibus is est : *Libellus practice cantus mensurabilis secundum Johannem de Muris.* In nullo autem indicia authentica inveniuntur quæ tractatum ab ipso scriptum esse demonstrent.

Attamen nullus tunc temporis codex, nullusque scriptor non consentit ad Johannem de Muris tribuendam hujus libri doctrinam.

1 Infra, p. 411.
2 Infra, p. 413.
3 T. II, Præfat., p. XII.

Digitized by Google

Non paucæ bibliothecæ hunc tractatum possident, scilicet : Parisiensis [1]; Sancti-Deodati [2]; Einsidlensis [3]; Vallicellanna [4]; Pisæa [5]; Palatina [6].

Non pauci quoque scriptores eum divulgaverunt, alii commentaria addentes, alii doctrinam sibi vindicantes; hi sunt :

1° Henricus de Zelandia [7] qui, ut videtur, finiente sæculo quartodecimo floruit;

2° Ugolinus de Urbe Veteri in tractatu : « Musica disciplina » [8];

3° Antonius de Luca [9];

4° Christianus Sadze de Flandria [10];

5° Prosdocimus de Beldemandis in opere : « Expositiones tractatus practice cantus mensurabilis Magistri Johannis de Muris [11] »;

6° In Musæo Britannico invenitur hujus tractatus exemplar manuscriptum cujus in calce legitur : *Qd Dunstable* [12].

Ex his patet quod inter scriptores nullus non est consentiens ad Johannem de Muris adscribendum, qui tractatum, qui doctrinam. Cui tamen attributioni graviora objici possunt, objiciunturque.

Primo dicitur hujus tractatus doctrinam sententiæ à Johanne de Muris prolatæ in « Speculo musicæ » repugnare.

Ad hanc discrepantiam interpretandam, supponendum est eum ad meliorum sententiam confugisse, *Artis novæ* magna utilitate experta et recognita. Quod nihil insolitum esse videtur. Quum enim attente legas *Speculi musicæ* septimum librum, videbis Johannem

1 Bibliot. Imper., fundi latini n° 7363.

2 Vide : « Notice sur un manuscrit musical de la Bibliot. de Saint-Dié », Paris, 1859, p. 19. — Johannes de Muris ibi hujus tractatus auctor expresse dicitur.

3 Vide supra, pag. XIV.

4 Ms. B. 85. — A. de la Fage, Essais de diphthérographie musicale, p. 240.

5 Ibidem, p. 386.

6 Ms. 1377; in hoc codice titulus est : « Tractatus artis musicæ Gallicanæ ».

7 Vide supra, pag. XXI et infra pag. 119.

8 A. de la Fage, Essais de diphthérographie musicale, p. 116.

9 Vide infra sub n° XXXII, descriptionem tractatus.

10 Vide infra sub numero XXII.

11 Qui codex sæculi XV in Lyceo musicali Bononiensi asservatur.

12 Catalogue of the manuscript music in the British Museum, p. 76.

Digitized by Google

de Muris *Artis novæ* quasdam applicationes potius quam rem ipsam reprehendere. Non igitur mirum esset hunc doctum virum ac dialecticum in brevi tractatu *Artis novæ* regulas deposuisse, cujus manifesta utilitas oculis perspicacibus haud diu latebat. Id tamen, ut conjectura, tantummodo datur.

Objicitur quoque de notis vacuis sermonem esse in tractatu, dum substitutæ non fuerint notæ nigræ vacuæ pro rubeis, nisi postquam de vita decesserit Johannes de Muris.

Ad hoc respondetur : si, quod revera videtur, tractatum ipse non scripsit Johannes de Muris, fieri potest ut hæc phrasis « per notas rubeas et per notas nigras » ab ammanuensi posteriori in illam mutata fuerit : « per notas rubeas *sive vacuas nigras* et per notas nigras? »

Tractatum esse Johannis de Muris, maximo argumento est quidam locus quem continent Parisiensis, Einsidlensis ac Pragensis codices, videlicet hic : « Et nota quod « quidam cantores, scilicet Guillelmus de Mascandio et nonnulli alii imperficiunt, etc. » Qui modus indicativus monstrare videtur Guillelmum de Mascandio adhuc vivum fuisse, dum tractatus componeretur. Guillelmus autem de Mascandio Johannis de Muris æquævus erat.

Hæc vero omnia hypothetica manebunt et dubitatione æstuabunt, donec reperiantur clariora documenta.

VIII

ARS CONTRAPUNCTI SECUNDUM JOHANNEM DE MURIS.

(Pag. 59.)

Hoc opus typis mandamus duobus ex codicibus quorum unus in Bibliotheca Mediceo-Laurentiana, alter olim in Sancti Pauli Monasterio Ferrariæ asservatur ; in duas partes divisum est ; prior usque ad verba : « Cum notum sit omnibus » (pag. 60, c. 1) ; altera ab eo loco usque ad finem.

In duobus aliis codicibus, videlicet Ricardiano [1] ac Mediceo-Laurentiano [2], hæc altera pars anonymi tractatus infrapositi sub nº XXXII (pag. 379) divisionem alteram constituit.

1 A. de la Fage, Essais de diphthérographie musicale, p. 375 et 384.
2 Plut. XXIX, cod. 48.

Digitized by Google

Eadem altera pars in codice Vallicellano B. 83, et in alio inter libros nostros invenitur [1].

Quæ dicta altera pars ac prior Anonymi IV, sub nº XXXII edita, unum et idem opus sine dubio faciunt; quod si apud nos fuisset, quando alteram partem seorsum typis expressimus, non disjunctæ fuissent.

Neutram esse Johannis de Muris pro certo haberi potest; ignoti auctoris est opus.

IX

ARS DISCANTUS SECUNDUM JOHANNEM DE MURIS.

(Pag. 68.)

Tractatus hic, licet minus recta rationalique via procedat, magni tamen ponderis est pro tempore cui refertur.

E codice Gandavensi [2] desumptus est, quem sic inscribit auctor catalogi ejusdem Bibliothecæ : *Ars discantus et argumenta musicæ per Magistrum Johannem de Muris*, perinde ac si Johannes de Muris illum scripsisset; non vero ita sensimus; ideo, loco vĕrbi *per* scripsimus *secundum*. Quæ sequuntur nostram sententiam confirmant.

Qui hunc tractatum considerat, mox discernit eum partes varias omnino distinctas complecti. Quædam commentariis explanationibusque Johannis de Muris doctrinam illustrant; ultima vero auctoris est cujus ipse theoriam reprehendit [3].

Pars prima quæ infra (pag. 68 et 95) comprehenditur, de mensura et contrapuncto tractat. Quæ dicta sunt de mensura, doctrinæ Johannis de Muris recte congruunt; quæ de contrapuncto, scripta esse videntur post celebris doctoris obitum.

Notabilia sunt exempla in eo quod duplicibus intervallorum et linearum congeminationibus scripta sunt, spatiaque harmonica fere confestim reperiuntur.

In secunda parte (p. 95 ad 99) de proportionibus agitur. In tertia, de cantu plano. Quarta, cui titulus : *De diffinitionibus accidentium musicæ*, nihil aliud est nisi apud Gerberti scriptores [4] tractaculus : *Quæstiones super partes musicæ*, quibusdam autem cum variis lectionibus.

1 Quem codicem descripsimus infra sub nº XXXII.

2 Cujus codicis vide descriptionem in tomi II præfatione p. XVI.

3 Vide t. II, pag. 424.

4 T. III, p. 260.

Digitized by Google

Quinta : « *Sequuntur quædam notabilia et utilia* »; de notis perfectis et imperfectis indicationes tradit. Franconis, Philippi de Vitriaco cujusdamque Magistri dicti, *Johannis de Belle,* ibi invocatur docta auctoritas.

Sexta, « Conclusiones », jam a Gerberto editas [1], continet; quibus autem additæ sunt variæ lectiones atque exempla quæ apud doctum abbatem haud reperiuntur. Quas Conclusiones Gerbertus quoque Johanni de Muris adscribit, sed falso, quum, ut jam superius dictum est, Johannes de Muris, in « Speculo musicæ [2] », illas reprehendat; unde manifeste patet ipsum non esse earum scriptorem.

Quæ omnia demonstrant *Artis novæ* præcepta non adhuc firmiter stabilita fuisse tempore quo floruit Johannes de Muris.

X

HENRICI DE ZELANDIA

TRACTATUS DE CANTU PERFECTO ET IMPERFECTO.

(Pag. 113.)

Henricus de Zelandia verisimiliter sic nominatus, quia ex illa provincia ortus fuit, de musica scriptor est quem primus illustravit doctor Ambross in sua egregia musices historia [3]. Qui eruditus vir exemplar, in usum proprium e codice Pragensi exscriptum, nobis benignissime donavit. Divisus est tractatus in duas partes : prior de consonantiis in cantu plano usitandis disserit; altera autem nihil aliud est nisi opus : *Quilibet* etc., Johanni de Muris adscriptum, ut videtur supra (pag. XVII). Quasdam varias ac utiles lectiones præbet codex Pragensis.

XI

MAGISTRI PHILIPPOTI ANDREÆ

DE CONTRAPUNCTO QUÆDAM REGULÆ UTILES.

(Pag. 116.)

Qui tractaculus, quibusdam aphorismis versificatis compositus, musicisque exem-

1 Scriptores etc., t. III.
2 Vide Scriptorum etc., t. II, pag. 260.
3 Geschichte der Musik, Breslau, 1862-1868.

Digitized by Google

plis additis, typis mandamus e codicibus Einsidlensi, Vindobonensi ac Florentino.

In Einsidlensi, de quo dicitur supra [1], inveniuntur hæ regulæ immediate post Johannis de Garlandia tractatum; exempla vero desunt.

Codex Vindobonensis, de quo etiam supra [2], easdem complectitur regulas, omissis similiter exemplis musicis, ubi cuidam Philippoto Andreæ tribuuntur sub hoc titulo : « De contrapuncto Magistri Philippoti Andreæ artis novæ ».

Quis est is Philippotus Andreas?

In codice Parisiensi (fundo Italiano, nº 635), alioque Mediceo-Laurantiano, dicto Ms. Sguarcialupi, reperitur inter musicos quidam Magister Andreas, organista de Florentia, quem cum nostro unum et eumdem fuisse, si saltem nominis similitudini fides adhibeatur, rationi non repugnat.

In alio codice Mediceo-Laurantiano (Plut XXIX, c. 48) hæ regulæ ita designantur : *Quædam exempla de contrapuncto ac regulæ utiles.*

Illa exempla, illasque regulas excerpta esse e variis de contrapuncto tractatibus arbitratur A. de la Fage [3] qui codicem attente examinavit.

Horum excerptorum primum comprehendit regulas quas hic edimus cum exemplis. En cujusdam alius ultima verba : « Explicit ars contrapunctus secundum Magistrum Zachariam ». Hujus Magistri Zachariæ quædam opera musica continet codex Modenensis; alia autem dictus codex Sguarcialupi in quo Zacharias designatur « Cantor Domini nostri Papæ ». Eum auctorem esse excerpti supradicti, haud magni refert, quum nihil aliud præbet nisi, pro quoque scalæ musicalis gradu, indicationes tertiæ, quintæ, sextæ, octavæ, decimæ et duodecimæ.

De supradictis « *Regulas utiles de contrapuncto* » esse cujusdam Andreæ, fratremque Andream et Philippum Andream unum et eumdem fuisse auctorem conjici potest.

1 Pag. XIV.
2 Pag. XIV.
3 Essais de diphthéographie musicale. (Pars inedita apud libros nostros.)

Digitized by Google

XII

PHILIPPI DE CASERTA

TRACTATUS DE DIVERSIS FIGURIS.

(Pag. 118.)

Philippus de Caserta ita nominatus fuit verisimiliter, quia ortus de Caserta, Laborinorum Camporum urbe prima.

In quarto volumine operis cui titulus : *Annali civili del regno dei due Sicilie* (anno 1834, p. 88) dicit doctus Bernardus Quaranta Philippum de Caserta Neapoli vixisse, regnante familia Aragonensi, id est inter annos 1435 et 1490. Unde quidam inferunt inter 1445 et 1491 assignandum esse tempus quo floruit Philippus de Caserta, eumque ineunte sæculo quintodecimo natum fuisse. Si ita res se haberet, Philippum de Caserta, a Bernardo Quaranta citatum, non eumdem fuisse ac illum cujus inveniuntur compositiones musicales in codice Modenensi ac in codice Ducis Albæ-Mariæ, existimandum esset. Ibi enim scriptor signis quartodecimo sæculo propriis, notisque rubeis nigris commixtis usus est quas in Italia et Gallia parum fuisse adhibitas, post annum 1380, satis notum.

Quid vero in conjecturas confugere si supradictam mentionem Bernardi Quaranta cum re ipsa non insociabilem esse probemus. Et quidem admitti potest Philippum de Caserta sub Alfonso Aragonensi, id est circa annum 1435 vixisse, dum simul concedatur eum tunc senectutem adeptum, scilicet septuagenarium fuisse vel octogenarium. Unde sequitur quod circa finem quartidecimi sæculi floruit, quo tempore musica opera, tum quidem rarius, notis rubeis et nigris signata fuerunt.

Confirmari videtur hæc nostra sententia eo quod in tractatu Philippus de Caserta loquitur de notis rubeis et vacuis perinde ac si alterutra nullo cum delectu adhiberetur. Hoc recte congruit finienti quartodecimo sæculo, quod fuit tempus transitus inter duos modos notandi.

E quatuor codicibus hunc tractatum continentibus, duo notas rubeas, duo vacuas habent.

Digitized by Google

Qui codices asservantur in Bononiensi, Vindobonensi, Vaticana et Palatina bibliothecis.

Bononiensis e manuscripto, tunc in monasterio Sancti Pauli Carmelitorum Ferrariæ anno 1753 exscriptus fuit. Evanuit hoc magni pretii volumen simul cum monasterio; quo migraverit, nemo scire videtur. Interrogatus doctus Citadella, Ferrariensis tabularii custos, illius codicis nullum superesse vestigium nobis respondit. Ex codice Bononiensi datur nostra editio.

In Vindobonensi, Philippo Andreæ, sed falso, adscribi tractatum supradictum est.

Vaticanus [1] autem et Palatinus [2] in uno et eodem opere commiscent tractatum Philippi de Caserta et illum Egidii de Murino, ipsumque ita inscribunt : *Tractatus cantus mensurabilis secundum Magistrum Egidium de Murino.* Hunc et illum omnino esse distinctos et diversos, nulli dubium esse potest.

XIII

MAGISTRI ÆGIDII DE MURINO

TRACTATUS CANTUS MENSURABILIS.

(Pag. 124.)

Murino, ut verisimile est, hujus scriptoris est locus natalis. Nihil autem de vita notum habetur. An sit idem ac ille qui in codice Modenensi vocatur « Egidius ordinis heremitarum sancti Augustini » atque in codice ducis Albæ-Mariæ « Magister Egidius sancti Augustini », pro certo dicere difficile est; quod tamen probabilius.

Ægidius de Murino inter musicos est qui in membrana quadam Domni Grenier inter manuscriptos asservata, enumerati sunt. Spataro Ægidium de Murino « Clarum musicum [3] » vocat.

Invenitur Ægidii tractatus in codice Vaticano alioque Palatino, in quibus, ut modo dictum est, tractatui Philippi de Caserta additus est, ac si unum esset opus; quod autem manifestus est error.

Hoc opus, pro tempore, maximi momenti et ponderis est; utilissima enim

1 Ms. 5321. — Vide etiam HISTOIRE DE L'HARMONIE AU MOYEN-AGE, p. 28 et 218.

2 Ms. 1377. — Ibid.

3 TRACTATO DE MUSICA, nel quale si tracta de la perfectione de la sesquialtera producta in la musica mensurata. Venitiis, 1531.

Digitized by Google

tradit de modis diversis componendi contrapunctum, et, quod non minoris pretii est, de diminutionibus tunc temporis apud musicos in usu.

XIV

JOHANNIS VERULI DE ANAGNIA

LIBER DE MUSICA.

(Pag. 126.)

Anagnia verisimiliter Johannis Veruli patria. De tempore vero quo natus fuit, de vitaque nihil notum habemus. Ex quibusdam tamen quæ in tractatu continentur, eum fuisse monachum facile patet.

Hujus opus complectitur codex unicus in bibliotheca Barberina asservatus. Cujus exemplar ad usum P. Martini exscriptum, illius docti viri libros in Bibliothecam Lycæi musicalis Bononiensis secutum est.

Quod opus inter multa fusius exposita, plurima tamen historiæ artis utilia continet. Auctor autem, circa medium quartumdecimum sæculum floruisse videtur, quum musicorum nullum nisi Franconem commemoret. Temporis quidem mensuras in duodenariis, octonariis, senariisque divisionibus copiose atque explanate dispositas, ei haud ignota fuisse Marcheti de Padua opera, demonstrant. Quod docet de semibrevibus et minimis summopere notandum ducimus.

XV

FRATRIS THEODORICI DE CAMPO

DE MUSICA MENSURABILI.

(Pag. 177.)

Nos latet patria Fratris Theodorici; ex auctoribus autem ab eo commemoratis eum circa medium sæculum quartumdecimum vixisse conjici potest. Franconis, Petri de Cruce, Johannis de Ypra[1] præcepta sequitur.

1 Deperditum esse videtur tractatum Johannis de Ypra.

Digitized by Google

Hæc verba : « *Magister Philippus flos et gemma cantorum* » a Morley et Hawkins relata, de opere Theodorici de Campo excerpta fuisse advertendum est.

Locus ubi dicit de divisione temporis in usu apud Italos, vivente Marchetto de Padua, eum ex Galliæ ortum fuisse, indicare videtur.

In codice Barberino, et in exemplari hodie in Lycæo musicali Bononiensi asservato, continetur tractatus Theodorici de Campo.

XVI

PROSDOCIMI DE BELDEMANDIS

TRACTATUS DE CONTRAPUNCTO.

(Pag. 193.)

Prosdocimum de Beldemandis a nobili familia Paduana, tempore incerto, oriundum, adhuc vixisse anno 1422, haud dubium est. Inter 1404 igitur et 1413 floruisse videtur, quo intervallo opera composuit octo quorum plurima maximo artis musicæ indagatoribus usui fore æstimamus, præsertim quum ejus doctrina non præsentis, sed præcedentis sæculi musicorum vestigiis insistat et præcepta declaret.

Quatuor codices continent tractatus Prosdocimi de Beldemandis : Paduanus, Vaticanus, Einsidlensis et Bononiensis.

Bononiensis, qui in bibliotheca Lycæi musicalis asservatur, pulcherrimum est volumen membranaceum, XV sæculo exaratum. Solus complectitur octo opera dicti Prosdocimi, scilicet :

1. « Expositiones tractatus practice cantus mensuralis Magistri Johannis de Muris compilate, anno Domini 1404. »

2. « Tractatus practice cantus mensurabilis Padue compilatus, anno Domini 1408. »

3. « Brevis summula proportionum musice applicabilium ex dictis antiquorum doctorum extensa. »

4. « Contrapunctus Magistri Prosdocimi de Beldimansis Paduani, in Castro Montagnane Paduane destrictus, anno Domini 1412, compilatus. »

5. « Tractatus practice cantus mensurabilis ad modum Ytalicorum, in Castro Montagnane Paduani districtus, compilatus, anno Domini 1412. »

Digitized by Google

6. « Tractatus plane musice, in Castro Montagnane Paduane districtus, anno Domini 1412, compilatus. »

7. « Parvaus tractaculus de modo monocordum dividendi, Padue, anno Domini 1413 compilatus. »

8. « Opusculum contra theoricam partem sive speculativam Lucidarii Marchetti Patavini (1410). » — In proœmio dicit Prosdocimus id opus, rogante quodam Luca del Castello di Lendinare, sacerdote suoque amico, composuisse, eo quod diversos errores in Lucidario Marcheti simul invenerant. « Fuit enim vir iste (sunt verba Prosdocimi) in scientia musices « simplex practicus, sed a theorica sive speculativa omnino vacuus, quam tamen perfectis- « sime intelligere deceptus se putavit, et ideo aggredi presumpsit quod totaliter ignoravit ».

Codex Paduanus complectitur opera sub numeris 2, 4, 5, 6 et 8 suprainscriptis; Vaticanus 4 et 8; Einsidlensis 4 et 7 habet.

In nostro tertio tomo eduntur numeri 2, 3, 4, 5 et 7. *Tractatus plane musice* (nº 6) quum in gratiam Magistri Antonii de Pontevico typis mandatus fuerit [1], a nobis neglectus est.

Omisimus quoque « Expositiones etc. » nº 1, quum hic tractatus, ut ipse dicit Prosdocimus de Beldemandis, nihil aliud sit nisi Johannis de Muris « Libelli practice cantus mensurabilis » dilatatio atque diffusior quam compilatio superius sub nº 5 inscripta.

XVII

PROSDOCIMUS DE BELDEMANDIS

TRACTATUS PRACTICE CANTUS MENSURABILIS.

(Pag. 200.)

Prosdocimus de Beldemandis communem sententiam sequitur quæ Johanni de Muris adscribit « Libellum » de quo dicitur supra p. XVII.

Jam primum, ut præfatum est, copiosa commentaria composuit sub titulo : « Expositiones » etc. Hic noster tractatus est ejus Libelli, ut ita dicam, documentum compendiosum. In eo inveniuntur explanationes de haud satis apertis in Johannis de Muris opere.

De codice Bononiensi depromptus est.

1 Schilling, UNIVERSAL LEXIKON, verbo Beldemandis.

Digitized by Google

XVIII

PROSDOCIMI DE BELDEMANDIS

TRACTATUS PRACTICE CANTUS MENSURABILIS AD MODUM YTALICUM.

(Pag. 228.)

Hoc haud dubie unum est ex maximi momenti operibus ad musicæ artis historiam illustrandam spectantibus. Marchetus de Padua de differentiis inter artem Italicam et artem Gallicam nonnullas indicationes jam præbuerat [1]; quas quidem obscuriores, clarius Prosdocimus de Beldemandis exposuit. In hujus tractatu inter duos modos differentiæ facile distinguuntur; et clare videtur Italicum longe meliorem fuisse. Hic tamen non prævaluit, quod multum desiderandum est; ars enim aliter mensurabilis difficultatibus inextricabilibus expedita fuisset quibus eam quodammodo obstruere tunc artis Magistros juvabat. E codice Bononiensi supradicto opus excriptum et editum est.

XIX

PROSDOCIMI DE BELDEMANDIS

LIBELLUS MONOCORDI.

(Pag. 248.)

De divisione monocordi in hoc tractatu maxime agitur. Duos modos propositos considerat auctor eorumque vitia reprehendit; tertium probat qui ab utroque procedit.

E codicibus Einsidlensi ac Bononiensi depromptus est.

XX

PROSDOCIMI DE BELDEMANDIS

BREVIS SUMMULA PROPORTIONUM.

(Pag. 258.)

Initio quartidecimi sæculi, viam monstrante Philippo de Vitriaco, relicti fuerunt « Modi » vulgo Magistro Franconi adscripti; mensurisque fundamentum numerorum

1 Vide supra, pag. VII et inferius pag. 5.

Digitized by Google

proportiones dati. In hoc tractatu, e Bononiensi codice scripto, hanc doctrinam explanavit Prosdocimus de Beldemandis.

XXI

NICASII WEYTS

REGULÆ MUSICÆ.

(Pag. 262.)

Hujus scriptoris nomen, nunquam hucusque productum, Theotiscam originem monstrat. Certum de tempore quo vixit nihil habemus; e doctrina quam in opere profitetur floruisse videtur ineunte quintodecimo.

Truncus est tractatus hic editus, e codicis Ferrariensis, de quo supra dictum est (pag. XXIV) exemplari, hodie In Bononiensi bibliotheca asservato.

XXII

CHRISTIANI SADZE DE FLANDRIA

TRACTATUS MODI, TEMPORIS ET PROLATIONIS.

(Pag. 264.)

Christiani Sadze nomen hic primum typis expressum est; de quo nisi patriam, nihil notum habemus.

Johanni de Muris adscripti tractatus qui incipit : « Quilibet etc. » in maxima parte est commentarium. Modorum, temporum, et prolationum tum perfectorum, tum imperfectorum tabulæ in eo utilissimæ reperiuntur.

Hunc tractatum e codice Bononiensi edimus.

XXIII

GUILLELMI MONACHI

DE PRÆCEPTIS ARTIS MUSICÆ ET PRACTICÆ COMPENDIOSUS LIBELLUS.

(Pag. 273.)

Etiamnum inter musicæ scriptores Guillelmi Monachi nomen haud aderat. De vita autem nihil aliud notum habetur nisi quod ex opere ipso, origine videtur Italus et

Digitized by Google

finiente quartodecimo sæculo, ineunteque quintodecimo floruisse, quo tempore nigras notas in vacuas mutari contigit.

Maximi momenti, maximique ponderis est hoc opus tum eo quod Guillelmus Monachus proportiones tunc in usu dilucide ac copiose, exemplis additis, doceat, tum quia contrapunctum componendi modos, apud Anglos peculiariter tunc in usu, ac regulas quas tenebant Galli et Angli, patefacit.

Codex unicus hunc tractatum continens in bibliotheca Sancti-Marci, Venetiis, asservatur. Postquam exscriptus esset, benignissime accuratissimeque istum recognovit egregius Valentinellus, hujus bibliothecæ custos doctissimus, cui maximas gratias agimus.

XXIV

ANTONII DE LENO

REGULÆ CONTRAPUNCTI.

(Pag. 307.)

In eodem codice, immediateque post Guillelmi Monachi opus, exaratus est Antonii de Leno tractatus. Cujus scriptoris nomen haud in capite libri inscriptum, pluries vero passim inventum, hactenus in obscuro latebat. Ejus Italiam patriam fuisse satis probat tractatus in lingua Italica scriptus.

Notæ nigræ, nonnullæque aliæ gemina cauda munitæ, tractatum Antonii de Leno Guillelmi Monachi tractatui anteriorem fuisse monstrare videntur. Regulæ contrapuncti precipueque exempla duabus et tribus vocibus addita pretiosissima sunt.

XXV

JOHANNIS HOTHBI

REGULÆ SUPER PROPORTIONEM.

(Pag. 328.)

Johannem Hothbi quartodecimo sæculo vixisse fere inter omnes constabat. Ea sententia imbuti, tria opuscula, numeris XXV, XXVI et XXVII inscripta, typis mandavimus; quam nunc deserere necesse est, quum Johannis Hothbi quintodecimo sæculo floruisse ex quibusdam quæ sequuntur pateat.

Digitized by Google

Cujusdam dialogi auctor est in quo multos musicos quintidecimi sæculi secum viventes memorat, qui in codice bibliothecæ Magliabechianæ (XIX, D. 36.) invenitur sub hoc titulo : « Dialogus Johannis Hothbi Anglici in arte musica. » Musici ibi ab eo memorati sunt : « Dunstable, Dufay, Iconal, Plumer vel Plumet, Frier, Busnoys, Morton, Ochinghem, Pelagulfus, Nicoletti, Boduin, Forest, Stane, Fich, Caron. » Scribimus nomina ut in codice reperiuntur.

In fine tractatus Johannis de Muris quem continet codex Bibliothecæ Parisiensis (fundi latini Ms. 7369) leguntur hæc verba : « Explicit musica speculativa Magistri Johannis de « Muris scripta per me Fratrem Matheum Fracisci (sic) de Testadraconibus de Florentia, « Ordinis Servorum Sancte-Marie, cum impenderem operam musice sub egregio musico- « rumque doctorum primo Magistro Johanne Hothbi, Anglico, nec non theologie lector meritissimo, 1471, die 5 martii, circa oram vesperarum; nec eram multum letum. » Unde sequitur Johannem Hothbi adhuc vixisse anno 1471.

Vulgo vocatus Ottobi a scriptoribus Italis, Anglus erat; in Carmelitorum monasterio Ferrariæ vitæ duxit magnam partem. Quum Hispaniam, Galliam, Germaniamque obiisset, consedit Florentiæ circa annum 1440. Ejus scientia exquisitaque doctrina omnium ejus æqualium admirationem moverunt. Quas laudavisse Mathæum de Testadraconibus, jam supra dictum est; haud minus laudatoria sunt hæc distica :

Musica si quis adest dederit cui nomen, et ipse
  Ex apii meruit fronde operire comas,
Ottobi, cedat tibi. Si lustraveris orbem
  A Gange ad Gades par tibi nullus erat;
Nam rerum natura parens effudit in uno
  Quidquid erat forme, quidquid honoris erat.

Hos versus in tergo secundi folii codicis 7369 scriptos sequuntur hæc verba : « Ferrabos poeta in laude clarissimi musici Jo. Ottobi carmina composuit ».

Reliquit Hothbi plura opera, videlicet :

1° Tractatus de proportionibus, in codice 7369 Bibliotheca Imperialis ubi (f° 26 v°) sic incipit : « Preambule in proportionibus necessarie secundum venerabilem lectorem « Fratrem Johannem Anglicum, artis musicæ doctorem insignem ». In tergo ejusdem folii : « Incipiunt proportiones ejusdem Hothbi Anglici ».

Digitized by Google

2° Ars musica Johannis Ottobi, in præfato codice Magliabecchiano (XIX, D. 36).

3° Dialogus de quo supradictum est.

4° Epistola ubi cujusdam Osmensis, Hispanici tunc in honore, censuras refutat, in eodem codice.

5° Caleopea legale. Hunc tractatum edimus ex eodem codice Florentino alteroque in Venetiarum Bibliotheca Sancti Marci asservato.

Quæ duo ultima opera in lingua Italiana scripta sunt.

6° Tres tractaculos quos sub numeris XXV, XXVI et XXVII typis hic mandamus, codicis primitivi, olim Ferrariæ asservati, exemplar hodie in Bononiensi bibliotheca suppeditavit.

XXVI

JOHANNIS HOTHBI

DE CANTU FIGURATO.

(Pag. 330.)

In hoc tractatu notis vacuis utitur Johannes Hothbi, qui præterea duas alias notas, usque ad hoc tempus ignotas, croma semicromaque vocatas, admittit. Immediate sequitur præcedens opus in eodem codice.

XXVII

JOHANNIS HOTHBI

REGULÆ SUPER CONTRAPUNCTUM.

(Pag. 333.)

Dividit auctor regulas in essentiales, accidentales et placabiles. Secundum Hothbi, apud quosdam anglos in usu erat modus canendi qui vocatur discantus *visibilis*, ejusque dat regulas. In eodem codice reperitur hic tractatulus.

XXVIII

ANONYMI I

DE MUSICA ANTIQUA ET NOVA.

(Pag. 334.)

Quo jam prius Roberti de Handlo, eodem nunc Musæi Britannici tractatum codice

Digitized by Google

desumptum, lector, habes. Cujus quum pars prior nihil fere aliud nisi Boecii theoriam, additis ex Guidone nonnullis, contineat, penitus omittere visum est, admissa tantum altera quæ de musica mensurabili et discantu disserit. Quam quidem, quum circa annum 1350 scripta sit, et qualiter ars vetus sibi novam invenerit viam tradat, non parvo studentibus usui fore speramus.

XXIX

ANONYMI II

DE MUSICA ANTIQUA ET NOVA.

(Pag. 364.)

Finiente quartodecimo vel ineunte quintodecimo sæculo tractatus hic absolutus. Quem licet de musica mensurabili maxime loquatur, notas rubeas perinde ac vacuas Philippo de Vitriaco inventori adscriptas, silentio prætermisisse mirum est.

Notandum etiam binariam ternariamque mensuras, tunc in communem usum receptas, propriis indiguisse signis, quum quibus modis alterutram ab altera dinoscatur noster doceat. In codice latino 15128 Bibliothecæ Imperialis Parisiensis, Sancti Victoris olim 659, invenitur.

XXX

ANONYMI III

COMPENDIOLUM ARTIS VETERIS AC NOVÆ.

(Pag. 370.)

In doctrina quidem antiqua Franconem Magistrum, in arte vero nova Philippum de Vitriaco « qui, ut ait ipse, eam invenit » noster sequi videtur. De minimis autem et semiminimis, de notis cui nomen *dragme* vel *fuscee*, de signis temporis perfecti et imperfecti ita disserit, ut in eo non inutilem habituri sint adjutorem, qui notationis tunc temporis incertæ ambiguitates enucleare tentabunt.

Eodem codice continetur ille tractatus quo prior, sub numero Latinorum Mss. 15128.

Digitized by Google

XXXI

ANONYMI IV

COMPENDIUM ARTIS MENSURABILIS TAM VETERIS QUAM NOVÆ.

(Pag. 376.)

A prioribus nec codice, nec ætate, nec doctrina discrepat ille tractatus, quem tamen quum varia quædam afferat non inutilia, cæteris addere placuit.

XXXII

ANONYMI V

ARS CANTUS MENSURABILIS.

(Pag. 379.)

Hujus operis auctorem Gallum fuisse ex quibusdam locis satis aperte constat, quod inter præstantissima voluminis nostri nullus non habebit, siquidem tam de musica mensurabili, quam de contrapuncto illam quæ finiente quartodecimo sæculo viguit doctrinam, clarius fusiusque profitetur. Johannis de Muris, quem ducem ac magistrum in utraque doctrina sequitur, principia contra violatores strenue propugnat, nempe qui videlicet quemdam Nicolaum de Averso, ex Cælestinorum ordine, acriter objurget quum quas in tractatibus probavit leges, eas in compositionibus deserat. Idem quædam musicorum opera indicat aut nomina tradit hucusque penitus ignota, futuris forte scriptoribus felicius investiganda.

Nunc pauca de codicibus. Nullus est qui utrasque partes habeat. Prior quidem, quæ de musica mensurabili, in Parisiensi, Latinorum 7369, Ricardiano, 134, Bononiensi 73, Vallicellano B. 83, et Mediceo-Laurentiano, Plut. XXIX, codex 48, occurrit.

Parisiensem quidem ex Italia ortum codicem declarant tum quidam in lingua Italica de medicamento libellus interiori operculo transcriptus, tum mentiones duæ quarum prioris in nostri tractatus calce is tenor est : « Hoc opus scripsit frater Matheus Testadraconis (sic) Florentie, ordinis Servorum, dum operam daret arti musicæ, Luce »; alteram vero, sub fine Johannis de Muris tractatus inveniendum, supra, p. XXXI, ad verbum retulimus.

Digitized by Google

Ricardianum et Vallicellanum codices, in quo quidem novissimo Philippi de Vitriaco tractatus reperitur, adeo luculenter descripsit A. de la Fage [1], ut plura dicere supervacaneum arbitremur. Mediceo-Laurentianum vero, quintodecimo exaratum sæculo, et Bononiensem qui nihil aliud est nisi exemplar prioris ad usum P. Martini, anno 1760 exscriptum, additis supradicto Parisiensi codice et quodam alio exemplari inter ejusdem de la Fage libros relicto, in nostram hujus prioris tractatus partis editionem adhibuimus. Quorum tamen Vallicellanus Laurentianusque tantum, nec quivis alius, hanc alteram continent tractatus partem de qua supra disserimus, p. XIX, illamque, priori omissa, medis lacunisque refertam, rudique admodum manu, præsertim quod ad exempla spectat, exaratum. Quæ ex codicibus Ferrariensi Laurentianoque, quum accuratius transcripta legantur, haurienda curavimus.

Huic autem alteri tractatus parti, jam sub nº VIII editæ priorem nunc hoc intervallo postponi si quis forte miretur, sciat nos utrasque ad idem opus pertinere serius animadvertisse, quod magnopere dolet, præsertim quum hoc codice a nobis nuper empto nostrisque libris addito, hujus alterius partis exemplar accuratissimum allatum fuerit. In quo quidem codice, anteposito sermone « De utilitate musices et de musica instrumentali, plana et mensurata occurrit « Libellus Johanni de Muris adscriptus, infra editus sub nº VII, cui hic prologus inscribitur quo duorum artis musicæ scriptorum nomina e tenebris primum eruuntur : « INCIPIT ARS CANTUS FIGURATI : « Quilibet in arte practica mensurabilis cantus erudiri mediocriter affectans ea scribat « diligenter que secuntur, summarie compilata secundum Magistrum Johannem de Muris, « que michi Fratri *Antonio de Luca,* ordinis Servorum, declaravit, legit perfecteque « aperuit Magister meus Dominus *Laurentius de Urbe veteri,* ac etiam in hac arte peri- « tissimus nec non etiam in omnibus aliis et permaxime cantus cujuscunque condi- « tionis, et canonicus ecclesie Sancte Marie Majoris diligenter attendens, cui Dominus « benedicat in secula seculorum, amen. »

Quo absoluto tractatu pauca de modis, de tempore, de prolatione, de punctis et proportionibus, arboribus musicis supperadditis, Antonius de Luca subjecit.

Proximum deinde tenet locum Marcheti de Padua tractatus, cui, apud Gerbertum, titu-

1 Essais de diphtérographie musicale, pag. 340 et 381.

Digitized by Google

lus « Lucidarium » inscriptus est; unde quæ apud Sancti Blasii abbatem prava lutul tam in sermone quam, et maxime, in exemplis, nunc quasi e liquido fonte sca

Huic operi subjecta est altera pars « Artis cantus mensurabilis » de qua capitulo præcipue agitur.

Ultimam denique partem occupat quoddam opus ineditum cui titulus : « T « pulcher de contrapuncto quem composuit venerabilis Presbiter Nicolaus Parn

Num ille sit idem ac Nicolaus Burtius, quandoque Parmensis dictus, qu quam in tomo quarto, quum tractatus edetur, sedulo perpendemus.

XXXIII

ANONYMI VI

DE MUSICA MENSURABILI.

(Pag. 398.)

Quamvis huic tractatui ex codice Vindobonensi de quo dicitur supra, p. XV, deprompto, initium deest, quod superest dignum videtur ut prælo mandetur.

Quædam enim de varia doctrina quæ novas musicæ vias aperuit non contemnenda continet, quibus scriptor subjecit « Conclusiones », truncas vero, de quibus dictum est supra, pag. XXI.

Monstrat annotatio in fine posita hunc tractatum exaratum fuisse, anno 1391, a quodam Anglo monacho qui primas tantum nominis sui litteras præbuit.

XXXIV

ANONYMI VII

DE DIVERSIS MANIERIBUS IN MUSICA MENSURABILI.

(Pag. 404.)

Hoc opusculum, licet haud plenum, non inutile visum est ad varios musicæ mensuratæ tunc in usu modos expediendum. Ibi primum quidam Philippus Parisiensis, admodum ignotus, commemoratur.

Excerptum est e codice Sancti Deodati Bibliothecæ, de quo jam multa deprompsimus [1].

1 Vide t. I, pag. 303 et 319, et t. II, p. 117.

Digitized by Google

XXXV

ANONYMI VIII

REGULÆ DE CONTRAPUNCTO.

(Pag. 409.)

E codice Mediceo-Laurentiano XV sæculi (Plut. XXIX, cod. 48) exscriptum est hoc opusculum, quod regularum de contrapuncto tunc in usu clarum dat summarium.

XXXVI

ANONYMI IX.

DE MUSICA MENSURABILI.

(Pag. 411.)

Qui tractatus in lingua Germanica scriptus manifeste compositus fuit sæculo tredecimo. In eo maxime notabilis est quod discantum tunc in Germania non minus quam in aliis regionibus Europæis floruisse demonstrat. E codice Argentoratensi, de quo diximus supra, p. XVI, excerptum est.

XXXVII

ANONYMI X

DE MINIMIS NOTULIS.

(Pag. 413.)

Hoc opusculum ex eodem codice depromptum, de notis rubeis, de notulisque gemina cauda munitis quarum usus longe lateque tunc diffusus videtur, utilia continet. Cujusdam *Zeltenpferdi* opera quæ ex eodem codice typis mandabimus in nostro libro cui titulus: *L'Art harmonique au* XIV^e^ *siècle,* ibi in exemplum proponit auctor.

XXXVIII

ANONYMI XI

TRACTATUS DE MUSICA PLANA ET MENSURABILI.

(Pag. 416.)

Quem tractatum e propria manu exscriptum, nobis gratificatus est R. P. Anselmus Schubiger, notitiamque adjunxit quæ sequitur:

« Bibliotheca civica urbis Trevirensis jam per sexaginta annos possidet codicem papy-
« raceum de musica tractantem et ineunte sæculo XV circiter scriptum, cujus possessor

Digitized by Google

« antea monasterium S. Maximini, ordinis, S. Benedicti apud Treviros fuisse dicitur. Hujus « codicis ex licentia proprietariorum per D. Oberhoffer, celebrem Luxemburgii musices « magistrum, liberalissime mihi non solum ad usum privatum, sed etiam publicum « concessi, auctorem, anonymum quidem, natione vero Gallum fuisse, ex eo patet, « quod textui latino sæpius expressiones gallicæ admixtæ sint et ibidem tria cantica « ejusdem idiomatis adjecta inveniantur. Eum finienti seculo XIV vel ineunte XV adjudi- « candum esse censemus, quod magis ex doctrina cantus mensurati tempori prædicto « convenientis, quam ex doctrina musicæ plane elucet, quæ vetustiore adhuc esse « potest. Quamquam in hoc musicæ artis opere sive per negligentiam scriptoris haud « parvam, sive per obscuritatem stili auctoris ipsius aliquoties sensus verborum vix « intelligi potest, attamen tam multa ad illustrandam illius ævi musicam continet, ut « etiam illud dignum æstimemus, quod publice in lucem prodeat.

« Codex iste manuscriptus in duas partes dividi potest, in cujus prima (fol. 1-34)[1] « agitur de musica plana, et in secunda de musica figurata (fol. 34-62)[2]. Absque ulla « interruptione aut divisione sequentia in parte prima nobis præbetur :

« Introductio et definitio musicæ. De modis. De naturis conjunctarum. De deno- « minatione *Neumarum*. De tonis. De principiis *Euouaen*. Prothus autentus. Prothus « plagalis. De tono tertio. De quarto. De quinto. De sexto. De septimo. De octavo. « Fabulosa narratio de tono peregrino. Benedicamus Domino.

« In secunda vero parte agitur :

« De arte componendi cantum. De contrapuncto. De arte cujuslibet discantus. Ars « contratenoris. De consonantiis, et alia adjuncta. De modis. Declaratio proportionum « musicalium. De signis.

« Postea sequuntur.

« 1° Tractatus de musica quindecim capitula continens : Introductio et definitio « musicæ; 2, de speciebus notarum; 3, de modo; 4, de tempore; 5, de prolatione; « 6, de pausis; 7, de imperfectione; 8, de punctis; 9, de perfectione; 10, de signis, « 11, de syncopatione; 12, de alteratione; 13, de duplicatione; 14, de ligaturis; « 15, de proportionibus.

1 In hoc volumine p. 416.
2 Ibid., p. 462.

Digitized by Google

« 2° Brevior tractatus de musica mensurabili. De discantu. De modo. De tempore. De « prolatione. De signis prolationum. De contrapuncto. De pausis. De perfectione. De « punctu. De imperfectione. De alteratione. 1, canticum : « E veul prendre », a 3 « vocibus; 2, canticum : « Sans amer », a 3 vocibus; 3, canticum : « Quant vous », a « 3 vocibus; 4, canticum : « Bonum vinum », a 3 vocibus. — Finis. »

XXXIX

ANONYMI XII

TRACTATUS DE MUSICA.

COMPENDIUM CANTUS FIGURATI.

(Pag. 475.)

Huic titulo supponuntur duo tractatus qui in fine præcedentis scripti, manifeste ab eo distinguendi sunt.

XL

ANONYMI XIII

TRACTATUS DE MUSICA MENSURABILI ET DE DISCANTU.

(Pag. 496.)

Apud Gallos sermone vulgari artis musicæ doctores mature uti consueverunt, ut patet ex illo tractatu vernacula finientis duodecimi sæculi lingua scripto, quem ex codice Bibliothecæ Imperialis Parisiensis, sub Latinorum numero 15139, olim Sancti Victoris 8137, jam prius edidimus [1]. Alter tractatus sermone etiam patrio, ex ejusdem bibliothecæ, sub fundi latini numero 14741, prius S. Victoris 665, notato codice, nunc primum in lucem prodit. In quo quidem codice quidam invenitur tractatus, latine scriptus, qui partim tantum apud Gerbertum [2], sub nomine Johannis de Muris, totus autem apud Jumilhac [3] editus est.

Huic præfationi priusquam finem faciamus eruditis viris qui benigno nobis faverunt, et sine quorum auxilio hoc opus nec aggredi sustinuissemus, nec absolvere potuissemus,

1 Histoire de l'harmonie au moyen-age, pag. 241.
2 Scriptores etc., t. III, p. 301.
3 La science et la pratique du plain-chant : nova edit., p. 147.

Digitized by Google

benevolentissimi animi gratias persolvere strictum simul nobis est officium et summa voluptas. Inter quos imprimis memorare juvat :

Dm Augustum Lippmann, de Argentorato, musicarum compositionum egregium auctorem, qui officiosas de codice Argentoratensis bibliothecæ communicationes nobis tradidit.

Doctorem A.-W. Ambross, Procuratorem Imperialem Pragensem, de quadam musices historia auctorem excellentissimum, qui Henrici de Zelandia tractatum propria manu exscriptum liberaliter nobis donavit.

Nostrum W. Chappell, eximium de Cantibus popularibus Anglicis scriptorem, qui Anonymo Musæi Britannici excribendo studiosam curam adhibuit.

Domnum Anselmum Schubiger, Benedictinum in monasterio Einsidlensi, qui nihil antiquius habuit quam ut nostrum volumen quibusdam præstantibus tractatibus locupletaret, videlicet Johannis de Garlandia, Philippi de Vitriaco, Johannis de Muris atque anonymorum numeris II, IV, VII, XVI, XIX, XXXVIII et XXXIX signatorum.

Eminentissimum doctissimumque nostrum G. Gaspari, Lycæi Musicalis Bononiensis bibliothecarium, Gallicique Instituti Ascriptitium, qui non solum thesaurum ei commissum nobis plane aperuit, etiam vero plurimos tractatus quorum nonnullos nusquam alibi reperire est, nobis benignissime donavit, plerosque etiam propria manu accuratissime exscriptos, scilicet Philippi de Vitriaco, Philippi de Caserta, Johannis Veruli de Anagnia, Prosdocimi de Beldemandis, Johannis de Muris, Christiani Sadze, Nicolai Weyts, Johannis Hothbi, nonnullorumque anonymorum, sub numeris III, IV, XII, XIV, XV, XVI, XVII, XVIII, XIX, XX, XXI, XXII, XXV, XXVI, XXVII, XXXII, et XXXV infra editis.

Qui omnes egregii doctique viri dignas grates accipiant.

Digitized by Google

SCRIPTORES DE MUSICA

MEDII ÆVI

TOMUS TERTIUS

I

MAGISTRI MARCHETI DE PADUA

BREVIS COMPILATIO IN ARTE MUSICÆ MENSURATÆ

INCIPIT BREVIS COMPILATIO MAGISTRI MARCHETI MUSICI DE PADUA, IN ARTE MUSICE MENSURATE PRO RUDIBUS ET MODERNIS.

Quoniam omnis cantus mesuratus dicitur eo quod tempore mensuratur, et quoniam temporum musicorum aliud perfectum est, aliud imperfectum, ideo videndum est quod sit tempus musicale; et primo de perfecto cum divisionibus et subdivisionibus videamus.

[[1] Unde primo sciendum est quod tempus perfectum musicum est illud quod est minimum in plenitudine vocis; et hoc est secundum Franconem. Quam diffinitionem sic probamus: unumquodque perficitur numero sui generis; et hoc est clarum, nam unitas que est principium numeri, et est minimum, perficit totum numerum; quia dicere quatuor est dicere quatuor unitates, etc.

Cum igitur mensura ipsius cantus sive notarum consistat in tempore, ut dictum est, concluditur quod minimum tempus quod est reperiri in musica, sit causa et perfectio mensurandi ipsum cantum, hoc est illud minimum tempus in quo dicitur formari plenitudo vocis. Et imo breviter subjungit Francus, cum dixit non quodcunque minimum, sed quod est minimum in plenitudine vocis.

Sed diceret aliquis: da mihi minimum; dicimus: dictum est alibi in nostro opere musice plane quot sint instrumenta necessaria ad vocem formandam. Quando ergo plena dicta instrumenta concurrunt ad formationem vocis non nimis, nec parum, sed decenter, tunc fiet plenitudo vocis; et istud fiet, quando cum canna pulmonis feriose et

1 Vide Gerberti Scriptores, t. III, p. 137, c. 2, l. 8.— Quæ in hoc tractatu uncinis clauduntur, cum Pomerio Marcheti in Gerberti scriptoribus edito conferenda sunt, paginis indicatis.

Digitized by Google

decenter impleta anhelitu, cum decenti inflatione ventris ad hoc exprimendum emittitur anhelitus, feritque sic auditum quod sentit proferens hunc prolatum sonum in sui ipsius seu alterius proferentis pectore, seu in quodam tintinnabulo resonare.]

Hoc est illud quod format omnia tempora musice mensurate, et quia musice sequitur numeros, quia de proportione numerorum est ipsa; igitur sicut est de numeris, ita est de notis. Sed in numeris ita est quod unus numerat duos et tres per quos duos et tres omnes alii numeri numerantur. Nam dicere quatuor est dicere bis duo; et dicere quinque est dicere duo et tria, etc.

Sic similiter est de notis; nam unum tempus mensurat duo et tria tempora per que mensurantur omnia alia tempora in musica mensurata.

Et si dicatur quod est perfectius in numeris, duo an tria? dicimus quod duo; et si dicatur quod est perfectius in musica, duo an tria? dicimus quod tria; nam tria comprehendit duo et non e converso.

Sic similiter est de notis; quia nota duorum temporum et trium est perfectior quam nota unius, et adhuc est perfectior nota trium quam nota duorum, ratione dicta de numeris. Itaque sic est quod nota trium temporum perfectior est continens primum gradum. Nota duorum imperfectior est continens secundum. Nota unius brevis est continens tertium.

Nunc autem restat videre figuras ipsis notis competentes; ubi dicimus quod figure in quibus debent poni tempora dictarum notarum, depingi debent quadre, plane et recte ad modum quadranguli, nullam minuentes sissuram per angulos nec divisionem, nec additionem, verum cum aliquibus proprietatibus adjunctis eis per quas cognoscamus ad invicem esse distinctas. Sic videbis quod nota quadrata sine aliqua cauda competat brevi. Nota autem quadrata cum cauda in deorsum a latere dextro, ut hic: ¶ competat longe. Cujus ratio est quod cauda semper longitudinis est in rebus, ut infra de caudis dicetur. Et ipsa cauda est propria proprietas ipsius longe; propria autem proprietas note duorum temporum est situs in quo necessario figuratur, quia nota brevis potest poni in principio perfectionis et in fine.

Nota autem duorum temporum, que dicitur altera brevis, semper debet poni et necessario in ultimo loco perfectionis; quem locum appellamus ubi tria tempora sunt completa, puta quando duas breves longa sequitur; nam prima brevis valet unum tempus, secunda duo, et vocatur altera brevis.

Sillogicemus ergo sic : propria proprietas alicujus est que convenit omni, soli et semper. Sicut risibilis convenit omni homini, soli homini et semper homini. Sed locare in ultimo loco perfectionis convenit omni altere brevi et semper altere brevi. Ergo talis locātio est propria proprietas ipsius altere brevis per quam cognoscimus ipsam esse distinctam a longa et brevi.

Dicamus ergo sic : Nota brevis de se principaliter.....[1]

[[2]Et per hoc cognoscamus quando ad novenariam et quando ad duodenariam divisionem debeant pertinere.

Sic autem decem semibreves pro tempore figurentur, ut hic :

Tunc octo prime ad duodenariam pertinent divisionem, duabus ultimis remanentibus in senaria. Et tunc prima pars senarie divisionis primo est divisa, secundo secunda, tertio tertia, et quarto quarta.

---

1 Hic hiatus in codice.

2 Cf. Gerb. Script. t. III, p. 164, c. 1, l. 2.

Digitized by Google

Si vero undecim semibreves pro tempore ponantur uniformiter figurate, ut hic patet :



Tunc decem prime ad duodenariam pertinent divisionem, ultima existente in senaria, et tunc prima pars, secunda, tertia, quarta et quinta divisionis senarie sunt divise.]

Et quod dictum est de dictis semibrevibus, intelligendum est via nature; via autem artis possunt aliter diversificari, videlicet que ad duodenariam pertinent divisionem in sursum caudam addendo, reliquis remanentibus naturaliter figuratis; ut infra ostendetur.

Si autem duodecim semibreves pro tempore posite fuerent, ut hic patet :



Tunc omnes uniformiter figure vocantur minime et equaliter proferuntur; nam tunc omnes sex partes divisionis senarie sunt divise.

Per artem vero possumus semibreves ad duodenariam divisionem pertinentes cum septem, cum octo, cum novem, cum decem, cum undecim in principio, in medio et in fine locare, ipsas cantando necessario in sursum, ut infra scriptis figuris clarius apparebit :



De secunda divisione partium temporis perfecti, scilicet quomodo ipse divisiones divisibiles in novem partes fiant.

Viso de tempore perfecto quomodo oportebat ipsum primo dividi in suas primarias partes, at quomodo ipse partes erant divisibiles secundum binariam divisionem et non secundum ternariam, nunc restat videre quomodo partes temporis prelibati divisibiles sint secundum ternariam divisionem, ut secundum omnem deffinitionem ipsarum possimus invenire in cantibus mensuratis diversimodam armoniam. Unde dicimus, quod sicut dictum est superius, tempus perfectum dividitur secundum ternarium divisionem, scilicet in tres semibreves; que quidem tres semibreves singulariter in alias tres necessario dividuntur, et sic sunt novem; que quidem novem singulariter in alias tres, si possibile esset humane voci, ipsas posse proferre, in tres alias dividuntur.

Digitized by Google

[[1] Quod si sint quatuor ad ipsam novenariam pertinentes, ut hic patet :

Tunc una caudabitur necessario in sursum et et unam partem de novem continebit, precedens vero ipsam vel sequens immediate, si nulla precedat ipsam, duas partes de novem continebit, reliquis remanentibus in sua natura.

Si autem quinque, ut hic patet :

Tunc due non immediate caudabuntur in sursum et unam de novem singulariter continentes, mediantibus ipsas vel perficientibus continentibus singulariter duas de novem, ultima in sua natura existente.

Quot si sex, ut hic patet :

Tunc non immediate caudabuntur in sursum continentes tres partes de novem, reliquis continentibus singulariter duas de novem.

Quot si septem, ut hic patet :

Tunc tres prime naturaliter figurantes continebunt tres partes de novem; reliquarum vero quatuor due caudabuntur in sursum non immediate, continentes duas partes de novem, reliquas vero duas de novem singulariter continebunt.

Per artem vero possunt aliter figurari, ut hic patet :

Si vero octo ponuntur, ut hic patet :

Tunc sex prime sex partes de novem continent; septima duas; ultima vero unam continebit que necessario caudaditur in sursum.

Possunt tamen aliter diversificari per artem, ut hic patet per exemplum :

Quod si novem, ut hic patet, per exemplum :

1 Cf. Gerb. Script. t. III, p. 168, c. 2.

Digitized by Google



Tunc uniformiter figurate tempus perfectum secundum divisionem novenariam adequabunt].

De tempore imperfecto.

Viso de tempore perfecto musice mensurate per nos et de imperfecto similiter est videndum.

[[1] Tempus imperfectum musicum est illud quod est minimum non in plenitudine vocis, sed in semiplenitudine vocis. Et hanc diffinitionem sic probamus : Certum est enim quod sicut tempus perfectum est, cui nihil deest, ita imperfectum est illud quod est minimum, cui aliquid deest; sed certum est per diffinitionem superius probatam de tempore perfecto, quod tempus perfectum est illud quod sit minimum in plenitudine integre vocis, modo ibi declarato. Oportet ergo quod tempus imperfectum, cum deficiat a perfecto, sit non integra plenitudine vocis.]

[[2] Tempus autem imperfectum deficit a perfecto in tertia parte sui, quod sic probamus : Certum est enim quod tempus imperfectum non est tantum in quantitate quantum perfectum, quia sic non esset imperfectum. Oportet ergo, quod deficiat a perfecto in aliqua quantitate; deficere autem non potest minus quam in una parte; que si dicas in dimidia, illa dimidia erit una, licet posset esse dimidia alterius partis. Cum igitur prime et principales partes temporis perfecti sint tres ad minus, ut superius dictum est, si tempus imperfectum deficiat a perfecto, non potest in minus deficere quam in tertia parte sui. Patet ergo quod tempus imperfectum de se et essentialiter duas solummodo partes perfecti temporis comprehendit.

Tempus autem imperfectum secundum se et secundum ejus totalitatem, et per omnia sic applicatur ad notas sicut perfectum, et eodem modo nota trium temporum, et duorum et unius reperitur, loquendo de tempore imperfecto, sicut et de perfecto, et eodem modo configurantur. Et accidentia omnia quo ad pausas, puncta, caudas, et ad omnia alia accidentia ita se habent in cantu temporis imperfecti sicut et perfecti. Et hoc est ratio.

Quia de imperfectis nunquam potest esse scientia materialis, nec etiam cognitio sensitiva, nisi per comparationem ad perfectum; nunquam enim nec per intellectum, nec per sensum possumus cognoscere aliquid esse imperfectum, nisi cognosceremus quid esset etiam necesse ad hoc ut esset perfectum].

Dividitur enim tempus imperfectum sua primaria divisione in duas partes que sunt equales in valore, et equivalent duobus de tribus primarie divisionis temporis perfecti. Et ideo debent similiter figurari, ut hic patet :



Et tales due vocantur semibreves majores naturales, eo quod duabus majoribus perfecti temporis comparantur.

[[1] Si ipsarum duarum caudetur una, tunc secundum Italicos transimus ad secundam divisionem ipsius temporis imperfecti, que est in quatuor que vocantur minores adequantes ipsum tempus equaliter. Et tunc dicta caudata, sive sit prima sive sit secunda, tres partes continet ipsius temporis imperfecti, reliqua vero una, ut hic patet exemplum :

1 Cf. Gerb. Script. t. III, p. 171, c. 1.
2 Cf. Ibid. p. 172, c. 1.

1 Cf. Gerb. Script. t. III, p. 176.

Digitized by Google



Secundum autem modum Gallicum, eo quod ipsi dividunt secunda divisione tempus perfectum, non secundum quaternariam divisionem, sed secundum senariam, dicta semibrevis caudata continet quinque partes de sex, reliqua vero unam, que quidam minime nuncupantur.

[[1] Si autem tres semibreves pro dicto tempore figurantur uniformiter, ut hic patet :



Tunc secundum Italicum modum prime due ad secundam pertinent divisionem, que est in quatuor; ultima vero, eo quod finis est, ad primam pertinet divisionem.]

Secundum autem modum Gallicum, dicte tres semibreves sic se habent, quod prima unam partem prime divisionis habet, scilicet medietatem, secunda duas partes secunde divisionis, scilicet due de sex, et vocatur minor ; tertia vero unam partem continet de sex et minima nuncupatur.

Si posset aliquis dicere : quomodo tres semibreves uniformiter figurate possunt diversimode modulari, quia diversimode cantari debent, oportet quod diversimode figurantur, nam si diversorum diversa sunt genera, et diversorum cantuum debent esse diversa signa? Respondeo, quod in divisione parium partium temporis imperfecti Gallici naturaliter constituunt sex partes quibus correspondent sex semibreves notate uniformiter et naturaliter figurate; et quod talis divisio partium fit secundum ternariam divisionem, et non secundum binariam, licet prime partes ipsius temporis secundum ternariam sint divise; si vero tres semibreves dentur in quibus sex partes predicte includuntur, prima continebit tres, secunda duas, tertia unam; et dicetur major, minor, minima. Nam Gallici ponunt imperfectiores partes a parte finis et non a parte principii. Et ratio que monet eos, hec est :

Dicunt enim quod sicut in divisionem partium temporis perfecti, perfectiores partes debent sumi a parte finis, ita in divisione partium temporis imperfecti perfectiores partes debent sumi a parte principii. Et hec est naturalis via et rationabilis, et nobilis ratio in tempore scilicet imperfecto.

Italici vero in divisione parium partium temporis imperfecti ponunt quatuor semibreves uniformiter et naturaliter figuratas, nam in talium partium divisione ipsi procedunt secundum binariam divisionem et non secundum ternariam.

Si vero tres semibreves fuerint naturaliter figurate in quibus debeant includi quatuor partes dicte, in duabus primis ponuntur due, in ultima vero due, nam ipsi conuntur imperfectum reducere ad perfectum. Et ideo majores partes sumuntur a parte finis, sicut de tempore perfecto. Superius est ostensum quia dicimus quod utraque procedendi via rationabilis et naturalis existit. Sufficit enim quod solum dentur signa in cantibus per que possumus cognoscere notas, quando secundum Italicum modum aut secundum Gallicum proferri debeamus.

[[1] Dicuntur quod si cantus de modo Gallico cantari debeat supra signum innuens imperfectionem temporis, volumus quod *g* apponatur, hoc modo G.

Si vero secundum modum Italicum proferri debeat cantus, tunc supra signum, idest Y gre-

1 Cf. Gerb. Scrip., t. III, p. 176.

1 Ibid. p. 178.

Digitized by Google

cum ponatur. Omnes due littere sunt in principio nominum predictorum scilicet Gallicorum et Italicorum.]

[[1] Si vero quatuor fuerint uniformiter figurate, tunc secundum Italicos equaliter proferuntur et minores notantur ut hic :



Secundum autem Gallicos, prima dicitur minor cum secunda, que dicitur minima, faciens medietatem temporis; tertia minor cum quarta, que est minima, faciens aliam medietatem.

Si vero quinque fuerunt uniformiter figurate, tunc secundum Italicos, due prime duas partes de octo continent, reliquis continentibus de quatuor singulariter solum unam; ut hic patet per exemplum :



Secundum autem Gallicos, tres prime tres partes continent de sex, quarta duas, ultima vero unam.

Si vero sex fuerint uniformiter figurate, tunc secundum Italicos quatuor prime quatuor partes continent de octo, reliquis continentibus de quatuor solum unam, ut hic patet :



Secundum autem Gallicos, omnes sex vocantur minime et equaliter proferuntur.

Si autem septem, tunc secundum Italicos sex prime sex partes de octo continent, ultima, eo quod finis est, continet duas, ut hic patet :

Gallici autem non transeunt ultra sex, licet possent, ut in opere nostro mensurate musice alibi est tractatum.

Si vero octo fuerint, tunc omnes minime, secundum Italicos, equaliter proferuntur, ut hic patet :]



Possunt tunc, et in modo Galico et in Italico, semibreves superius dicte aliter diversificari per artem, ut infra scripte figure clarius apparebit, ut hec patet :

1 Cf. Gerb. Script., t. III, p. 176, c. 2.

Digitized by Google



DE FIGURIS COMPOSITIS SEU LIGATIS.

[1 Dicto de figuris simplicibus tam longis quam brevibus et semibrevibus, dicendum est de compositis seu ligatis quod idem est.

Unde sciendum est primo quod ligatura est conjunctio figurarum simplicium per tractus debitos ordinata.

Ligaturarum enim una ascendens, alia descendens. Ascendens dictiur cujus secundus punctus altior primo, ut hic :

Descendens dicitur illa cujus primus punctus altior est secundo , ut hic patet :

Siquidem a parte principii, medii sive finis ligaturarum sumuntur longe, breves et semibreves, idcirco que ligature indicant longitudinem, brevitatem et semibrevitatem videre oportet.

Ubi dicimus quod prima nota ligature descendentis careat omni tractu, brevis dicetur, ut hic:

Si autem habeat tractum in parte dextra descendentem, longa dicetur, ut hic patet :

Si vero tractum habeat in sursum semibrevis dicetur , ut hic :



1 Cf. Gerb. Script. t. III, p. 179.

Digitized by Google

Si autem prima nota ligature descendentis careat omni tractu, longa dicetur, ut hic:



Si vero tractum habet in parte sinistra descendentem, brevis dicetur, ut hic patet:



Si vero autem in sinistra sursum habet, semibrevis dicetur, ut hic patet:

Item omnis nota que directe ponitur supra penultimam, longa dicetur, ut hic patet:



Que autem indirecte ponitur, brevis est:



Nisi forte eidem adderetur cauda in latere dextro, et tunc dicitur plica longa, ut hic patet:



Omnis ultima nota quadrata in fine descentis ligature, longa dicitur, ut hic:

Tractu vero ab obliquo, brevis, ut hic patet:

Omnes vero medie breves dicuntur, ut hic patet:

Quare autem sit istud de dictis longis, brevibus et semibrevibus in hoc opusculo rationem ponere non curamus, quia ab omnibus cantoribus hoc universaliter observatur, in alio enim opere nostro musice mensurate rationem assignamus predictorum.]

Tempus perfectum recte divisum in duodecim.

[[1] Tempus perfectum recte est illud in quo ponuntur duodecim semibreves que vocantur minime.

Si autem velocius cantaretur sic quod plures quam duodecim ponerentur, diceretur plus quam perfectum.

Sex vero vocantur minores semibreves; tres autem majores naturales et sic una duarum duas partes habet temporis que vocatur major artificialis.

Et talis modus cantandi Italicus est, ut hic patet:

1 Cf. Gerb. script. t. III, p. 188.

Digitized by Google

ITEM TEMPUS DIVISUM IN NOVEM.

Item idem tempus in quantitate, ubi tres semibreves vocantur ut supra dictum est; sed dividimus in novem que vocantur minime.

Et talis modus cantandi Gallicus est potius quam Italicus, ut hic patet :



TEMPUS PERFECTUM MINUS DIVISUM IN SEX.

Tempus hoc perfectum est quantum ad divisionem, quia dividitur in tres partes et postea in sex et non ultra, propter suam velocitatem modi cantandi, sed quantum ad quantitatem est pro medietate temporis superioris perfecti in duodecim; et dicitur tempus hoc minus perfectum.

Si istud tempus cantaretur rarius, sicque aliquando possunt septem vel octo semibreves poni pro ipso et non perficere duodecim, diceretur quod esset majus perfecto minori, sicut supra dicitur de plus quam perfecto, ut hic patet :

TEMPUS PERFECTUM MINUS DIVISUM IN TRIBUS.

Tempus hoc perfectum est quantum ad divisionem, quia dividitur in tres et non ultra, propter suam velocitatem; sed quantum ad quantitatem est pro tertia parte temporis perfecti superius divisum in novem, et de ipso modo cantandi, et vocatur istud tempus perfectum minimum.

Est etiam istud tempus pro medietate imperfecti de modo Galico in quantitate.

Si rarius cantatur hoc tempus, dicetur majus perfecto minimo, tres semibreves vocantur minime, si una duarum caudaretur duas partes habet et vocatur minor, ut hic patet :

Digitized by Google

TEMPUS IMPERFECTUM RECTE MODI ITALICI DIVISUM.

Hoc tempus dicitur imperfectum, quia dividitur in duas partes equales.

Hoc tempus imperfectum deficit a perfecto superiori diviso in duodecim in tertia parte; octo semibreves vocantnr minime; quatuor minores, et due majores naturales, ut hic:



TEMPUS IMPERFECTUM MINUS.

Tempus hoc imperfectum dicitur minus, quia dividitur in duas partes equales, post hec in quatuor. Et propter suam velocitatem non possunt poni octo, sed bene pars ipsarum octo aliquando, ut hic patet:

TEMPUS IMPERFECTUM MODI GALLICI.

Tempus hoc dicitur imperfectum recte. Potest etiam velocius cantari; et tunc dicetur imperfectum minus, et rarius dicitur majus imperfecto recte. Hoc tempus imperfectum deficit a perfecto superiori diviso in novem in tertia parte.

Dividitur autem in duas semibreves equales que dicuntur majores naturales; et ille due postea dividuntur in sex que dicuntur minime, ut hic patet exemplum:

[1... quarta quod tenore ascendente contrapunctans vel discantans potest discendere, et e converso, idest tenore descendente. Alius potest etiam descendere simul, scilicet voces dissonantes dummodo una consonantia non fiat post aliam et eamdem, idest octavam post octavam.

1 Hic hiatus in codice.

Digitized by Google

Quinta regula et ultima, quod licitum est duas, tres et quatuor in discantu facere voces dissonantes successive et immediatas, dummodo fiat et incipiatur in voce consonanti. Et ideo notandum est quod consonans vox tertie est quinta in ascendendo vel unisonus descendendo; et eodem modo est de sexta respectu octave in ascendendo et quinte in descendendo. Item sic dicas de decima et tredecima respectu superioris et inferioris.

Et de regularis contrapuncti seu discantus dicta sufficiunt.

Salve Crux digna
Super omnia ligna,
Benigna,
Tu me consigna
Moriar ne morte maligna.
AMEN.

II

JOHANNIS DE GARLANDIA

OPTIMA INTRODUCTIO IN CONTRAPUNCTUM PRO RUDIBUS.

CAPITULUM I.

[DE SPECIEBUS.]

Volentibus introduci in arte contrapunctus, id est notam contra notam, considerare debemus, quod alique sint prenotanda. Primo et principaliter quod ab una littera que clavis est usque ad suam similem proximam dicitur duplex vel octava. Primo quando cantus descendit, discantus debet descendere, et e contrario quando cantus descendit, discantus debet ascendere, nisi aliis rationibus condignis evitetur. Considerando quod novem sunt species quibus utimur generaliter in contrapunctu scilicet nota contra notam, videlicet unisonus tertia, quinta, sexta, octava, decima, duodecima, tertiadecima et quintadecima.

Istarum autem specierum quinque sunt perfecte scilicet unisonus, tertia, quinta, sexta, octava, duodecima et quintadecima; et dicuntur perfecte, quia perfecte et complective consonant auribus audientium, et cum ipsis omnis discantus habet incipi et finiri. Et nunquam istarum specierum perfectarum duo debent sequi una post aliam, id est, duo unisonus, duo quinte, due octave, due duodecime et due quintedecime non debent sequi una post aliam, sed due diverse species imperfecte vel plures licite sequuntur una post aliam.

Quatuor autem alie sunt imperfecte, videlicet tertia, sexta, decima et tertiadecima. Et dicuntur imperfecte, quia non ita imperfecte sonant ut species perfecte; et cum istis speciebus imperfectis possumus ascendere vel descendere in discantu cum tenore ad libitum; et interponuntur speciebus perfectis in compositione sine dissolutu.

Et possumus duas species imperfectas ordinare ascendendo vel tres aut quatuor vel plures, si

Digitized by Google

necesse fuerit, descendendo autem due vel tres vel quatuor vel plures semper speciebus perfectis sequentibus.

Etiam quando cautus ascendit vel descendit per quatuor voces vel quinque, licitum est nobis ascendere vel descendere in discantu per unam vocem tantum cum speciebus perfectis, et non plures.

Si autem cantus vel ascendit vel descendit per sex vel per septem, licitum est nobis ascendere vel descendere cum tenore et cum speciebus perfectis, ut discantus per duas voces.

Si autem cantus ascendit vel descendit per octo voces, licitum est nobis ascendere vel descendere cum tenore etiam cum discantu cum speciebus perfectis per tres voces. Et hoc secundum diversos ascensus vel descensus cantus.

CAPITULUM II.

De ordinatione specierum.

Sequitur de ordinatione specierum cantu descendente. Prenotandum est quod generaliter post unisonum sequitur tertia et aliquando quinta et aliquando sexta et etiam octava. Post tertiam sequitur generaliter quinta et aliquando octava. Post quintam sequitur sexta et aliquando octava et etiam unaqueque species. Post sextam sequitur octava. Post, generaliter sequitur octavam et aliquando decimam. Post decimam generaliter sequitur duodecima. Post duodecimam generaliter sequitur tertiadecima. Post tertiadecimam sequitur generaliter quintadicima. Post quintadicimam sequitur tertiadecima, et e contrario, quia sicut se habent species cantu descendente, ita se habent cantu ascendente, et e contrario, et secundum diversos ascensus et descensus cantus.

Prenotandum quod quandocunque ordinantur due species vel tres, cantu ascendente, sequitur unisonus. Cantu autem descendente, sequitur quinta, ita ut superius dictum est. Post quintam sequitur octava; nisi necessitas fuerit.

Quandocunque ordinantur due vel tres decime, cantu ascendente, sequitur in fine octava; cantu autem descendente, sequitur decima.

Et dicere de contrapunctu, id est de nota contra notam pro instructione rudium sufficit hoc.

Explicit optima regula contrapunctus pro rudibus.

III

PHILIPPI DE VITRIACO

ARS NOVA.

Musice tria sunt genera : mundanum, humanum, et instrumentale. De instrumentali ad presens est intentio; unde musica instrumentalis dicitur quidquid contingit per aliqua instrumenta, ut Chitara, Viella, Monocordum de quo tantum ad presens est intentio. Unde monocordum est

Digitized by Google

instrumentum habens unam cordam, et concordantia ejus fit per tria genera modorum, scilicet per dyatonicum, cromaticum, et enarmonicum; sed de dyatonico hic intendimus.

Unde dyatonicum est quidquid concurrit per duos tonos et semitonium, et sunt ejus species tredecim. Quarum prima species est unisonus in sonis, quod est equalitas in numeris, et unitas ad unitatem. Secunda dyapason in sonis, quod est duplum in numeris ut binarius ad unitatem. Tertia dyapente in sonis, quod est sesquialterum in numeris ut tertius ad secundam. Quarta est dyatessaron in sonis, quod est sesquialterum in numeris ut quartus ad tertiam. Quinta est tonus quod est sesquioctavum ut 13 ad 6. Sexta semiditonus quod est super quintum partiens vigisimas septimas ut 32 ad 27. Septima ditonus, quod est super 17, partiens 64, ut 81 ad 64. Octava semitonium, quod est super 13, partiens 203, ut 25 ad 203. Nona est semitonium cum dyapente super 41, partiens 81, ut 126 ad 81. Decima est tonus cum dyapente quod est super 22, partiens 32, ut 54 ad 32. Undecima est semiditonus cum dyapente, quod est super 230...[1] Decima tertia tritonus, quod est super 217, partiens 512, ut 71, ad 512.

Sciendum quod inequalitas procedit ab equalitate, et hoc patet, si sumantur tres unitates, quod dicitur esse equalitas, et ponantur in uno loco. Unde sequitur regula, quod si sumatur equale primo et ponatur in primo loco, deinde sumatur equale primo, et secundo, et ponatur in secundo loco, deinde sumatur equale primo et duplum secundum et equale ponatur tertium in tertio, tunc provenit duplum quod est prima species multipliciter, et sic faciendo de duplo venit triplum et sic de aliis, et per locum a primo ad ultimum. Omnis inequalitas provenit ab equalitate; et hoc de multiplicibus dicta sufficiant. Et sciendum quod ex duplo multiplicatum provenit sesquialterum in superiori terminis conversis; ex triplo sesquitertiam, et sic de aliis speciebus. Duplum, 1, 2, 4. Triplum, 1, 3, 9. Quadruplum, 1, 4, 16.

Et sciendum quod ex sesquialtera in superiori provenit superbipatiens in superpartienti terminis conversis, et similiter ex sesquitertia supertripartiens, et sic de aliis. Et sciendum quod ex sesquialtera in superpartienti provenit duplum sesquialterum in multiplici superiori terminis non conversis, et sic de aliis. Item sciendum quod ex superbipartiente in superpartiente provenit duplum superbipartiens in multiplici superpartiente terminis non conversis. Et sciendum, quod si aliqua proportio multiplicetur per eumdem numerum, semper resultabit eadem proportio. Et sciendum, quod si vis ex una proportione facere duas, multiplica primum in primo, et secundum in secundo, et propositum primum in duo, et habebis medium. Et sciendum quod si vis differentiam duarum proportionum invenire, scribe proportiones quasque volueris, ita quod prima sit sub prima, secunda sub secunda, et multiplica per crucem ita quod prima *b* superior in secunda *a* inferior, et ultima inferior prima in prima inferiori, et habebis propositum.

Dupla terminis conversis, 421.
Sesquialterum, 96444.
Sesquialterum, 469; terminis conversis, 964.
Superbipartiens, 91525.
Sesquialterum, 49.
Dupliciter sesquialterum, 41027.
Superbipartiens, 91525.
Dupliciter superbipartiens, 92484.
Eadem sesquialtera, 64.



1 Hic hiatus in codice.

Digitized by Google

Tonus, 9 8.
Dyapente, 3 2
Dyatessaron, 4 3

De monocordi proportione.

Sequitur de proportione monocordi. Si aliqua linea in trinitate abbrevietur, acuitur vel elongatur in sono, et sciendum quod omnis medietas corde equaliter sonat suo tono. Determinationes sunt due scilicet similes soni, simile signum; diversi soni, diversa signa. Et sciendum quod bis dyatessaron cum semitonio vel dyapente cum dyatessaron facit dyapason. Et sciendum quod ditonus cum semitonio facit dyatessaron. Item sciendum quod si tu vis super lineam datam constituere omnes species proportionis musice secundum dyatonicum genus, primo ponendum est tonus, deinde alius tonus, et postea semitonium, et usque ad 12. D, quod finis dicitur dyatessaron propter confusionem differentiarum de *b* et ♮ ab G usque ad 12 D, sicut supra dictum est; deinde ab 5, 8, usque ad 20, et ultra, si pluralitas sit in voce, sed secundum usum nostrum...[1] et ut habeatur magis planum sic pateat in figura :

t t s t t s t t t' s s t t s t t t' s s t t s t t t' s s t t
G A B C D E F G a *b* ♮ c d e f g a *b* ♮ c d e *f g a b* ♮ *c d e*

De operatione monocordi.

Sequitur de proportione monocordi secundum operationem. Sit aliqua linea tota G, cujus medietas sit alia G, et ejus medietatis medietas sit tertia G. Inter partes primi G G sit C cujus medietas sit aliud C, et istius medietatis medietas sit tertium C. Inter vero partes primi C C fit F cujus medietas fit ad secundum F, et hujus medietas fit ad tertium F. Item de primo G G due partes fiunt D cujus medietas fit aliud D, et hujus medietatis fit tertium D. Item dividatur D primum per 13, addita tertia versus primum G, et habetur primum A, cujus medietas fit secundum A, et ejus medietatis medietas fit tertium A. Item de primo A due partes fiunt E primum, cujus medietas fit E secundum cujus medietatis medietas E tertium. Item dividatur primum E per tres, et addita tertia versus primum G, habetur primum B cujus medietas est *b* contractum, et ejus medietatis medietas tertium ♮ quadratum. Item de primo F tres partes fiunt cujus medietas fit *b* secundum rotundum, et ejus medietatis medietas tertium *b* rotundum. Istorum signorum G et G dicuntur graves, quia gravem cantum reddunt; septem acute, quia acutum reddunt cantum; relique vero superacute, quia super acutas ponuntur, vel quia superacutum, id est valde acutum reddunt sonum. Sic predicta septem signa monocordi G, A, B, C, D, E, F, et etiam in infinitum potentia; sed secundum usum nostrum sex sunt nomina vocum, scilicet : *ut, re, mi, fa, sol, la,* et ponuntur super predicta signa, ita quod in quolibet G, C, F, ponatur *ut,* et in sequentibus signis voces sequentes, et in hoc fit compositio gammatis. Unde nihil aliud est, quam compositio signorum monocordi cum vocibus, et hoc planius apparebit in sequenti figura :

---

1 Hic hiatus in codice.

Digitized by Google



De partibus musice.

Sciendum est quod quatuor sunt partes principales ipsius musice vel gammatis; unde prima pars est de signis et nominibus vocum; secunda de lineis et spatiis; tertia de proprietatibus; quarta de mutationibus.

Habito de signis et vocibus, nunc est habendum de lineis, et spatiis. Linea et spatium, prout hic sumuntur, nihil aliud sunt quod paritas et imparitas. Unde omne quod est in linea dicitur imparitas; quod est in spatio dicitur equalitas vel paritas. Unde quodlibet signum quod sumitur in impari est in linea, et omne quod sumitur in pári est in spatio. Unde sequitur secundum numerum naturalem, quod si primum sit in linea reliquum erit in spatio et e converso; et hoc secundum quadraturam vel rectas lineas ipsius manus.

De proprietatibus musice.

Sequitur de proprietatibus. Unde proprietas nil aliud est quam differentia; et sunt tres species, scilicet ♮ quadratum, natura et *b* molle sive *b* rotundum. Unde ♮ quadratum dicitur esse tonus ante *b* rotundum, et *b* molle dicitur esse semitonus ante ♮ quadratum. Natura dicitur cantus sumptus sine *b*, id est sine differentia; unde regula : omne *ut* in G per ♮ quadratum et voces sequentes, et omne *ut* in C per naturam, et omne *ut* in F per *b* molle. Unde versus :

C naturam dat; F *b* molle tibi signat;
G quoque ♮ durum facit esse canturum.

Et hec sufficiunt de proprietatibus musice.

Digitized by Google

De mutationibus.

Sequitur de mutationibus. Unde mutatio nil aliud est quam dimissio unius vocis propter aliam sub eodem sono in eodem signo. Unde sequitur quod, ubicumque fit mutatio, oportet quod ibi sint due voces ad minus, sed in Gammaut, A *re*, B *mi* et E *la*, non est nisi una vox, ergo non est ibi mutatio; nec similiter in *b fa*, ♮ *mi*, quia ibi sunt divisa signa, et divise voces, et quia non ponuntur sub eisdem signis neque sub sono se habent, et ideo non potest ibi fieri mutatio, quia esset tunc contra diffinitionem. Si enim essent in uno sono, deberet dici *b fa*, ♮ *mi*; et, ut plenius pateat omnibus, respiciat in monocordo.

Sciendum quod ubi sunt due voces, ibi sunt due mutationes, ut in F *fa ut*, quod dicitur *fa ut*. Et aliter, ubicumque sunt tres voces, ibi sunt sex mutationes, ut in G *sol re ut*, et in aliis, quia ubi due sunt, ibi prima mutatur in secundam, et e converso; et secunda in ultima, et e converso. Et ratione istius ubi sunt due, duplicantur per quatuor, sic tria duplicantur in sex. Unde regula quod omnis mutatio desinens in *ut, re, mi,* dicitur descendens, quia plus habet descendere quam ascendere; et omnis mutatio desinens in *fa, sol, la,* dicitur ascendere, quia plus habet ascendere quam descendere. Sumitur autem causa ascensionis aut descensionis, ut patet in C *fa ut*, quia, si in ipso aliquis sumat ut posset descendere usque ad quartam vocem, sicut si vellet sumere quintam vocem, necesse est sumere *ut* in ipso C *fa ut*, quod est mutatio de *ut* in *fa*; et similiter ascendendo suo modo; et ista sufficiant.

De musica.

Nota quod musica est scientia veraciter canendi vel facilis ad canendi perfectionem via. Et dicitur a moys quod est aqua, et ycos scientia, quia inventa fuit juxta aquas. Et sunt ejus species tredecim, scilicet: unisonus, tonus, semitonus; unde unisonus est quidquid accipitur in eadem linea vocis, et sic ubique in gammate, scilicet in quolibet signo gammatis vel in qualibet voce. Et dicitur ab unus et sonus, quasi habens unum sonum et eumdem, secundum figuram et secundum sonum. Item alio modo unisonus dicitur sonus unius vocis a qua non fit progressio; unum semper habet esse vel in eadem linea vel in eodem spatio. Si vero progrediatur ab aliqua voce, vocem tangendo propinquam, tunc aliquando fit tonus, aliquando semitonium. Tamen sciendum est quod unisonus non est consonantia per ipsum, sed est principium aliarum consonantiarum, et sine ipso unisono nulla consonantia per se ipsum, sed est principium aliarum consonantiarum, et sine ipso unisono nulla consonantia esse potest.

Quid est unisonus? Unisonus est vox per quam primo incipimus cantare; que quidem vox non ascendit, nec descendit, et in potestate cantoris est imponenda sive in excelsa, sive in humili voce, et ponitur in quacumque clave fuerit necessarium.

De semitonio.

Semitonium est spatium inter duos unisonos, quod secundum vocem hominis non potest nec licet dividi vel ponere medium; et accipitur inter quolibet ♮ quadratum et C, vel E et F, vel A et *b* rotundum, in medietate scilicet post distinctionem vocum, quia inter *fa* et *mi* fit ditonus cum dyapente, sed *mi, fa,* accipiuntur inter ista nomina vocum, debent talem distantiam sicut signa addita in qualibet specie, tunc est in supposito, ergo inter *mi, fa* fit semitonium, et dicitur a semis, quod est dimidium, ut patet figura. Ita dicitur autem semitonium, quia est imperfectus tonus. Non enim dicitur semitonium a semis, quod est dimidium, ut quidam putant, quia

Digitized by Google

minus est quam medietas toni, sicut manifeste apparet in dispositione monocordi, sed dicitur a semus, ma, mum, quod est imperfectus sonus.

Semitonium, ut dicit Bernardus, est dulcedo, et condimentum totius cantus, et sine ipso cantus esset corrosus, transformatus, et dilaceratus. Boetius autem determinat de semitonio per solutionem cujusdam questionis. Nam ita est quod aliquando per falsam musicam facimus semitonium ubi non debet esse; nam in mensurabili musica illud vidimus quod tenor sive biscantus alicujus motecti vel rondelli stat in *b fa*, ♮, *mi*, dicendo per ♮ durum, tunc accipientem in dyapente superius suum biscantum oportet dicere *mi* in *f* acuta, et sic per falsam musicam; nam facere dyapente a *mi* in *fa* non est bona concordantia, eo quod ab ipsa ♮ quadrata usque ad ipsum *f* acutum sunt duo toni, et duo semitonia, quorum conjunctio nulla est consonantia, et oportet quod ubi est dyapente ab una voce in aliam, ibi sit bona et vera consonantia.

Et ideo oritur questio ex hoc videlicet, que fuit necessitas in musica regulari de falsa musica sive de falsa mutatione, cum nullum regulare debeat accipere falsum, sed potius verum. Ad quod dicendum est quod mutatio falsa, sive falsa musica non est inutilis, imo est necessaria per bonam consonantiam inveniendam, et malam evitandam. Nam sicut dictum est, si velimus habere dyapente, de necessitate oportet quod habeamus tres tonos cum semitonio, ita quod si aliqua figura sit in *b fa*, ♮ *mi*, sub ♮ quadrato, et alia sit in *f* acuta per naturam, tunc non est ibi consonantia, quia ibi non sunt tres toni cum semitonio, sed tantum duo toni cum semitonio duplici; verumtamen fieri potest ibidem quod per falsam musicam appellamus, scilicet quando facimus de semitonio tonum vel e converso; non tamen est falsa musica, sed inusitata.

Unde notandum est quob *b* molle non est de origine aliarum clavium; hoc autem cognoscitur per signum ♮ quadrati vel *b* rotundi, in loco inusitato locati, ita quod dicamus *mi* durum in *f* acutam cum signo ♮ quadrati; vel si *b* rotundum ponamus in *b fa*, ♮ *mi*, vel in consimilibus, ita quod sit in toni proportione, et tunc erit cum dyapente consonantia; et ideo falsa musica est necessaria quandoque, et etiam ut omnis consonantia seu melodia in quolibet signo perficiatur.

Igitur scire debes secundum dictum, quod duo sunt signa false musice, scilicet *b* rotundum et ista alia figura ♮; et talem proprietatem habent, videlicet quod *b* rotundum habet facere de semitonio tonum, tamen in descendendo, et de semitonio in ascendendo habet facere tonum. Et e converso fit de alia figura ista ♮, scilicet quod de tono descendente habet facere tonum. Tamen in illis locis ubi ista signa requiruntur, et, ut superius dictum est, non falsa, sed vera et necessaria, quia nullus moctetus, sive rondellus sine ipsa cantari non possunt, et ideo vera, quia id quod falsum est, sequitur quod non sit verum, sed hoc non est falsum, ergo[1].

De tempore imperfecto.

Sex minime possunt poni pro tempore imperfecto; unde notandum est quod quando pro tempore imperfecto due ponuntur semibreves non signate, ambe sunt equales, quia quelibet tres valet minimas, ut hic :

---

1 Hic in margine codicis legitur : Nota de semitonio : Videtur quod potius debet continere duos tonos cum dimidio, quam unum cum dimidio, quia ditonus per se continet duos tonos, ergo adjuncto uno videtur ibi facere duos tonos cum dimidio vel semitonio. Respondendum est per istam regulam : Quando in compositione numerorum minor numerus proponitur majori, sicut 14 ante 4, abjicienda est unitas una a minori numero, sic similiter est de semitonio.

Digitized by Google



Quando tres ponuntur, prima valet tres minimas, secunda duas, tertia solam, ut hic :



Quando quatuor, prima minor, secunda minima, tertia minor, quarta minima, ut hic :



Quando quinque ponuntur, tres prime minime, quarta minor, quinta minima, ut hic :

Quando sex ponuntur, omnes erunt equales minime, ut hic :



Et sic debent proferri omnes semibreves in quolibet tempore perfecto sive imperfecto, quando non signantur, quia si sunt signate, secundum quod signate sunt, debent proferri. Et notandum quod plures quam sex non possunt poni pro tempore imperfecto, nisi ibi sint semiminime, ut hic :



Sciendum quod, secundum diversos, istarum semibrevium valores diversa sortiuntur nomina. Unde semibrevis, que sex valet minimas, major nuncupatur ; semibrevis vero, que quinque vel quatuor, semimajor nuncupatur, a semus quod est imperfectus, imperfecta, imperfectum ; illa vero, que tres valet minimas, recta et vera semibrevis vocatur, licet omnia corpora obliqua, largo modo loquendo, id est de semibrevibus, semibreves vocantur ; illa vero que sola, minima appellatur ; cujus vero minime medietas, semiminima nominatur. Minime tamen et semiminime ad gradum salvandum in quo posita fuit minima, alia nomina imponi possent, ita quod minima vocetur semiminor, et semiminima minima nominetur.

Sciendum est etiam quod secundum modernos sicut minima potest diminui, sic potest augeri. Unde sciendum est quod quando due minime inter duas semibreves vel breves ponuntur in medietate, secunda minima duas valet minimas, et altera minima vocabitur tum in gradu ternario, sicut due semibreves inter duas breves, quando ponuntur in modo perfecto, secunda semibrevis altera vocabitur, que sex valent minimas, ut dictum est prius.

De signis temporum perfectorum et imperfectorum.

Dicto de brevibus et semibrevibus et minimis et semiminimis, et de valore earum, dicendum est de signis perfectorum temporum sive imperfectorum. Unde sciendum quod ad temporis perfecti designationem circulus apponatur rotundus, quia forma rotunda perfecta est, vel secundum aliquos obliquos apponantur tractuli tres, et utrumque unum est, ut hic :



Ad denotandum quod quelibet semibrevis dividitur in tres partes equales in ternario loco, dicendum est quod ubicumque talis circulus vel tres tractuli sine divisionis puncto reperiantur, est perfectionis, scilicet quod tempus in se perfectum, id est aptum natum ad dividendum in tres partes

Digitized by Google

equales quod sit perfectum, sic probatur. Hoc est perfectum quod habet principium medium et finem, sed tempus est hujusmodi, ergo, etc. Et e converso illud est imperfectum quod caret istis, sive uno istorum; sed tempus imperfectum est hujusmodi, ergo major pars minor declaratur. Tempus enim imperfectum in duas dividitur semibreves, et sic uno caret istorum. Unde ad ejus perfectionem denotandam semicirculus vel duo tractuli apponantur :



De variationibus modorum perfectorum et imperfectorum.

Cum de signis temporum variationem denotantibus fecimus mentionem, quo modo modernis cantoribus, tam in modo quam in tempore fiat variatio, dicendum est. Sunt alii cantus perfecti modo et tempore, alii imperfecti, modo et non tempore, alii tempore et non modo, alii partim perfecti, et alii partim imperfecti tam modo, quam tempore. Et ubi notitiam tam de modo quam tempore variationem habeamus perfectionem signa aliud modum perfectum, aliud modum imperfectum notitiam dare affectamus. Sed primo de divisa cantuum variatione videamus. Modus perfectus vocatur, quando tria tempora perfecta sive imperfecta pro perfectione qualibet accipiuntur. Modus vero imperfectus est quando duo. In modo perfecto longa ante longam valet tria tempora, nisi imperficiatur a sola brevi precedente vel sequente. Duplex longa sex tempora valet. In modo vero imperfecto simplex longa duo valet tempora nec unquam plus valere potest, nisi punctus apponatur. Duplex vero quatuor, nec potest augeri nec minui, nisi per solam minimam vel per duas, ut hic :

Item in modo perfecto, ut visum est, duplex longa imperficitur duobus modis : cum sola brevi, et tunc non valet nisi quinque, sive cum duabus, et tunc non valet nisi quatuor. Posset etiam imperfici per minimas, sicut duplex imperfecta. Preterea in modo perfecto secunda duarum brevium inter duas longas, ut visum est, alteratur. In modo vero imperfecto nulla potest alterari.

Item quotiescumque pause trium temporum in uno corpore reperiuntur, modus est perfectus, ut in *Orbis orbatur.*

Quotiescumque due vel plures pause reperiuntur in medietate, quarum quelibet valet duo tempora, modus est imperfectus, ut in *Adesto vetus.*

Modus perfectus et tempus perfectum continentur in quodam cantu qui vocatur : *Deus Judex fortis.* Modus est perfectus, quia semper tria tempora pro qualibet perfectione accipiuntur. Tempus est perfectum, quia quodlibet tempus in tres partitur semibreves.

Modus imperfectus et tempus imperfectum continentur in *Adesto,* quia ibi duo tempora pro perfectione qualibet accipiuntur, et quodlibet tempus non partitur nisi in duas partes equales semibreves.

Modus perfectus ex tempore imperfecto continetur in *Bona condit.*

Tempus perfectum et modus imperfectus in *Misera.*

Tempus partim perfectum, et partim imperfectum, et modus etiam continentur in *Garison.*

Ad modum perfectum denotandum, secundum aliquos, apponitur quadrulus tres intus continens tractulos protractos, ut hic :



Digitized by Google

Ad modum vero imperfectum denotandum apponitur quadrulus duos intus continens tractulos protractos, ut hic :



Ad modum et tempus perfectum denotandum insimul, apponatur (circulus) intus tres tractulos continens, ita quod circulus tempus denotet perfectum, tractuli modus, ut hic :



Ad signandum vero modum et tempus imperfectum, semicirculus duos intus tractulos continens apponatur, ut hic :

Sed ut modum dumtaxat, sive tempus variare possumus, signum sibi ipsi singulare proprium, scilicet quadrulum, ut visum est, appropriamus.

De notulis rubris.

Capitulum I.

Qua de causa note rubre in motectis ponantur, breviter videamus. Dicendum est igitur quod duabus de causis, principaliter : vel quia rubre de alia mensura quam nigre cantantur ut in : *Thoma tibi obsequia ;* quare in tenore illius motecti rubre cantantur ex temporibus perfectis de modo imperfecto, nigre vero e converso. Vel rubre aliquoties ponuntur, quia reducuntur sub alio modo, ut in motecto *In arboris ;* in tenore illius motecti de rubris tria tempora pro perfectione sunt accipienda, de nigris vero duo. Vel de rubris aliquando huc et illuc in Balladis, Rondellis et Motectis ponuntur, quia reducantur et ad invicem operantur, ut in *Plures errores.*

Capitulum II.

Secundo modo apponuntur rubre, quia cantantur in octava; nam loci ubi sunt site, ut in *Gratia miseri,* et in motecto qui vocatur *Quelz avis.* In horum etiam motectorum tenoribus omnes rubre note dicuntur in octava. Aliquando rubre ponuntur ad differentiam proprii, id est simplicis et plani cantus, quia sicut non de plano, id est de proprio cantu, ut in *Claerbuch.* Ibi aliquoties rubre ponuntur ut longa ante longam non valeat tria tempora, vel ut secunda duarum brevium inter longas per omnia non alteretur, ut in tenore *In nova sit animus ;* vel etiam ponuntur ut longa ante longam valeat tria tempora, et brevis ante brevem tres semibreves, ut *In arboris.* Rubre etiam ponuntur aliquando, quia tempus et modus variatur, ut in tenore de *Garison.* In tenore enim illius motecti longe notule nigre tria tempora valent perfecta, rubre vero duo tempora imperfecta; et aliquando e converso, ut in tenore motecti qui vocatur *Plures errores sunt.*

De nominibus temporum perfectorum.

Cum de temporibus et prolatione, secundum quod in sex sive novem dividuntur modis, superius tractavimus competenter; ne de temporis divisione insufficienter videamus tractasse, de tempore strictius tractare affectamus. Unde sciendum est quod tempus perfectum est triplex scilicet, minimum, medium, et majus. Minimum tempus posuit Franco. Unde notandum est, secundum magistrum Franconem, et sicut visum est superius, minimum tempus non nisi tres continere semibreves que quidem adeo sunt stricte, quod amplius dividi non possunt nisi per minimas dividantur. Unde notandum quod, quando aliquis

Digitized by Google

cantus temporis perfecti reperitur ubi non nisi tres continentur semibreves pro uno tempore, secundum minimum tempus pronuntiari debent; si sunt quatuor, prime due minime, nisi aliter signentur.

Item sciendum est quod, quando pro isto minimo tempore due pronuntiantur semibreves, prima major debet esse, et nunquam secunda, nisi signetur, licet secundum artem veterem superius probavimus quod secunda debet esse major. Ratio hujus est hec : quia ille semibreves in hoc tempore minimo se habent sicut tres minime in tempore majori. Nam quando due semibreves pro tribus minimis pronuntiantur, prima duas minimas valet, secunda vero solam minimam, nisi aliter signetur, ut superius visum est.

De medio tempore perfecto.

Medium tempus est illud quod continet in se tres semibreves equales, que quelibet duas valet minimas vel valere debet; et medium tempus perfectum non nisi sex minimas in se continet; et si ponantur quatuor pro illo tempore, due debent esse minime; si quinque, quatuor debent fieri minime; si sex, omnes minime et equales. Et si dividantur, per semiminimas dividentur quarum quelibet minima in duas dividitur semiminimas. Unde quando nos videmus quod plures quam sex non ponuntur pro tempore, sub tempore medio perfecto eas pronunciare debemus. Possumus tamen eas secundum majus tempus pronunciare, licet plures quam sex non ponantur, et hoc quando signantur. Nam sicut signentur, proferri debent, secundum quod sunt signate.

De majori tempore perfecto sciendum est quod continet in se tres semibreves, quarum quelibet valere posset tres minimas, nec plures valere posset, nisi per semiminimas dividatur. Unde quando plures quam sex pountur semibreves, necessario oportet quod sit majus tempus perfectum, et sic majus tempus perfectum tria minima tempora in se continet.

De minimo tempore imperfecto.

Item sciendum est quod sicut tempus perfectum est triplex, scilicet minimum, medium, et majus, ut dictum est, sic tempus imperfectum est duplex, scilicet minimum et majus. Minimum tempus est illud quod continet in se duas semibreves quarum quelibet duas valet minimas, et sic minimum tempus imperfectum, non nisi quatuor minimas valere debet, nisi per semiminimas dividatur.

De tempore majori imperfecto.

Majus tempus imperfectum continet in se duas semibreves equales, quarum quelibet valet tres minimas, et sic tempus majus imperfectum sex minimas in se continet. Unde quando nos videmus quod plures quam quatuor minime ponuntur pro tempore imperfecto, secundum majus tempus imperfectum eas debemus pronuntiare. Et sic apparet quod sicut perfectum in tres dividitur semibreves, sic in tres prolationis species, et tempus imperfectum in duas, scilicet minimum et majus, secundum quod in duas dividitur semibreves. Et est notandum quod majus tempus imperfectum se habet sicut majus tempus perfectum.

Explicit ars nova magistri Philippi de Vitri.

Deo gratias. Amen.

Digitized by Google

IV

ARS CONTRAPUNCTUS

SECUNDUM PHILIPPUM DE VITRIACO

INCIPIT INTRODUCTIO CONTRAPUNCTUS.

PROLOGUS.

Volentibus introduci in artem contrapuncti, id est nota contra notam, quamplurima prenotenda sunt. Et primo et principaliter notandum quod omnes note monocordi vocantur aliquo istorum sex nominum, scilicet: *ut, re, mi, fa, sol, la.*

Ad evidentiam ergo totius musice, tam cantus mensurabilis quam immensurabilis, primo videndum est quot sunt species ejus, que sunt preambula, et que sunt necessaria ad demonstrationem et intelligentiam omnis cantus.

Tredecim igitur sunt species cantus sive discantus, nec plures nec pauciores que debito modo rationem numeri tenent. Et iste tredecim species loquuntur de numero relato ad sonos proportionatos, quia, sicut dicit Guido, sapientissimus musice magister, ita est de illis qui sine arte canunt, sicut de illis hominibus litteratis qui nunquam litteras didicerunt. Item dicit Guido : Vulgares cantores in vanum laborant qui differentiam unius toni vel semitonii discernere nesciunt; tamen ipsi in cantando negligentes, et divinam et secularem scripturam plene et perfecte cognoscere potuissent.

TRACTATUS PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

De tredecim speciebus.

Secundum etiam predictum Guidonem sapientissimum, in arte musice excellentissimum, et secundum magistrum Johannem de Gallandia[1], quondam in studio Parisino expertissimum atque probatissimum, ac etiam secundum Boetium et secundum plures alios magistros, tredecim sunt species quibus utimur in omni tam cantu mensurabili quam immensurabili et non plures nec pauciores, scilicet: unisonus, tonus, semitonium, dyptonus, semidytonus, dyatessaron, tritonus et

1 In codice Einsidlensi legitur Garlandia.

Digitized by Google

dyapente, tonus cum dyapente, semitonium cum dyapente, dytonus cum dyapente, semidytonus cum dyapente et dyapason. Et sicut additio et compositio fit speciei dyapente, ita additio et compositio fit speciei dyapason.

Prima species, videlicet unisonus, est quandocumque plures note vel voces invicem collocantur in eadem linea vel spatio. Secundum discantum unisonus habet fieri, quando discantus et cantus in eadem linea vel spatio conveniunt; et dicitur unisonus ab unus, una, unum, et sonus, quasi unus et equalis sonus, sine ulla variatione, ut hic patet exemplum:



De secunda specie.

Secunda species est tonus qui, secundum Guidonem, diffinitur sic: tonus est spatii magnitudo plenum et perfectum sonum emittens. Secundum autem Boetium diffinitur sic: tonus est coherentia duarum vocum plenam et integram elevationem reddens seu depositionem sine aliquo intervallo; et dicitur tonus a tonando vel a sonando, quia integre tonat vel sonat, id est integrum tonum vel sonum facit in animo audientis, et figuratur sic: *ut re, re mi, fa sol, sol la,* ascendendo, et converso descendendo, ut hic per exemplum in gravibus acutis et superacutis patet:



De tertia specie.

Tertia species est semitonium, et est conjunctio duarum vocum semiplenam elevationem reddens atque depositionem sine aliquo intervallo. Et dicitur semitonium, non a semis quod est dimidium, sed a semis quod est imperfectum, ut ait Boetius, quia due voces non plenum tonum faciunt et figuratur uno modo tantum, scilicet: *mi fa,* ascendendo et e converso descendendo, ut hic patet in gravibus acutis et superacutis:



De quarta specie.

Quarta species est dytonus, et est conjunctio trium vocum et dispositio duorum tonorum sine aliquo semitonio, et dicitur ditonus a dya quod est duo, et tonus, id est duo toni integri, et figurantur duobus modis, scilicet: *ut mi* et *fa la,* ascendendo, et e converso descendendo. Et alio nomine vocatur tertia perfecta, ut hic inferius invenitur in gravibus, acutis et superacutis:

De quinta specie.

Quinta species est semiditonus, et est conjunctio trium vocum, et dispositio toni cum semitonio; et sic in principio vel in fine semitonium cum tono apponitur, et ideo duobus modis figuratur, scilicet: *re fa* et *mi sol*, ascendendo, et e converso descendendo; et dicitur non a semis quod est dimidium, sed a semis quod est imperfectum, id est ditonus imperfectus. Et alio nomine vocatur tertia imperfecta, ut in hoc exemplo:

Digitized by Google

De sexta specie.

Sexta species est dyatessaron, et est conjunctio quatuor vocum et dispositio duorum tonorum cum additione unius semitonii in principio vel in medio vel in fine, et figuratur tribus modis, id est : *ut fa, re sol, mi la,* ascendendo, et e converso descendendo, probabiliter vel operabiliter ; et dicitur a dya quod est de, et tetros quod est quatuor, id est species ex quatuor vocibus constans, ut hic inferius gravibus, acutis et superacutis litteris patet :

De septima specie.

Septima species est tritonus, et est conjunctio quatuor vocum et dispositio trium tonorum sine aliquo semitonio, et dicitur tritonus a tris quod est tres, et tonus, id est de tribus tonis constans, ut hic inferius gravibus, acutis et superacutis patet :



De octava specie.

Octava species est dyapente, et est conjunctio quinque vocum et dispositio trium tonorum cum semitonio aut in principio, aut in medio duobus modis aut in fine, et sic quatuor modis efficitur, scilicet : *ut sol, re la, mi mi,* et *fa fa,* ascendendo, et e converso descendendo; et dicitur dyapente a dya quod est de, et pente quod est quinque, id est de quinque vocibus constans. Alio modo vocatur quinta perfecta major, ut hic :

De nona specie.

Nona species est tonus cum dyapente, et est conjunctio sex vocum et dispositio quatuor tonorum cum semitonio ; et alio nomine vocatur sexta perfecta, ut hic :

De decima specie.

Decima species est semitonium cum dyapente, et est conjunction sex vocum et dispositio trium tonorum cum duobus semitoniis; et alio nomine vocatur sexta imperfecta, ut hic patet :



De undecima specie.

Undecima species est ditonus cum dyapente, et est species conjuncta ex septem vocibus et ex quinque tonis cum uno semitonio, ut hic patet exemplum :



De duodecima specie.

Duodecima species est termitonium vel semiditonus cum dyapente, et est species conjuncta ex septem vocibus et ex quatuor tonis cum duobus semitoniis, ut hic patet :

Digitized by Google

De tertia decima specie.

Tertia decima species et ultima est dyapason, et est conjunctio octo vocum et dispositio quinque tonorum et duobus semitoniis, et non equivalent unisono; et dicitur dyapason a dya quod est de, et pason quod est totum, quia in se continet omnes alias species suprascriptas seu voces. Et sic de quacumque littera simili manus que clavis est, usque ad aliam litteram similem in figura. Dicitur autem dyapason vel octava quod idem est, sicut hic patet per exemplum :



Expliciunt omnes species necessarie cantus et utiles omnibus musicis introducentibus.

Nunc videndum est de ficta musica, que instrumentis musicalibus est necessaria et specialiter in organis.

TRACTATUS SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM.

Est ficta musica quando de tono facimus semitonium, et e converso de semitonio tonum. Omnis enim tonus est divisibilis in duo semitonia, et per consequens signa semitonia designantia in omnibus tonis possunt applicari. Signum enim, ut dicit sapiens signator, cor hominis letificat. Ubi igitur invenimus *b* rotundum, dicimus istam vocem *fa,* et ubi invenimus ♮ quadratum, dicimus illam vocem *mi;* et sic tonus in semitonium deducendo de necessitate est, et e converso, hic ut rationabiliter et probabiliter per exemplum patet :





TRACTATUS TERTIUS.

CAPITULUM PRIMUM.

Repetitio predictorum.

Modo dicendum est quomodo et qualiter iste species supradicte ordinari debeant in contrapuncto, id est nota contra notam. Prenotandum quod quando cantus ascendit, discantus debet descendere; et hec est regula generalis semper observanda, nisi per species imperfectas, sive aliis rationibus evitetur. Considerandum, ut superius dictum est, quomodo et qualiter sunt tredecim species, et non plures nec pauciores, secundum doctores prelibatos ac etiam secundum Magistrum Octonem, in hac scientia quondam expertissimum. Tamen alii Magistri adjungunt istas quatuor species, videlicet decimam, duodecimam, tertiam decimam, et quintam decimam. Sunt tamen ad bene esse et ad voluntatem, quia considerare debemus quod sicut unisonus, tanquam primum fundamentum omnium tredecim specierum, que habent fieri in octo vocibus per gradus ascendentes vel descendentes computando usque ad dyapente et dyapason, simili modo considerandum est, sicut se habet unisonus ad tertiam, sic se habet octava ad decimam; et sicut se habet unisonus ad quintam, sic se habet octava ad duodecimam, et sicut se habet unisonus ad sextam, sic se habet octava ad tertiam decimam, et sicut se habet unisonus ad octavam, sic se habet unisonus ad quintam decimam vel ad duplicem octavam, et e converso.

Digitized by Google

Istarum autem specierum tres sunt perfecte, scilicet unisonus, quinta et octava vel dyapente et dyapason. Et dicuntur perfecte, quia perfectum et integrum sonum important auribus audientium; et cum ipsis omnibus discantus debet incipere ac finiri; et nequaquam istarum specierum perfectarum debent sequi unam post aliam in discantu, in diversis lineis vel spatiis, id est quod duo unisoni, vel due quinte, vel due octave, nec due alie species perfecte sequi debent unam post aliam; sed bene in una linea vel spatio, ubi plures note reperiuntur. Due autem diverse species imperfecte aut tres aut etiam quatuor sequuntur unam post aliam, si necesse fuerit

Quatuor autem predictarum specierum sunt imperfecte, scilicet ditonus, alio nomine tertia perfecta; tonus cum dyapente, alio nomine sexta perfecta; semiditonus, alio nomine tertia imperfecta; et semitonium cum dyapente, alio nomine sexta imperfecta. Et dicuntur imperfecte, quia non tam perfectum sonum reddunt vel important, ut species perfecte, quia interponuntur speciebus perfectis in compositione.

Alie vero sex species, videlicet tonus, semitonium, dyatessaron, tritonus, ditonus cum dyapente, et semiditonus cum dyapente sunt discordantes. Et propter earum discordantiam ipsis non utimur in contrapuncto, sed bene eis utimur in cantu fractibili in minoribus notis, ut quando semibrevis vel tempus in pluribus notis dividitur, id est in tribus partibus; tunc una illarum trium partium potest esse in specie discordanti.

Ulterius notandum est quod nullo modo debemus ascendere neque descendere in discantu cum tenore cum speciebus perfectis, dummodo cantus ascendat de gradu ad gradum vel descendat. Si quis fecerit, falsum erit et contra artem; sed bene cum speciebus imperfectis ascendere vel descendere poterimus, ut dictum est.

Ulterius notandum est quod quando cantus ascendit vel descendit per quinque voces, et aliqui magistri dicunt per quatuor voces, et hoc necessitate cogente, tunc poterimus ascendere vel cum tenore in discantu cum specie perfecta per unam vocem tantum, et non per plures. Si autem per sex voces aut per septem, tunc possumus ascendere vel descendere in discantu cum tenore in specie perfecta per duas voces tantum.

Si autem cantus ascendit vel descendit per octo voces, tunc possumus ascendere vel descendere in discantu cum tenore cum specie perfecta per duas voces aut tres et non plures. Prenotando quod unisonus requirit tertiam, tertia quintam, quinta sextam, sexta octavam; et ista regula non fallit, quod semper post sextam debeat sequi octava, quia regula est generalis quod semper post sextam sequitur octavam, et quandoque post unisonum sequitur quinta, sexta octavam, et e converso post tertiam aliquando sequitur sexta vel octava et e converso; post quintam sequitur unaqueque species, et hoc secundum diversus ascensus et descensus cantuum. Prenotando quod cum speciebus imperfectis possumus ascendere vel descendere ad libitum, et sicut species se habent ascendendo, sic se habent et e converso descendendo. Et sicut se habet unisonus ad octavam, sic se habet octava ad duplicem octavam. Prenotando quod quando due tertie vel tres ordinantur, cantu ascendente, tunc sequitur immediate unisonsus. Si autem ordinantur due tertie, tres, quatuor vel plures cantu descendente, sequitur immediate quinta; et eadem regula sive modus observatur in speciebus venientibus ab octava usque ad duplicem octavam, ut sepius dictum est.

Et hec dicta de contrapuncto ad presens sufficiant.

EXPLICIT ARS CONTRAPUNCTI SECUNDUM PHILIPPUM DE VITRIACO.

Digitized by Google

V

ARS PERFECTA IN MUSICA

MAGISTRI PHILIPPOTI DE VITRIACO

INCIPIUNT OPTIME REGULE CONTRAPUNCTI.

Septem sunt species consonantiarum in discantu scilicet unisonus, tertia, quinta, sexta, octava, decima, duodecima, quarum quatuor sunt perfecte et tres imperfecte. Perfecte sunt : unisonus, quinta, octava, duodecima ; imperfecte sunt tertia, sexta, decima. Nota quod unisonus de *ut*, est simile *ut*, tertia est *mi*, quinta *sol*, vel *ut*, sexta *la* vel *re*, octava *fa*, decima *la* vel *mi*, duodecima *sol*. Item nota quod unisonus de *re* est simile *re*, tertia *fa*, quinta *la* vel *re*, sexta *mi*, octava *sol* vel *re*, decima *fa*, duodecima *la*. Item nota quod unisonus de *mi* est simile *mi*, tertia *sol* vel *ut*, quinta *mi*, sexta *fa*, octava *la* vel *mi*, decima *sol* vel *ut*, duodecima *mi*. Item nota quod unisonus de *fa* est simile *fa*, tertia *la* vel *re*, quinta *fa* vel *ut*, sexta *sol* vel *re*, octava *fa*, decima *la* vel *re*, duodecima *fa*. Item nota quod unisonus de *sol* est simile *sol* vel *ut*, tertia est *mi*, quinta *sol*, sexta *la* vel *mi*, octava *sol* vel *ut*, decima *mi*, duodecima *sol*. Item nota quod unisonus de *la* est simile *la* vel *re*, tertia *fa*, quinta *la* vel *mi*, sexta *fa*, octava *la* vel *re*, decima *fa*, duodecima *la*.

Ad dictorum evidetiam tales dantur regule :

Prima regula est, quod semper, quando tenor ascendit, contrapunctus debet descendere et e contrario.

Secunda regula est, quod semper incipiendum est ab una consonanti et nunquam in dissonanti, et sic finire nisi aliter artaretur verum, quod penultima semper debet esse dissonantia vel imperfecta.

Tertia regula est, quod nunquam consonantia post consonantiam simul vel semel vel una et eadem consonantia replicari debet.

Quarta regula est, quod semper una consonantia et altera dissonantia cantari debet.

Quinta regula est, quod nos possumus facere duas vel tres ad plus dissonantias, et postea sequi debet consonantia.

Sexta regula est, quod nos possumus descendere de duodecima in octavam, et de octava

Digitized by Google

in quintam, et de quinta in unisonum. Et sic per ascensum.

Sed mediocriter dicitur quum una consonantia et altera dissonantia cantatur. Consonantia et consonantia perfecta idem sunt. Et dissonantia et consonantia imperfecta pro eodem habentur.

Tractatus iste super musicam composuit venerabilis magister Philippus de Vitriaco.

Omni desideranti notitiam artis mensurabilis musice tam nove quam veteris obtinere, certas hic rationes presentes sub brevi compendio, pro posse meo, propono fideliter adsignare. Cum antiquitatem per Franconem notum est omnibus tradisse, novitatemque per Philippum in majori parte subtiliter invenisse, et quia voces seu notulas proportionabiliter oportet in hoc opere mensurare, prout longe, vel breves, semibreves ac minime figurantur, ergo ad figurationem et valorem ipsarum breviter procedamus. Longa sub forma quadrata figurata, habens tractum a parte dextera descendentem, vel ascendentem, vel duos quorum dexterum excedit in longitudine sinistrum, et tunc illa nota dicetur plica longa, et valet tria tempora in modo perfecto, duo autem imperfecto.

Modus imperfectus est ipsas breves vel tempora vel numerum binarium computare; dicitur imperfectus eo quod numerus binarius est imperfectus. Numerus vero ternarius est perfectus assumptus a trinitate, scilicet pater, filius et spiritus sanctus, ubi est summa perfectio.

Modus perfectus cognoscitur per pausas, quando pause inter longas sunt perfecte, vel quando de longa usque ad aliam longam per numerum ternarium melius quam per binarium tempora computantur, ut hoc patet inferius:





Item longa, licet valeat tria tempora in modo perfecto, sicut dictum est, tamen tribus imperficitur; videlicet, quando sola brevis sequitur aut precedit, vel quando plures quam tres breves ipsam sequuntur, similiter imperficitur, ut hic:

Si autem due vel tres breves tantum sequuntur ipsam longam, nulla sola brevi precedente a qua posset imperfici, perfecta est longa ipsa, nisi punctus divisionis ponatur inter primam brevem et secundam, vel inter primam et alias subsequentes. Item longa ante longam in modo perfecta est, et longa post quam punctus, qui dicitur perfectus, mediate ponitur, similiter perfecta in modo perfecto, ut hic:



Digitized by Google

Est quedam alia nota sub forma quadrata habens tractum a parte dextra, vel duos quorum dexter et contra, sicut ipsa longa, sed in duplo est latior ipsa longa, et tunc ipsa nota dicitur duplex longa, et valet sex tempora in modo perfecto, et quatuor imperfecto; et imperficitur duobus modis tantum, videlicet : a sola brevi sequenti non precedenti, sicut inferius hic probabo, vel quando plus quam tres breves sequuntur ipsam duplicem, et tunc non valet nisi quinque tempora, ut hic patet :

Breves sub forma quadrata figurantur carens omni tractu. Si vero habent tractum a parte sinistra vel duos quorum sinister sit longior dextro, tunc prima nota plica brevis appellatur, et valet tres semibreves in tempore perfecto. Tempus semibrevium perfectum est trium semibrevium assumptio pro qualibet brevi vel proferendo valorem ipsarum, vel ipsius perfectionis numerando; tempus imperfectum est, quando valorem tantum semibrevium numeratur, variatur et mensuratur, ut hic :

Item brevis imperficitur tribus modis, videlicet: quum sola semibrevis ipsam sequitur aut precedit, vel quum plures quam tres semibreves ipsam similiter subsequuntur, ut hic :

Et si due vel tres tantum sequuntur, nulla semibrevi precedente, sola predicta dicitur talis brevis, nisi punctus divisionis ponatur inter vel secundam et primam semibrevem, vel inter primam et alias subsequentes. Item sicut longa ante longam perfecta est, ita brevis ante brevem dicitur perfecta; punctus immediate positus per-

Digitized by Google

ficit ipsam brevem tempore imperfecto, nisi pro divisione modi forsitan assignetur, ut hic :

Item brevis imperficitur dupliciter, videlicet a sola minima sequenti, non a precedenti, vel a pluribus quam tres ipsam brevem sequentibus, licet multi teneant quod brevis imperficiatur a parte precedenti per minimam, et duplex longa imperficiatur a brevi similiter precedenti. Dico quod falsum est : nam brevis ipsa non imperficitur a minima, quantum ad totum, cum minima non subjiciatur brevi, immo semibrevi; ergo quantum ad partem que est semibrevis, hoc arguo, quocienscumque brevis imperficitur, a minima non imperficitur quantum ad totum, sed quantum ad partem, videlicet ad semibrevem, et longa ante longam nunquam possunt perfici a parte precedenti propter partem subsequentem, ut hic :

Item brevium quedam recta, quedam altera nuncupatur; recta valet unum, altera vero duo. Unde quocienscumque due breves inveniuntur inter duas longas, prima recta est, alteraque secunda, et vocatur altera, quia alteratur. Nam sua cum ipsa brevis naturaliter tantum unum tempus valet et duo quotiens alteratur. Item quando due breves reperiuntur inter punctum divisionis et longam, vel inter longam et punctum, secunda similiter alteratur, ut hic :

Semibrevis ad modum corporis obliqui figuratur, que valet tres minimas in majori prolatione, duas autem in minori prolatione. Multi ignorantes dicunt semibreves semper valere tres minimas, sed hoc est contra Franconem qui dixit mentione facta de longis et semibrevibus et de similibus. Idem judicium habeatur quod in longis et in brevibus invenitur perfectum et imperfectum per distinctionem modi tempus. Ita dico quod semibrevibus idem est invenire per distinctionem majoris prolationis et minoris. Major prolatio est larga vel lata mensura dans unicuique semibrevi tres minimas vel valorem. Minor prolatio est brevis et modica mensura sub qua due minime pro semibrevi tautummodo possunt proferri, ut hic :

Digitized by Google

Unde semibrevis imperficitur tribus modis, sicut brevis et longa, videlicet quando sola minima ipsam sequitur aut precedit, vel quum plures quam tres sequuntur minime, sicut de longa et brevi superius est dictum, ut hic :

Si vero due minime tantum, vel tres ipsam sequuntur, nulla sola minima precedente, perfecta est, nisi punctus divisionis ponatur inter primam et secundam, vel inter primas et alias, si fuerint subsequentes, ut hic :

Item semibrevis alteratur contra sicut brevis, scilicet quum due semibreves inveniuntur inter duas breves, vel inter punctum divisionis et brevem, vel inter punctum et brevem, ut hic :

Minima tot modis alteratur ; unde ratio alterationis est ista, quia ubi naturale aliquid deest, artificialiter debet reparari, aut remanebit imperfectum; sed quando due breves sole inveniuntur vel due semibreves, et idem de minimis deficit; ubi trinitas, ibi perfectio, ergo necesse est primam reparare, videlicet per alterationem unius illarum, scilicet secunde. Si dicatur : una illarum brevium potest esse longa imperfecta, dico quod non, quia, propter longam sequentum, necesse esset ipsam esse perfectam per regulam supradictam. Longa autem et contra; unde brevis alteratur ad modum perficiendum, semibrevis ad tempus, et minima ad prolationem, quum modus, tempus vel prolatio similiter sunt perfecta, vel hic :



Et nota quod duplex est punctus de quo plurimum supradixi : est punctus perfectionis, qui semper perficit longam in utroque modo, et brevem in utroque tempore, et semibrevem in utraque prolatione. Est autem aliquis punctus divisionis, et ille punctus imperficit longam dividendo breves, et imperficit brevem dividendo minimas. Unde videndum est quomodo cognoscitur punctus ille divisionis a puncto perfectionis, cum unus habeat imperficere figuras, et alius perficere, sicut dixi. Ubicunque punctus ponitur post longam, perfectionis esse dicitur; quando vero post minimam ponitur, pro divisione tunc adsignatur.

Et nota quod triplex est divisio, et triplex est perfectio, videlicet modi, temporis et prolationis. Item si punctus ponatur inter duas breves, debet dividere modum, nisi forte breves essent de tempore imperfecto, post quas aliqua semibrevis

Digitized by Google

sequeretur sola, que in sincopam reducitur ad predictam brevem puncto perfectionis punctatam.

Si autem punctus ponatur immediate post brevem, semibrevi sola sequente, pro perfectione temporis dicitur semper esse.

Item si punctus ponitur post semibrevem, dicitur pro perfectione prolationis, videlicet semibrevis; atque si post semibrevem illam punctuatam sequeretur tunc semibrevis, pro divisione temporis assignatur, nisi forte semibreves ille sint de minori prolatione, post quas sequeretur aliqua sola minima que reducitur ad semibrevem predictam, puncto perfectionis punctuatam per sincopam ; et sic apparet qualiter cognoscitur unus punctus ab alio, ut hic :

Cum duplex sit modus, tempus et prolatio, sicut dixi, videndum est de signis per que distinguitur. Quadrangulus cum tribus tractulis ponitur pro modo perfecto, quadrangulus vero cum duobus tractulis pro modo imperfecto ponitur, ut hic:



Circulus ponitur tro tempore perfecto, semicirculus pro tempore imperfecto, ut hic:

Sicut est dare distinctionem per signa inter modum perfectum et imperfectum, ita est dare aliqua distinctio inter majorem prolationem et minorem, si contingat illam variare; bene dico quod in signo temporis illius cujus fuerit superius assignato, debent poni tres puncti pro majori prolatione, duo autem pro minori, ut hic:

Item modus, tempus et prolatio per rubeas[1] distinguuntur figuras. Unde, quandocumque rubea ponitur longa, ponitur ad dextram, ita quod si nigre fuerint de modo perfecto, rubee erunt de modo imperfecto, et e contrario, ut hic:

Breves ponuntur rubee ad differentiam temporis, ita quod si nigre breves fuerint de tempore perfecto, rubee erunt de imperfecto et e contrario. Nisi cum aliqua louga forsitan ordinentur, sicut in moteti tenore qui dicitur: *In arboris*, vel in tenore de : *In nova fert animus*, ut hic:



1 Notule quæ in hoc exemplo et sequentibus vacuæ pununtur, rubeo colore in codice depinguntur.

Digitized by Google

Semibreves rubee ponuntur ad differentiam prolationis, ut, si nigre fuerint de majori prolatione, rubee erunt de minori, et e contrario. Nisi semibreves forsitan cum aliqua brevi ordinentur, quia tunc ponuntur ad differentiam temporis, sicut in tenore de : *In arboris* invenitur, ut hic :

Sincopa est divisio cujuscumque figure ad partes separatas que ad invicem reducuntur perfectiones numerando, et tripliciter : videlicet in modo, tempore et prolatione. Si fiat in modo, aut fiat in modo perfecto aut imperfecto ; si in modo perfecto, tunc est reperire tres breves separatas, vel valorem pro longa, vel unam brevem cum una pausa duorum temporum que reducatur ad hanc brevem. Si autem fiat in modo imperfecto, tunc est reperire breves tantum separatas que perfectiones modi numerando reducantur ad invicem, ut hic :

Si autem fiat in tempore, fiat aut in tempore perfecto aut imperfecto. Si fiat in tempore perfecto, tunc brevis dividitur in tres semibreves separatas tantum, vel valorem qui similiter ad invicem reducuntur, vel ipsa puncto perfectionis punctuatur, cujus tertia pars ad aliquam semibrevem solam ad ipsa reducitur separata, ut hic :

Similiter in prolatione ; fiat aut in majori aut in minori. Si autem in majori, tunc est invenire tres minimas per semibrevem separatas que numerando perfectiones prolationis ad invicem reducuntur. Si autem fiat in minori prolatione, tunc est invenire duas minimas tantum pro semibreve separatas qui numerando perfectiones ipsius prolationis ad invicem reducuntur, ut hic :

Ligaturarum alia ascendens, alia descendens, et quia ars loquitur de primis, mediis et ultimis earum, idcirco de primis et ultimis ligature descendentis. Primo videamus sicut dicit ars : prima descendens sine tractu longa est, sed si habuerit tractum a parte sinistra descendentem, dicitur esse brevis. Similiter omnis ultima ligature descendentis longa est, nisi fuerit in aliquo corpore figurata, ut hic inferius patebit :

Digitized by Google

Nunc de primis et ultimis ligaturis videamus, sicut ars quod prima ascendens semper est brevis, nisi a parte dextra tractum habuerit descendentem. Similiter omnis ultima ascendens brevis, nisi ponatur super penultimam vel a parte dextra tractum habuerit ascendentem, vel descendentem, ut hic :

Item omnis tractus ascendens in prima positione ligature descendentis vel ascendentis facit primas esse semibreves ; et omnes medie sunt breves cujuscumque sint ligature, ut hic :





Pausa est vocum omissio, seu asperitate mensurata per tot corporibus quot fuerit figurata; unde pausa valet tot tempora quot continet spatia. Nam si tenet unum, valet unum, si tenet duo, valet duo, si tenet tria, valet tria. Si tenet quatuor, immensurabilis est. Sed illa pausa que tenet dimidium spatium descendendo, valet unam semibrevem de prolatione qua fuerit. Quid ergo fiet de pausa minime cum minor pausa non possit inveniri quam dimidii spatii. Dico breviter et hoc tenetur ab omnibus expertis in scientia, quod pausa semibrevis debet descendere inferius a linea; pausa vero minime debet ascendere superius a linea, tenens dimidium spatium, ut hic :



EXPLICIT ARS PERFECTA IN MUSICA MAGISTRI PHILIPPOTI DE VITRIACO.

VI

PHILIPPI DE VITRIACO

LIBER MUSICALIUM.

Quoniam de arte mensurabili tractare proponimus, scire debemus quid sit musica, et unde dicatur, et quot sint ejus claves, et quot voces similiter et quot toni.

Primo sciendum est quod musica est de multitudine sonorum, scilicet de numero relato ad sonum.

Vel musica est peritia modulationis, cujus subjectum est quantitas discreta de numero relato ad sonum ; vel sonus armonicus numeri proportione coactus ; vel res armonica numeri proportione coacta.

Dicitur autem a musis, quia per musas et vires carminum modulatio conquiritur. Dicitur etiam a

Digitized by Google

Moys que est aqua, et ycos quod est scientia, quasi scientia aquatica vel composita juxta aquas.

Sciendum quod viginti sunt claves in numero, et ♮ quadratum quod bis ponitur in cantu, quarum octo prime dicuntur graves, et septem acute et quinque superacute. Ad hujus intelligentiam sciendum quod septem sunt littere latine ex quibus voces exprimuntur, videlicet A, B, C, D, E, F, G, que etiam claves vocantur; per ipsas enim cantus reseratur. Et sicut clavis in sera revolvitur, ita totius musicé cantus in istis septem litteris implicatur.

Sex enim sunt voces in quibus tota musica conformatur, scilicet *ut, re, mi, fa, sol, la,* quarum semper una in linea, et alia in spatio locum habet.

Notandum quod duplex est tonus, scilicet tonus sonorum et tonus musice. Tonus sonorum est ascensus duarum vocum vel descensus, ut distat inter *ut* et *re,* et e converso; vel inter *re* et *mi,* et e converso; vel inter *fa* et *sol,* et e converso; vel inter *sol, la,* et e converso.

Tonus musice est discretio principii et finis, ascensus et descensus cujuslibet regularis cantus; vel est quedam regula que in omni cantu in fine dinoscitur vel dividicatur; et istorum sunt octo, scilicet primus, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus et octavus; quorum quatuor sunt impares et quatuor pares; et nota versus de fine eorum:

Impar quisque parem sibi postulat associatum;
Qui secum possunt in eodem fine morare.
Finem cunctorum cantor cognosce tenorem.
Semper primorum *D* gravis fine duorum
E sunt sumentes alii duo fine sequentes
Hujus et unus tangunt *F* sic dat tibi textus.
Septimus octavus in sola *G* requiescunt.

Nota versus de tonorum ascensu et descensu:

Sex paritas scandit in fine que quatuor ymat.
Imparitas que conscendit bassantur ad unum.

Regule discantus.

Sequuntur regule fundamenti discantus. Et nota quod septem sunt species concordantiarum, videlicet: Unisonus, dytonus, dyapente, tonus cum dyapente, dyapason, dytonus cum dyapason, dyapente cum dyapason. Et illarum quatuor dicuntur perfecte, scilicet unisonus, dyapente, dyapason et dyapente cum dyapason. Et alie tres nominatur imperfecte, scilicet dytonus, tonus cum dyapente et dytonus cum dyapason. Sed omnes debent esse perfecte de tonis suis, et quando non, debemus eas perfectas facere cum voce per hoc signum ♮ durum vel quadratum, quia ubicunque ponitur in cantu, signat ascensum unius semitonii, et *b* molle signat descensum semitonii.

Et prime quatuor dicuntur perfecte de se ipsis, quia omnis discantus debet incipi et finiri in illis quatuor; et sunt magis necessarie quam alie. Tres dicuntur imperfecte; que ideo dicuntur imperfecte, quia discantus non potest incipi nec finiri in illis. Et oportet etiam quod sint perfecte de de tonis suis; quando non, debemus eas perficere cum voce.

Nota unisonus est, quando cantus et discantus in eadem voce manifestantur, et dicitur quasi unius soni.

Dytonus constat ex tribus vocibus in quibus invenimus duos tonos; et dicitur a dya, quod est duo, et tonus, quasi duorum tonorum, et nominatur tertia perfecta. Et invenitur semidytonus quoniam constat ex tribus vocibus in quibus invenitur tonus cum semitonio; et dicitur a semis quod est dimidium, et tono, id est semitonio et tono. Fit semidytonus et nominotur tertia imperfecta.

Dyapente constat ex quinque vocibus in quibus invenimus tres tonos cum uno semitonio; et dicitur a dya, quod est de, et pentha quod est quinque, id est de quinque vocibus fit dyapente et vocatur quinta.

Digitized by Google

Tonus cum dyapente constat ex sex vocibus in quibus nos invenimus quatuor tonos cum uno semitonio, et nominatur sexta perfecta.

Et invenitur semitonus cum dyapente, et constat ex sex vocibus in quibus inveniuntur tres tonis cum duobus semitoniis, et vocatur sexta imperfecta.

Dyapason constat ex octo vocibus in quibus invenimus quinque tonos cum duobus semitoniis; et dicitur a dya, quod est de, et pason, octo; et vocatur octava.

Dytonus cum dyapason constat ex decem vocibus in quibus invenimus septem tonos cum duobus semitoniis et vocatur decima perfecta.

Et invenitur semidytonus cum dyapason, et constat ex decem vocibus in quibus invenimus quinque tonos cum tribus semitoniis, et vocatur decima imperfecta.

Dyapente cum dyapason constat ex duodecim vocibus in quibus invenimus octo tonos cum tribus semitoniis, et vocatur duodecima.

Et inveniuntur adhuc due species scilicet tonus cum dyapente et dyapason, et duplex dyapason.

Tonus cum dyapente et dyapason constat ex tredecim vocibus in quibus nos invenimus novem tonos cum tribus semitoniis, et vocatur sexta supra octavam.

Et invenitur semidytonus cum dyapente et dyapason, et constat ex tredecim vocibus in quibus invenimus octo tonos cum quatuor semitoniis, et vocatur sexta imperfecta supra octavam.

Duplex dyapason constat ex quatuordecim vocibus in quibus invenimus decem tonos cum quatuor semitoniis, et vocatur duplex octava vel quatuordecima.

Sequitur quomodo iste septem species ponende sunt in discantu.

Et nota quod due species perfecte de se ipsis non possunt poni insimul, id est quod unisonus bis non debet poni, nec quinta, nec octava, nec duodecima. Et nota quod cantus et discantus non debent ascendere insimul, nisi cum speciebus imperfectis.

Ulterius sciendum quod quando cantus ascendit, et tunc discantus incipit in quinta, tunc quinta debet habere post se tertiam, et tertia unisonum, ut hic patet:

Cantus. Discantus.

Sed quando cantus ascendit, et discantus incipit in duodecima, tunc duodecima debet post se habere decimam, et decima octavam, ut in exemplo subscripto:

Cantus Discantus.

Nota etiam quando tres voces in una linea seu in uno spatio veniunt insimul, et tunc discantus incipitur per octavam, tunc octava debet post se habere quintam et converso, ut patet in exemplo hoc:

Cantus. Discantus.

Et si discantus inciperet per quintam, tunc quinta debet post se habere octavam, et e converso octava quintam, ut hic patet:



Cantus. Discantus.

Nota quando cantus descendit, et cum discantus

Digitized by Google

incipit per unisonum, tunc unisonus debet post se habere tertiam et tertia quintam, ut hic sequitur :



Cantus. Discantus.

Et iste cantus potest elevari per octavam et cantare istas notas predictas equaliter, ut hic :

Cantus. Discantus.

Sciendum quando cantus ascendit per dytonum vel per semidytonum, et tunc discantus sit in octava, tunc octava debet post se habere quintam, ut in hoc exemplo sequenti habetur :



Cantus. Discantus.

Et si discantus incipit in quinta, tunc quinta habere debet post se unisonum, ut hic :

Cantus. Discantus.

Et nota quod iste cantus potest elevari per octavam et cantare notas equales, ut hic habetur exemplum :



Cantus. Discantus. Cantus. Discantus.

Nota quando descendit per dytonum vel semidytonum, et si discantus sit in quinta, tunc quinta debet post se habere octavam, ut hic :



Cantus. Discantus.

Sed discantus sit unisono, tunc unisonus debet post se habere quintam, ut hic in exemplo :



Cantus. Discantus.

Et iste cantus potest etiam elevari per octavam vel duodecimam et cantare dictas notas, ut infra :

Cantus. Discantus. Cantus. Discantus.

Et notandum quando tres note, vel quatuor, vel quinque descendunt de linea ad spatium, vel e converso, et tunc discantus sit in quinta, tunc quinta debet post se habere sextam, vel sextas, et post sextas octavam, ut hic habetur :



Cantus. Discantus

Et si esset in octava, deberet habere post se quintam, ut hic :



Cantus. Discantus.

Et si esset in quinta, tunc quinta post se deberet habere unisonum, ut hic :

Digitized by Google



Cantus. Discantus.

Et si descenderet in dyatessaron, tunc predicte species deberent poni modo contrario, scilicet quod octava habet post se duodecimam, et quinta octavam, et unisonus quintam, et sequuntur de his exempla per ordinem :



Cantus. Discantus. Cantus. Discantus.



Cantus. Discantus.

Notandum si cantus ascenderet in dyapente, et tunc discantus esset in duodecima, tunc duodecima debet post se habere quintam, ut hic :



Cantus. Discantus.

Et si descenderet in dyapente, et tunc discantus esset in quinta, tunc quinta debet post se habere quintam super octavam, id est duodecimam, ita quod quinta ad quintam reducitur ascendendo vel descendendo in cantu, ut hic in exemplo :

Cantus. Discantus.

Notandum si cantus ascenderet per dytonum vel semidytonum, et postea descenderet per tonum vel semitonium, et tunc discantus sit in duodecima, potest post se habere decimam, et decima duodecimam :



Cantus. Discantus.

Et si velles descendere cum discantu, tunc duodecima debet habere post se sextam, et sexta octavam, ut hic patet :



Cantus. Discantus.

Et si cantus ascenderet in dyapente et postea descenderet per tonum, et tunc discantus esset in duodecima, post se habere potest sextam et sexta octavam, ut hic :

Cantus. Discantus.

Et si discantus esset in octava, tunc octava posset post habere tertiam, et tertia quantam, ut hic :



Cantus. Discantus.

Et si velles ascendere cum discantu, tunc octava debet habere post se sextam, et sexta octavam, ut hic patet :



Cantus. Discantus.

Et si discantus descenderet in dyapente et postea

Digitized by Google

ascenderet per tonum vel semitonium, et cum discantus sit in quinta, potest habere post se duodecimam, et duodecima octavam, ut hic :



Cantus. Discantus.

Vel quinta potest habere post se decimam, et decima octavam, ut hic :

Cantus. Discantus.

Et est sciendum quando cantus ascendit per tonum vel simitonium, et postea descendit per tonum vel semitonium, et si discantus sit in octava, tunc octava post se habere debet sextam, et sexta octavam, ut hic :



Cantus. Discantus.

Et si discantus sit in duodecima, debet habere post se decimam, et e converso decima duodecimam, ut hic :

Cantus. Discantus.

Et si discantus esset in quinta, tunc quinta post se habere debet tertiam, et tertia e converso quintam, ut hic sequitur :

Cantus. Discantus.

Et si cantus descenderet tali modo ut infra, et discantus inciperet per octavam, tunc octava potest habere post se decimam, et decima duodecimam, et duodecima tredecimam, et tredecima duplicem octavam, ut hic videtur :

Cantus. Discantus.

Et si velles descendere cum discantus, tunc octava deberet post se habere sextam vel sextas, et sexta vel sexte octavam, ut in hoc exemplo :



Cantus. Discantus.

Item notandum si cantus ascenderet dyatessaron et tunc esset in duodecima, tunc duodecima debet post se habere octavam, sic :



Cantus. Discantus.

Et notandum quod quilibet cantor potest ponere duas vel tres vel quatuor species dictas imperfectas insimul cantu ascendente vel descendente, sed ultima nota in cantu debet descendere per tonum vel semitonium, et quelibet species imperfecta debet habere perfectam suam post se, verbi gratia : Si velles ascendere vel descendere per tertias vel etiam descendere, tunc tertia revertit ad octavam. Et si velles ascendere vel descendere per decimas, tunc decima vel decime revertunt ad duodecimam ; et de iis vide exempla per ordinem primo ascendendo, secundo descendendo :

Digitized by Google

De tertiis ascendendo. Ex. de

tertiis. De duodecimis.

Exemplum de tertiis. Exemplum de sextis.

Exemplum de decimis.

SEQUITUR DE FIGURATIONIBUS NOTULARUM.

Prima figuratio vocatur duplex longa; alia brevis; alia semibrevis; alia minima; alia semiminima.

Duplex longa, sic formatur : ▬.

Simplex longa, sic formatur : ▮■.

Sed quando cauda prevalet a parte sinistra brevis est, ut hic : ▮▬

Brevis, sic formatur : ■■

Semibrevis, sic : ♦♦

Minima, sic : ♦♦

Semiminima, sic : ♪♪

SEQUITUR DE MODIS.

Et notandum quod duo sunt modi scilicet modus perfectus et modus imperfectus. Modus perfectus est quando longa valet tria tempora, id est quando habet punctum retro se, vel quando tres note sunt conjuncte et quadrate, et ultima habet punctum; vel quando pausa occupat tria spatia; vel quando longa ante pausam trium temporum ponitur; vel quando punctus ponitur inter duas breves vel inter brevem et longam.

Modus imperfectus est quando duplex longa ponitur et valet quatuor tempora; vel quando simplex longa valet duo tempora; vel quando pausa occupat duo spatia; vel quando longa non habet punctum, etc.

DE TEMPORIBUS.

Sequitur de temporibus. Et notandum quod duo sunt tempora, videlicet tempus perfectum et tempus imperfectum.

Tempus perfectum est quando brevis valet tres semibreves, id est quando habet punctum retro se; vel quando tres semibreves ponuntur inter duas breves; vel quando pausa unius semibrevis bis ponitur; vel quando punctus inter duas semibreves ponitur, seu inter brevem et semibrevem.

Tempus imperfectum est quando brevis valet duas semibreves, id est quando non habet punctum retro se, vel quando due semibreves ponuntur inter duas breves vel quatuor semibreves, vel octo inter duas majores, etc.

DE PROLATIONIBUS.

Sequitur de prolationibus. Ubi sciendum quod due sunt prolationes, scilicet prolatio major, et prolatio minor.

Prolatio major est quando semibrevis valet tres minimas, id est quando tres minime ponuntur inter duas semibreves, vel inter brevem et semibrevem, vel inter duas breves; vel quando novem ponuntur; vel quando pausa unius minime bis ponitur; vel quando punctus ponitur inter duas minimas; vel quando semibreves vacue aut rubee ponuntur inter alias.

Prolatio minor est quando semibrevis valet duas minimas, id est quando due minime ponuntur

Digitized by Google

inter duas semibreves vel inter brevem et semibrevem, vel inter duas breves; vel quando semibrevis rubea ponitur cum una minima; vel quando semibrevis habet punctum retro se, et post punctum minima debet sequi et debet cantari tardando propter minimam precedentem, si sequitur semibrevis vel semibreves et postea minima, etc.

De punctis.

De punctis. Notandum quod quatuor sunt puncta, scilicet punctus perfectionis, punctus divisionis, punctus additionis et punctus demonstrationis.

Punctus perfectionis ponitur retro longam, et ponitur retro brevem; et ubicunque ponitur retro longam vel retro brevem, signat trinitatem, id est perfectionem.

Punctus divisionis ponitur in modo perfecto inter duas breves seu inter brevem et longam; in tempore perfecto ponitur inter duas semibreves seu inter brevem et semibrevem; et ponitur in majori prolatione inter duas minimas, seu inter minimam et semibrevem.

Et ubicunque ponitur inter duas notas, tunc signat quod iste due note non possunt conjungi insimul neque numerari; ergo punctus divisionis dicitur.

Punctus additionis ponitur in majori prolatione retro semibrevem, et post illam semibrevem cum puncto debet sequi minima. Et pro illo puncto debet addi minima cum illa semibrevi. Ideo punctus additionis dicitur.

Punctus demonstrationis ponitur in majori prolatione super minimam, et bis ponitur, id est quod minima stat inter duo puncta, et post illam minimam semibrevis vel semibreves debent sequi. Et post semibrevem vel semibreves due minime debent sequi cum eodem puncto vel sine puncto. Sed oportet quod prima minima vel ultime minime habeant illum punctum. Et illud punctum demonstrat quod prima minima vadat cum duabus ultimis; ideo punctus demonstrationis dicitur. Et ille semibreves debent cantari tardando, quia tardantur per minimam precedentem, etc.

De ligatura notularum.

De conjunctionibus notularum. Notandum quod quando due note sunt conjuncte et quadrate, et prima habet caudam ascendentem a parte sinistra, tunc ambe sunt semibreves; exemplum ut hic:

Et si due note sunt conjuncte et non quadrate et descendant, et prima habet caudam a parte sinistra descendentem, tunc ambe sunt breves; exemplum, hic:



Et si due note sunt conjuncte, et prima non sit caudata, tunc prima est longa et ultima brevis, ut hic:

Et si due note sunt conjuncte et quadrate et descendunt sine cauda, ambe sunt longe, ut hic:

Etiam sciendum quod omnes note que ascendunt sine cauda, sunt breves, ut hic:



Item nota quod omnes medie, que ascendunt vel descendunt, sunt breves, nisi fuerit in modo perfecto, et tunc penultima potest valere duo tempora. Et tunc ultima debet valere tria tempora, et hoc si prima non est caudata, etc. Et notandum quod in sub notata conjunctione, prima est longa et medie sunt breves, et ultima est longa:

Digitized by Google

Nota quod in ista sequenti conjunctione omnes sunt breves :

Et in ista conjunctione prima est brevis et ultima est longa, ut hic :



Nota quod in ista sequenti conjunctione prime due sunt semibreves et penultima est brevis, et ultima est longa ; nisi fuerit in tempore perfecto, quia tunc secunda semibrevis posset valere duas semibreves, et penultima posset valere duo tempora ita quod ibi semper notteur trinitas, id est perfectio, exemplum sequitur :

Et in sequenti conjunctione prime et medie sunt breves et ultima longa :

In ista sequenti conjunctione prime due sunt semibreves et ultima brevis, ut sic :



De alterationibus notularum.

Sequitur de alterationibus notularum. Pro quo notandum quod quando due breves ponuntur inter duas longas in modo perfecto, vel inter pausam trium temporum et longam, vel in principio cantus, tunc secunda illarum brevium alteratur, id est quod valet duas breves ; vel quinque in eodem modo, tunc quinta alteratur, vel octo in eodem modo, tunc octava alteratur ; exemplum ut hic :

Et quando due semibreves in tempore perfecto ponuntur inter duas breves, seu in principio cantus, vel inter longam et pausam unius temporis vel duorum temporum, vel ubicunque ponitur ante suas majores, tunc fit alteratio, ita quod quando sunt due, secunda alteratur ; quando quinque, quinta alteratur; quando octo, tunc octava alteratur, ut patet in exemplo :

Et quando due minime inter duas semibreves ponuntur in majori prolatione, tunc secunda illarum minimarum alteratur. Et possunt alterari etiam in principio cantus et ubicunque ponitur ante suas majores, vel quinque in eodem modo, vel octo, exemplum hic :

Digitized by Google

Nota etiam quod omnes note alicujus figurationis, id est quando figuratio mutatur in notis vacuis aut rubeis, tunc mutatur aut modus, aut tempus aut prolatio. Si figuratio mutatur in longa, tunc mutatur in modo; si vero in brevibus, semibrevibus vel minimis, mutatur in tempore vel prolatione.

Et nota quod si prima figuratio sit in longa, et hoc in modo perfecto, tunc secunda figuratio que mutatur est de modo imperfecto, ut sequitur:



Et e converso, si prima de modo imperfecto, tunc secunda est de modo perfecto, ut in hoc exemplo:



Si vera figuratio sit de tempore perfecto et de minori prolatione, tunc secunda figuratio, que mutatur, aliquando mutatur in tempore, aliquando in prolatione. Si vero per semibreves mutatur, in tempore et etiam in prolatione mutatur; exemplum ut hic:

Si vero mutatur in brevibus, in tempore mutatur et non prolatione:

Si prima figuratio sit in tempore perfecto et in majori prolatione, tunc secunda figuratio mutatur in prolatione et in tempore, exemplum ut hic:



Et aliquando quum mutantur octo vel quatuor minime, tunc mutantur minori prolatione, vel per duas semibreves vel per quatuor vel per octo semibreves, sic:



Nota quod in majori prolatione minima mutatur cum semibrevi, et tunc semibrevis in se valet duas minimas, et tunc alia minima mutari debet cum semibrevi, et faciunt insimul perfectum numerum. Item notandum quod O littera signat perfectionem in cantu, et C littera signat imperfectionem, etc.

Nota quod in majori prolatione habemus transpositionem in cantu, id est quando minima stat inter duo puncta, vel cum uno punctu et post illam minimam semibreves conjuncte vel non conjuncte sequuntur vel sola semibrevis sequitur, tunc post semibrevem vel semibreves due minime sequuntur cum uno punctu vel sine punctu, tunc semibreves debent cantare tardando. Exemplum de illo:



Et si prima minima stat sine puncto post semibreves, nisi sola minima sequitur, tunc deberet cantare eodem modo et hoc in minori prolatione;

Digitized by Google

vel si semibrevis ponitur cum uno puncto eodem modo, debent cantari alie semibreves que sequuntur, ut :

Et in majori prolatione isto modo debent cantari tardando, exemplum :



De figurationibus pausarum.

Notandum primo quod pausa trium temporum occupat tria spatia exemplum :



Notandum quod pausa duorum temporum occupat duo spatia, et quando bis ponitur bis valet, et potest poni ad placitum bis, ter vel quater, ut hic :



Pausa unius brevis debet tangere duas lineas, vel occupare unum spatium. Quando bis ponitur, bis valet, exemplum, ut hic :



Pausa unius semibrevis debet figurari magis sub linea quam supra lineam; et quando bis ponitur, bis valet :



Pausa unius minime debet figurari magis supra linea quam sub linea; et quando bis ponitur, bis valet :



Notandum *b fa*, ♮ *mi* habet duas claves videlicet *b* molle et ♮ quadratum; et etiam habet duas voces *fa* et *mi*, et nullam mutationem, quia inter *fa* et *mi*, non est nisi semitonium. De semitonio non potest fieri mutatio per discordantiam vocum. Sic oportet quod quelibet vox habeat suam vocem.

Notandum quod invenitur ficta musica in discantu, et est quando claves *b fa*, ♮ *mi*, et ubi ponimus *b*, molle dicimus, et ubi ponimus ♮, durum dicimus. Et ficta musica fit per vocem semitonii.

Regula generalis.

Cognoscant qui canere volunt, quod nunquam

Digitized by Google

inter sillabas ejusdem dictionis pausare licet de jure ratione cantus, nisi forte plures note sub eadem sillaba fuerint; tunc inter notas ejusdem sillabe poterint pausare, ita quod residuas notas reservent cum eadem sillaba preincepta; et note conjuncte naturaliter non debent disjungi, ut patet taliter:



VII

LIBELLUS CANTUS MENSURABILIS

SECUNDUM JOHANNEM DE MURIS

Quilibet in arte practica mensurabilis cantus erudiri mediocriter affectans, ea scribat diligenter que sequuntur summarie compilata secundum magistrum Johannem de Muris.

TRACTATUS PRIMUS.

Capitulum primum.

De quinque partibus prolationis.

Quinque sunt partes prolationis, videlicet: Maxima, longa, brevis, semibrevis et minima, ut hic apparet:

Maxima perfecta valet tres longas sive de modo perfecto, sive de modo imperfecto, si longa sit. De modo perfecto maxima perfecta valet novem tempora, de imperfecto sex, ut hic:



Maxima imperfecta valet duas longas sive sit de modo perfecto sive de imperfecto. Si de modo perfecto valet 6 tempora, si de modo imperfecto quatuor, ut hic:



Ex his infertur quòd maxima potest esse perfecta longis existentibus imperfectis, et e contrario. Maxima potest esse imperfecta, longis existentibus perfectis.

Longa in modo perfecto valet tres breves, in modo imperfecto duas, ut hic:



Brevis in tempore perfecto valet tres semibreves, in perfecto valet duas, ut hic:



Digitized by Google

Semibrevis in majori prolatione valet tres minimas, in minori duas, ut hic patet per exemplum:



Capitulum secundum.

De duplici modo.

Nota quod duplex est modus, scilicet perfectus et imperfectus. Perfectus quando longa valet tres breves; imperfectus quando valet duas.

Capitulum tertium.

De duplici tempore.

Nota quod duplex est tempus, scilicet perfectum et imperfectum. Perfectum quando brevis valet tres semibreves; imperfectum quando valet duas.

Capitulum quartum.

De dupla prolatione.

Nota quod duplex est prolatio, scilicet perfecta que vocatur major, et imperfecta que vocatur minor. Perfecta sive major prolatio est, quando semibrevis valet tres minimas. Imperfecta sive minor prolatio est, quando semibrevis valet duas minimas. Exempla patent ex predictis.

Capitulum quintum.

De imperfectione note.

Insuper est notandum, quod omnis nota perfecta potest imperfici per abstractionem tertie partis sui valoris, et imperfecta perfici per additionem medie partis suis valoris. Nam perfectio consistit in numero ternario, imperfectio in binario [1].

Capitulum sextum.

De imperfectione maxime.

Maxima perfecta in toto et in partibus potest imperfici dupliciter videlicet, quoad totum et quoad partes. Quoad totum dupliciter, scilicet a parte ante et ex parte post. A parte ante, quando eam precedit sola longa. A parte post, quando eam sequitur sola longa, vel quatuor, vel septem, vel decem longe, vel earum valor. Tunc prima longa vel ejus valor imperficit maximam precedentem, nisi propter punctum impediatur, ut hic:

Quoad partes etiam dupliciter, scilicet quoad partes propinquas, et quoad partes remotas. Pars propinqua alicujus totius est illa, in qua ipsum totum immediate dividitur [1]; sic maximarum partes propinque sunt longe, longarum breves, brevium semibreves, etc. Partes remote sunt partes remote propinquarum [2]. Remotiores sunt partes partium propinquarum.

Maxima igitur quoad partes propinquas potest imperfici dupliciter, scilicet a parte ante et a parte post, per abstractionem tertie partis cujuslibet valoris propinque partis, vel alterius earumdem.

Et sic similiter quoad partes remotas per abstractionem tertie partis, vel valoris cujuslibet partis remote, vel alterius earumdem, etc. Et ita suo modo potest intelligi de longis, brevibus et semibrevibus; exempla patebunt inferius.

Et pro predictis et infrascriptis nota has regulas:

Prima regula est, quod longa ante longam in modo perfecto semper est perfecta. Et brevis ante brevem in tempore perfecto semper est perfecta.

---

1 In codice Parisiensi:

Exemplum:

1 In codice Pragensi:

Pars propinqua alicujus note est ista in qua ipsa in totum immediate dividitur.

2 In codice Parisiensi:

Partes remote sunt partes partium propinquarum, ut breves respectu maximarum, et semibreves respectu longarum, et minime respectu brevium.

In codice Pragensi:

Hæ partes sunt partes precedenti propinquiores.

Digitized by Google

Et semibrevis ante semibrevem in majori prolatione semper etiam est perfecta, ut hic [1]:



Secunda regula est, quod quandocunque aliqua nota debet imperfici, opportet quod eam immediate sequatur nota major vel minor in forma vel in pausa majoris vel minoris forme, quia similis ante similem non potest imperfici, ut hic [2]:

Tertia regula est quod quando post longam de modo perfecto sequuntur due breves vel tres, tamen nulla sola brevi precedente a qua possit imperfici, perfecta est, nisi punctus divisionis ponatur inter primam brevem et alteram, vel alias sequentes. Nam tunc prima brevis imperficit longam precedentem. Et idem est intelligendum de brevibus temporis perfecti respectu semibrevium et de semibrevibus majoris prolationis respectu minimarum, ut hic [4]:



Quarta regula est, quod quando inter duas longas remanet sola brevis perfectione computata, tunc illa imperficit primam longam scilicet precedentem nisi per punctum aut aliter impediatur. Et idem est de semibrevi inter breves et de minima inter semibreves, ut hic [5]:



1 In codice Parisiensi:



2 In codice Pragensi:



In codice Parisiensi:



1 In codice Parisiensi:
Idem est intelligendum de brevi perfecta respectu semibrevium et de semibrevi respectu minimarum; omnium exempla:



2 In codice Pragensi:



3 In codice Pragensi:



In codice Parisiensi:



Digitized by Google



Quinta regula est, quando sola nota debet reduci ad priorem locum quem potest habere, ut hic patet [1] :

Sexta regula est quod omnis nota, que imperficitur, imperficitur a propinquiori [2]. Exempla patent in exemplis regularum precedentium.

Septima regula est, quod quando inveniuntur due note simul sole, ille non debent partiri, sed simul computari, ut hic :



Ulterius notandum est quod quando aliqua nota imperficitur a parte propinqua vel ejus valore, hoc fit respectu totius, sive quoad totum; si a parte remota, vel a partibus remotis, non tamen valentibus unam partem propinquam; hoc est quoad partem vel quoad partes.

Item notandum quod quidquid imperficitur, vel quoad partes propinquas, a tertia parte imperficitur; ex quo sequitur quod quidquid est divisibile in tres partes inequales, potest imperfici ab illa tertia parte; et quotiens dividi potest in tres partes equales, totiens potest imperfici ab illa tertia parte. Et imperficiens potest subponi [1] vel postponi illi qui imperficitur juxta libitum ponentis, servata tamen hac regula, quod nulla nota potest imperfici ante sibi similem, sed bene ante minorem vel majorem, ut superius dictum est [2].

Sequitur etiam ex premissis quod semibrevis prolationis majoris potest imperfici ab una minima precedente vel sequente, ut hic [3] :

Brevis imperfecta majoris prolationis non potest imperfici aliquo modo, quia non est divisibilis in tres partes equales.

Brevis imperfecta majoris prolationis potest imperfici ab una minima precedente vel sequente quoad partem unam et a duabus minimis [4] et ad partes ambas, ut hic :

1 In codice Parisiensi :



2 Ibidem :



1 In codice Parisiensi ac Pragensi : Preponi.

2 In codice Parisiensi :



3 Ibidem :



4 Quoad.

Digitized by Google



Brevis perfecta minoris prolationis potest imperfici ab una semibrevi vel a duabus minimis; et hoc quoad totum, ut hic:

Et nota quod quidam cantores, scilicet *Gulielmus de Mascandio,* et nonnulli alii imperficiunt brevem perfectam minoris prolationis ab una sola minima. Et brevem imperfectam majoris prolationis a duabus minimis simul sequentibus vel precedentibus, ut hic:

Et dicunt illi ibi mutari [1] qualitatem. Capiunt enim ibi brevem perfectam minoris prolationis ac si esset brevis imperfecta majoris prolationis, et e contrario brevem imperfectam majoris prolationis ac si esset brevis perfecta minoris prolationis [2].

Brevis perfecta majoris prolationis potest imperfici ab una sola minima precedente vel sequente, et hoc quoad unam ejus partem, et a duabus minimis, una precedente et alia sequente, quoad duas partes, ut hic:



Vel ambabus sequentibus vel precedentibus [1], ut hic:



Vel a tribus minimis [2], vel earum valoribus quoad totum, ut hic [3]:

Et a quatuor minimis vel earum valore quoad totum et quoad unam partem, ut hic:



Et a quinque minimis vel earum valore quoad totum et ambas partes remanentes, ut hic:

---

1 In codice Parisiensi : Mutare.

2 Ibidem :



---

1 In codice Parisiensi : Quoad duas partes.

2 Ibidem :

Precedentibus vel sequentibus vel aliquibus precedentibus et aliquibus sequentibus vel earum valore et hoc quoad totum. Exemplum :



3 Ibidem :



Digitized by Google

Et non potest plus imperfici, quia non remanet ei nisi valor brevis imperfecte minoris prolationis que brevis non potest imperfici, ut dictum est [1].

Et quidquid de imperfectione est dictum de minimis respectu brevium, intelligatur de semibrevibus respectu longarum, et de brevibus respectu maximarum; et etiam quidquid dictum est de minimis respectu semibrevium, intelligatur de semibrevibus respectu brevium, et de brevibus respectu longarum, et de longis respectu maximarum.

Unde sicut est dare brevem imperfectam valentem duas semibreves valentes quatuor minimas, sic est dare longam imperfectam valentem duas breves valentes quatuor semibreves, et maximam imperfectam valentem imperfectam, valentem quatuor breves.

Sicut est dare brevem imperfectam valentem duas semibreves, valentes sex minimas, sic est dare longam imperfectam, valentem duas breves, valentes sex semibreves, et maximam imperfectam, valentem duas longas, valentes sex breves.

Et sicut est dare brevem perfectam valentem tres semibreves, valentes sex minimas, sic est dare longam perfectam valentem tres breves, valentes sex semibreves, et maximam perfectam valentem tres longas valentes sex breves.

Et sicut est dare brevem perfectam valentem tres semibreves, valentes novem minimas, sic est dare longam perfectam valentem tres breves, valentes novem semibreves, et maximam perfectam valentem tres longas, valentes novem breves.

Ex quibus supradictis sufficienter habetur quomodo maxime et longe possint imperfici. Tunc videantur exempla que sequuntur.

Et sic de longis imperfectis modo et tempore, et de majori prolatione [1], ut hic :



Item de longis imperfectis modo, sed perfectis tempore [2], ut hic :



Item de longis perfectis modo, sed imperfectis tempore, ut hic :



Item de longis modo et tempore, ut hic :



1 In codice Parisiensi :



1 In codice Parisiensi :



2 Ibidem :



Digitized by Google

Sequuntur exempla quomodo maxima possit imperfici. Et primo de maximis imperfectis quarum longe sunt perfecte, ut hic [1]:



Item de maximis perfectis quarum longe sunt imperfecte, ut hic:



Item de maximis perfectis quarum longe sunt etiam imperfecte [2], ut hic:

Et predicta de imperfectione notarum sufficiant.

TRACTATUS SECUNDUS.

Capitulum primum.

De alteratione in musica.

Alteratio in musica est proprii valoris secundum note formam duplicatio [3], de qua tales dantur regule:

1 In codice Parisiensi:



2 Ibidem:



3 In codice Pragensi:

Alteratio est diversitas proprii valoris seu in note forma duplicatio.

Prima regula est quod nulla nota potest alterari ante sibi similem, nec ante majorem se.

Secunda regula est, quod omnis nota potest alterari ante proximam majorem se, sicut minima ante semibrevem, vel ante pausam semibrevis, brevis ante longam vel ante pausam longe, longa ante maximam, et non aliter [1].

Tertia regula est quod quandocunque inter duas longas de modo perfecto vel pausas longarum vel inter punctum et longam inveniuntur due breves sine puncto in medio, secunda alteratur, id est valet duas breves. Similiter, quando inveniuntur due semibreves inter duas breves de tempore perfecto, vel inter punctum et brevem vel inter pausas brevium, secunda alteratur, id est valet duas semibreves. Idem est de duabus minimis inter duas semibreves de majori prolatione. Nam quandocunque remanent due sine puncto in medio, secunda est alterata.

Et est notandum quod nota alterata potest imperfici a parte ante; exempla [2] de omnibus, ut hic:



1 In codice Parisiensi:



2 Ibidem:



Digitized by Google

Capitulum secundum.

De duplici minima.

Nota quod duplex est minima, semibrevis, brevis et longa, scilicet recta et altera. Recta quando simpliciter ponitur pro valore sui, altera quando pro duplici.

Capitulum tertium.

De causa alterationis alicujus note.

Item nota quod quando aliqua nota alteratur, hoc fit causa perfectionis, scilicet ut perfectio compleatur. Unde brevis alteratur ad perficiendum modum, semibrevis ad perficiendum tempus, et minima ad perficiendum prolationem. Hec de alteratione sufficiant.

TRACTATUS TERTIUS.

Capitulum primum.

De puncto.

Duplex est punctus, scilicet perfectionis et divisionis. Punctus perfectionis perficit longam utroque modo, brevem in utroque tempore, semibrevem in utraque prolatione[1]. Punctus divisionis imperficit longam dividendo breves, et imperficit brevem dividendo semibreves et imperficit semibrevem dividendo minimas[2].

Unde videndum est, per quod vel quomodo cognoscatur punctus perfectionis a puncto divisionis, cum unus habeat perficere figuras et alius imperficere, ut dictum est. Quando punctus ponitur post longam perfectionis esse dicitur. Quando vero immediate post minimam divisionis esse dicitur.

Et triplex est divisio, scilicet modi, temporis, et prolationis.

Item nota quod si punctus ponatur inter duas breves, dividit modum, nisi forte breves ille forent de tempore imperfecto, post quas vel ante quas reperitur aliqua semibrevis sola que per sincopam reduceretur ad dictam brevem, puncto perfectionis punctatam. Si autem punctus ponatur inter duas semibreves, pro divisione temporis assignatur, nisi forte semibreves essent de minori prolatione, post quas vel ante quas inveniretur aliqua minima sola que per sincopam reduceretur ad dictam semibrevem puncto perfectionis punctatam. Et hec de puncto sufficiant studere vobis. Exempla de predictis punctis :



1 In codice Parisiensi :



2 Ibidem :



Digitized by Google



TRACTATUS QUARTUS.

Capitulum primum.

De distinctione temporis, prolationis et modi.

Cum duplex sit modus tempus, et prolatio, ut supra dictum est, videndum est per que distinguuntur. Unde quadrangulus cum tribus tractis ponitur pro modo perfecto, ut hic : , cum duobus pro modo imperfecto, ut hic patet : . Exempla de ambobus :



Item circulus ponitur pro tempore perfecto.

Item semicirculus ponitur pro tempore imperfecto. Item si in circulo vel in semicirculo inveniuntur tres puncti, majoris prolationis est; si duo minoris est. Ut hic :

Capitulum secundum.

De distinctione temporis, prolationis et modi.

Item modus, tempus et prolatio distinguuntur etiam per notas rubeas sive vacuas, nigras et per nigras plenas, quando in aliquo cantu variantur. Unde si in aliquo cantu reperiantur longe nigre, rubre vel vacue; nigre longe sunt modi perfecti, et rubee vel vacue imperfecti[1], ut hic :



Item si breves inveniantur nigre, rubre vel vacue, nigre sunt temporis perfecti, et rubre vel vacue imperfecti[2], ut hic :

Et semibreves nigre sunt majoris prolationis; rubre vel vacue minoris, ut hic :



Item coloribus subscriptis, pausis et signis perfectum distinguitur ab imperfecto, et etiam cognoscitur :

1 In codice Pragensi :



2 Ibidem :

Digitized by Google

TRACTATUS QUINTUS.

Capitulum primum.

De modis.

Item sex sunt modi : primus modus procedit ex una longa et altera brevi, ut hic :



Secundus modus e converso scilicet ex una brevi et altera longa, ut hic :

Tertius modus ex una longa et duabus vel tribus brevibus, ut hic :

Quartus e converso ex duabus brevibus, vel tribus, et una longa, ut hic patet :



Quintus ex omnibus longis, ut hic patet per exemplum :



Sextus ex omnibus longis, brevibus et semibrevibus, ut hic patet :





Catitulum secundum.

De opinione quorumdam de modis.

Dicunt tamen aliqui solum esse quinque modos, et illi ponunt quintum cum primo et sextum loco quinti.

TRACTATUS SEXTUS.

Capitulum primum.

De ligaturis.

Unde ligaturarum alia ascendens, alia descendens. Ascendens, quando secunda nota est altior altera scilicet prima, descendens vero e contra, quando prima nota est altior secunda, habens caudam sive tractum a parte sinistra descendentem, sive fuerit in quadro sive in obliquo corpore figurata, cum proprietate dicitur, et est prima nota brevis, ut hic :



Secunda regula est quod quandocunque secunda nota est altior prima, et prima habuerit tractum a parte dextra descendentem sine proprietate dicitur et est prima nota longa, ut hic :



Et si prima nota non habuerit punctum sine perfectione dicitur. Et est prima brevis, ut hic patet :



Digitized by Google

Tertia regula est quod quandocunque prima nota quadrata sive obliqua est altior secunda carens tractu, sine proprietate dicitur, et est pro longa, ut hic:



Quarta regula est quod in omni ligatura prima nota habens tractum a parte sinistra ascendentem cum opposita proprietate dicitur et facit duas primas esse semibreves, ut hic:



Quinta regula est, quod in omni ligatura ultima nota descendens sub penultima in quadro posita, cum perfectione dicitur, et est longa, ut hic:



Et in obliquo corpore figurata, sine perfectione dicitur, et est brevis, ut hic:



Sexta regula est quod omnis nota stans directe supra vel penultimam habens tractum a parte dextra, cum perfectione dicitur, et est longa, et secundum aliquos vocatur longa per oppositam proprietatem, ut hic:

Septima regula est, quod omnis ultima nota stans a latere supra penultimam sine tractu sive fuerit quadra sive obliqua sine perfectione dicitur, et est brevis, ut hic:



Octava regula est, quod in omni ligatura medie sunt breves, nisi prima esset cum opposita proprietate, quia tunc secunda remanet cum prima pro una brevi juxta regulam quartam predictam, ut hic:



Et hec de ligaturis sufficiant.

TRACTATUS SEPTIMUS.

CAPITULUM PRIMUM.

De sincopis.

Sincopa est divisio cujuscunque figure per partes separatas, que numerando perfectiones ad invicem reducuntur, et potest fieri in modo, tempore, et prolatione. Si fit in modo, aut fit in tempore perfecto aut imperfecto. Si in perfecto, tunc est reperire tres breves separatas, vel valorem pro longa perfecta, que numerando perfectiones ad invicem reducuntur. Si in modo imperfecto, tunc est reperire duas breves separatas, vel longam puncto perfectionis punctatam cujus tertia pars ad aliquam brevem solam reducitur separatam[1], ut hic:

1 In codice Pragensi:



Digitized by Google



Capitulum secundum.

De sincopa, si fiat in tempore perfecto aut imperfecto.

Sincopa si fiat in tempore, aut fit in tempore perfecto aut imperfecto. Si in tempore perfecto, tunc est reperire tres semibreves separatas, vel valorem pro brevi perfecta que ad invicem numerando perfectiones reducuntur. Si in tempore imperfecto, duas vel unam brevem puncto perfectionis punctatam cujus tertia pars ad aliquam semibrevem solam reducitur separatam, ut hic[1]:

Similiter si in prolatione, aut fit in majori aut in minori. Si in majori, tunc est reperire tres minimas separatas, vel valorem pro semibrevi majoris prolationis que ad invicem reducitur perfectiones numerando. Si in minori, duas vel semibrevem puncto perfectionis punctatam, cujus tertia pars ad aliquam solam minimam reducitur separatam, ut hic[2]:

1 In codice Pragensi:

2 Hic ponendum est exemplum codicis Pragensis quod, sub *nota* 1, in ima paginæ præcedentis descriptum est.



Item notandum quod nunquam nota per sincopam debet reduci ultra pausam majorem, utpote minima ultra pausam semibrevis vel majoris, nec semibrevis ultra pausam brevis vel majoris, et sic de aliis, licet aliqui dicant contrarium, sed nescio quo modo[1]; et hec sufficiant de sincopa.

TRACTATUS OCTAVUS.

Capitulum primum.

De pausis.

Pausa dicitur vocum amissio seu aspiratio mensurata, per tot tempora[2] quot fuerint spatiis mensurata, quoniam pausa valet tot tempora quot occupat spatia. Sicut, si tria spatia tenet, talia tempora valet; si duo tenet spatia, duo valet tempora; et si unum, unum valet tempus.

Et notandum quod major pausa trium temporum non est ponenda, nam aliter reduplicari deberet pausa secundum exigentiam modi[3]; et hinc essent frustra duplicationes et immensurabiles. Ulterius notandum quod pausa semibrevis debet

1 In codice Parisiensi : Sed nescio quo motu.

— In codice Pragensi : Sed nescio quo motu. Item quandocunque reperiatur minima vel pausa unius minime de majori prolatione ante duas semibreves vel plures, debet reduci semper ad ultimam, nisi rubea semibrevis vel vacua in medio inveniatur.

2 In codice Parisiensi : Pro tot temporibus.

3 Ibidem : Quia tales divisiones immensurabiles dicunt.

Digitized by Google

incipere in linea a descendere usque ad medium spatii, et pausa minime e contrario debet incipere a linea et ascendere ad medium spatii. Et pause semiminimarum fiunt ut pause minimarum, sed cum semicirculo, ut hic omnium exempla apparent:

Insuper notandum quod non debet poni pausa semibrevis neque major, nisi in completa prolatione; nec debet poni pausa brevis nec major, nisi in completo tempore; nec debet poni pausa longe, nisi in completo modo.

Item notandum quod pause non possint imperfici, nec alterari. Et hec de pausis dicta sufficiant.

TRACTATUS NONUS.

Capitulum primum.

De diminutione motettorum.

Diminutio motettorum semper fit in tenoribus[1], circa quam notandum est:

Primo, quod pro maxima sepe in diminutione ponitur longa, pro longa brevis, pro brevi semibrevis, pro semibrevi et minima;

Secundo notandum quod, quando tenor est de modo imperfecto, sive fuerit de tempore perfecto vel imperfecto, diminutio fit solum directe per medietatem notarum et pausarum;

Tertio notandum quod, quando tenor est de modo perfecto et tempore imperfecto, etiam diminutio fit directe per medietatem, sicut: pro longa valente tres breves ponuntur breves valentes tres semibreves.

Quarto notandum est quod, quando tenor est de modo perfecto et tempore perfecto, diminutio fit per tertium et non per medium. Et hec de diminutione sufficiant, exempla patent in motettis.

1 In codice Parisiensi ac Pragensi: Sequitur de diminutione que sepe fit in tenoribus motettorum.

TRACTATUS DECIMUS[1].

Capitulum decimum.

De colore.

Color in musica vocatur similitudo figurarum unius processus pluries repetita positio in eodem cantu. Pro quo notandum quod nonnulli cantores ponunt diversitatem inter colorem et taleam[2].

Nam vocant colorem, quando repetuntur eedem voces; taleam[3] vero quando repetuntur similes figure; et sic fiunt figure diversarum vocum. Que diversitas, licet servetur in quampluribus tenoribus motettorum, non tamen servatur in ipsis motettis; exempla patent in motettis.

Et predicta rudibus sufficiant in arte practica mensurabilis cantus volentibus introduci[4]. Amen.

1 Hic tractatus deest in codice Pragensi.

2 In codice Parisiensi: Differentiam inter colorem et tallam.

3 Ibidem: Tallam.

4 Ibidem: Anhelantibus erudiri.

Digitized by Google

VIII

ARS CONTRAPUNCTI

SECUNDUM JOHANNEM DE MURIS.

Quilibet affectans scire contrapunctum ea scribat diligenter que sequuntur per magistrum Johannem de Muris summarie compilata [1].

Primo enim sciendum est quod supra octavam non est species; sed quidquid fit supra octavam, potest dici reiteratio vel reduplicatio [2] infra quam octavam inclusive sunt sex species : tres perfecte et tres imperfecte. Prima species perfecta : scilicet unisonus, quamvis, secundum quosdam, non sit consonantia, est tamen, secundum Boetium, fons et origo omnium aliarum consonantiarum, et requirit post se naturaliter semiditonum, id est tertiam minorem. Est autem semiditonus : *re fa* et *mi sol*, et e converso; potest etiam habere post se aliam speciem perfectam et imperfectam, et hoc secundum variationem cantus.

Dyapente est species perfecta, et vocatur quinta; requirit naturaliter post se ditonum id est tertiam majorem. Est enim ditonus : *ut mi*, *fa la*, et e converso. Potest etiam habere aliam speciem perfectam vel imperfectam, et hoc causa predicta.

Dyapason, id est octava, species perfecta, requirit naturaliter post se dyapente cum tono [1], scilicet sextam perfectam; potest etiam habere aliam speciem perfectam vel imperfectam causa predicta [2].

Semiditonus, id est tertia minor, species imperfecta, requirit naturaliter post se unisonum potest etiam habere aliam speciem perfectam vel imperfectam, sed oportet tunc tantum sustinere quod fiat dytonus.

Dytonus, id est tertia major, species imperfecta, naturaliter requirit post se dyapente, id est quintam; potest etiam habere aliam speciem [3] perfectam vel imperfectam, et hoc secundum variationem cantus.

Dyapente cum tono, species imperfecta, requirit naturaliter post se dyapason, id est octavam;

1 Cf. tractatum præcedentem, p. 46.

2 Potest dici replicatio reiteratio.

— Hæc varia lectio ac illæ quæ in ima sequentium paginarum describuntur, e codice olim in Carmelitorum monasterio Ferrarensi servato, depromptæ sunt.

1 Post se dyapente aut dyapente cum tono.

2 Causa variationis, ut dictum est.

3 Alias species, se" perfectas aut imperfectas; sed oportet tantum sustineri quod fiat semiditonus.

Digitized by Google

potest etiam habere aliam speciem perfectam seu imperfectam [1], et hoc causa predicta.

Et est sciendum quod quilibet cantus debet incipi et finiri in consonantia perfecta. Item quod cantus nunquam debet ascendere neque descendere cum tenore in consonantia perfecta [2]. Sciendum est quod nunquam debent fieri simul due consonantie similes perfecte, sed bene possunt fieri due, tres vel quatuor imperfecte similes.

Item sciendum est quod quando cantus ascendit, discantus debet descendere, et e converso. Et hoc ad presens de contrapuncto in generali dicta sufficiant [3].

Cum notum sit omnibus cantoribus mensurabilem artem musice a plana originem sumere, ideo de ipsa tamquam de fundamento esse ejus est notandum. Cum autem musice mensurabilis ars sit levior, et a levioribus semper doctrina incipiat, non sit alicui dubium quod qui supra planam musicam voluerit discantare, eum oportet multa pre manibus habere ad hoc ut suum cantum possit placibiliter proferre. Attendat ergo volens hanc artem in practicam ponere ne multum se in sua voce extollat; quia non in clamore neque in tono multo [4] cantus fit placibilis, sed in suavi et dulci melodia. Motus ergo caritativo intuitu, aliqua, stilo jam incepto, quaiter discantus debet [5] in suo cantu regere, ut minus male scivero, competenter tractabo.

Et prius de contrapuncto sit hec prima conclusio : Contrapunctus non est nisi punctum contra punctum ponere vel notam contra notam ponere vel facere, et est fundamentum discantus. Et quia sicut quis non potest edificare, nisi prius faciat fundamentum, sic aliquis non potest discantare, nisi prius faciat contrapunctum.

Unde ad exemplum descendendo, dico pro secunda conclusione [1] : Septem sunt consonantie videlicet unisonus, tertia, quinta, sexta, octava, decima et duodecima, ut hic exemplum :

Unisonus. Tertia. Quinta. Sexta. Octava. Decima. Duode-[cima.

Tertia conclusio est : quatuor istarum sunt perfecte et tres imperfecte; perfecte sunt unisonus, quinta, octava, et duodecima; imperfecte sunt tertia, sexta et decima, sicut apparet in figuris supra notatis.

Quarta conclusio est quod contrapunctus debet suum punctum incipere a perfecta. Ratio est quia, ut inquit Boetius, non a diminutis et consumatis incipit rerum exordium, sed ab integris et absolutis. Sed post perfectam debet sequi

---

1 Seu imperfectam, causa variationis. Potest etiam habere quintam, et hoc quando tenor ascendit ditonum vel semiditonum, et non aliter.

2 Nisi per tonum vel semitonium.

3 Item est sciendum quod quando tenor ascendit, cantus debet descendere, et e contrario. Et hec ad presens de contrapuncto dicta sufficiant.

Sequitur qualiter debent poni consonantie in contrapuncto. Cum notum sit, etc.

4 Nec in tumultu.

5 Qualiter discantans debet se in suo cantu gerere in presenti pertractabo.

1 Secunda conclusio est quod septem sunt consonantie, videlicet unisonus, tertia, quinta, sexta, octava, decima, duodecima, decima-tertia, et decima-quinta, ut hic inferius patebit :



Discantus.

Digitized by Google

imperfecta; ratio est, ut idem Boetius dicit, omnia namque perfecta minus integris priora esse claruerunt. Exemplum, ut hic:



Et sicut ista patet figura exempli cantum suum prosequi poterit, et tunc bene et optime cantabit, quando uni perfecte unam imperfectam dabit[1].

Quinta conclusio[2] est quod in suo contrapuncto non debet dare duas duodecimas, nec duas octavas, nec duas quintas, nec duos unisonos, simul et semel, sed bene potest descendere de duodecima in octavam, et de octava in quintam, et de quinta in unisonum, et sic etiam per ascensum; sed melius dicitur quando una perfecta et alia imperfecta cantatur, ut hic patet exemplum:



Sexta conclusio est quod talis potest in suo contrapuncto dare duas vel tres[1] imperfectas ad plus; postea debet sequi perfecta, ut hic:



Septima conclusio est quod talis non debet dare in suo contrapuncto duas equales notas que sunt[2] duorum temporum, etiam si in prima sonaret quinta et in alia sexta, ut inferius. Ratio hujus potest esse, quia tenor discantaret, et hoc prohibitur expresse, ut hic:

---

1 Quando unam perfectam, aliam imperfectam dabit, ut hic:

Resolutio.

Discantus.



Tenor.



2 Quinta conclusio est quod in suo contrapuncto non dentur due species perfecte, ut puta 12ª, 15ª, 8ª, 5ª, et unisoni semel et simul tam per arsim, quam per thesim; sed bene possunt descendere de 12ª in 8ªm, et de 8ª in 5ªm et de 3ª in unisonum, et fit per ascensum. Sed melius datur quando una est perfecta et alia imperfecta, ut hic inferius:

Discantus.



Tenor.



1 Vel tres consonantias imperfectas, sequente eas consonantia perfecta, ut hic:

Discantus.

Tenor.



2 Que sint duorum temporum, etiam si in prima sonaret quinta, et in secunda sexta. Ratio potest esse, quia tenor

Digitized by Google



Tenor. Discantus.

Octava conclusio est quod in suo contrapuncto penultima semper debet esse imperfecta et hoc ratione euphonie [1], ut hic:



Tenor. Discantus.

Nona conclusio est [2] quod sicut contrapunctus incipit per perfectam, sic etiam debet finire. Ratio potest esse, quia, si fineretur cantus per imperfectam, tunc remaneret animus suspensus, nec adhuc quiesceret cum non audiret perfectum sonum, nec per consequens indicatur ibi finem esse cantus. Sed ab hoc evitandum, dicitur ultima perfecta, ut apparet in omnibus exemplis; et hec de contrapuncto dicta sufficiant.

De diminutione contrapuncti [1].

Primo sciendum est quod contrapunctus aut fit in tempore majori aut minori. Si contrapunctus fit in tempore perfecto majori, potest dividi ab una brevi. Ratio est, quia brevis perfecta majoris valet tres semibreves. Ideo potest dividi in tribus partibus, ut hic:



Tenor. Discantus.

Et sic notandum est quod aliud est dividere et aliud est imperficere, quia quelibet nota potest

---

discantaret et non discantus; quod omnino prohibetur expresse, ut hic:

2 Nona conclusio est, quia sicut incipti contrapunctus per perfectam, sic debet fluiri: cujus ratio potest esse, quia, si finiretur cantus per imperfectam, remaneret animus suspensus, nec adhuc quiesceret, cum non audiret perfectum sonum, nec per consequens indicatur ibi finem esse cantus. Sed ad hoc evitandum, datur ultima perfecta, ut apparet in omnibus exemplis: et sic debet servari in omnibus motetis.

1 Sequitur de diminutione contrapuncti.

Sequitur de ejus diminutione. In primis videlicet est sciendum quod contrapunctus aut fit in tempore perfecto majoris, aut fit in tempore imperfecto minoris. Idcirco sicut habet prima conclusio, quod si contrapunctus fit in tempore perfecto majoris, potest dividi ab una brevi perfecta et alia semibrevi perfecta. Ratio est, quia brevis perfecta majoris valet tres semibreves; ideo potest dividi in tribus partibus.

Et sic notandum est quod aliud est dividere, et aliud est imperfici, quia quelibet nota potest dividi tam perfecta quam imperfecta, sed non potest imperfici. Solum perfecta potest imperfici, et sic in plus se habet dividere quam imperficere, ut hic patet:



Digitized by Google

dividi, tam perfecta quam imperfecta, sed non potest imperfici, nisi solum perfecta et sic in plus se habet dividere quam imperficere.

Secunda conclusio est quod contrapunctus adhuc in tempore perfecto majoris potest dividi in tribus semibrevibus perfectis equaliter per predictam rationem[1], ut hic:



Tenor. Discantus.

Tertia conclusio est quod contrapunctus in tali tempore potest dividi in tribus semibrevibus et una minima, et hoc quoad unam ejus partem. Ratio est[2] quod quelibet pars est perfecta, quia quelibet valet tres minimas; ergo quelibet est divisibilis in tres partes equales, ut hic patet:



Tenor. Discantus.

Quarta conclusio est[1] quod in predicto tempore potest dividi in tribus semibrevibus et duabus minimis, et hoc quoad ejus duas partes, ut in hoc exemplo:



Tenor. Discantus.



1

2 Ratio est quod quelibet pars est perfecta, ergo quelibet valet tres minimas, et quelibet est divisibilis in tres partes, ut hic patebit:



1 Quarta conclusio est quod contrapunctus potest dividi in tribus semibrevibus, et in duabus minimis, et hoc quoad duas partes ejus, ut hic:

Digitized by Google

Quinta conclusio est quod contrapunctus potest dividi adhuc in tribus semibrevibus et tribus minimis et hoc [1] quoad tres partes in dicto tempore, ut hic :





Sexta conclusio est quod in tali tempore contrapunctus potest dividi a duabus semibrevibus et quinque minimis et hoc quoad unam ipsius partem [2], ut hic sequitur :

1 Et hoc quoad tres partes ipsius, ut hic sequitur :





Septima conclusio est quod contrapunctus in tali tempore potest dividi ab una semibreve et septem minimis, et hoc quoad ejus duas partes [1], ut hic sequitur exemplum :



Octava conclusio est quod contrapunctus in tali tempore potest dividi in novem minimis et

Digitized by Google

hoc quoad ejus omnes partes[1], ut hic sequitur :



Nota quod talis contrapunctus in tempore perfecto majoris non potest plus dividi.

De contrapuncto facto in tempore minori.

Prima conclusio est ista quod contrapunctus in tempore perfecto minoris potest dividi ab una brevi et una semibrevi imperfecta per rationem superius assignatam, ut consequenter patet exemplum :

Secunda conclusio est quod contrapunctus in dicto tempore[2] potest dividi a tribus semibrevibus, ut hic sequitur exemplum :

2 In tempore perfecto minoris.



Tertia conclusio est quod contrapunctus in dicto tempore potest dividi a duabus semibrevibus et duabus minimis[1], ut hic patet exemplum :

Quarta conclusio est quod contrapunctus in predicto tempore potest dividi ab una semibrevi imperfecta et quatuor minimis, ut hic :



Quinta conclusio est quod contrapunctus in tempore predicto potest dividi a sex minimis, ut hic patebit :



1 Tertia conclusio est quod contrapunctus in dicto tempore perfecti minoris potest dividi a duabus semibrevibus, et e duabus minimis, et hoc quoad unam ejus partem.

Digitized by Google



cantus.

SEQUITUR DE TEMPORE IMPERFECTO MAJORI DE QUO FIT HEC PRIMA CONCLUSIO.

Contrapunctus in tempore perfecto majori potest dividi ab una brevi et alia minima [1], ut hic patebit :



Tenor. Discantus.

Secunda conclusio est quod contrapunctus in tempore tali potest dividi in duas semibreves perfectas [2], ut hic infra :



Tenor. Discantus.

Tertia conclusio est quod contrapunctus in tempore predicto potest dividi ab una minima et duabus semibrevibus [3], ut hic.



Tenor. Dis -

1 Sequitur de tempore imperfecto majoris, et est ista prima conclusio, quod contrapunctus in tempore imperfecto majoris potest dividi ab una brevi, et una minima.

2 Secunda conclusio est, quod contrapunctus in tempore imperfecto majoris potest dividi per duas semibreves perfectas.

3 Tertia conclusio quod contrapunctus in tempore imperfecto majoris potest dividi ab una minima et duabus semibrevibus.

cantus.

Quarta conclusio est quod contrapunctus in dicto tempore potest dividi a duabus semibrevibus et duabus minimis [1], ut hic patebit :



Tenor. Dis -

cantus.

Quinta conclusio est quod contrapunctus in eodem tempore potest dividi a quatuor minimis et una semibrevi [2], ut hic :



Tenor. Dis -

cantus.

Sexta conclusio est quod contrapunctus in tempore predicto potest dividi a sex minimis [3], ut hic infra :

1 Quarta conclusio quod contrapunctus in tempore imperfecto majoris potest dividi a duabus semibrevibus et duabus minimis.

2 Quinta conclusio quod contrapunctus in tempore imperfecto majoris potest dividi in quatuor minimas, et ab una semibrevi.

3 Sexta conclusio quod contrapunctus in tempore imper-

Digitized by Google



fecto majoris potest dividi in sex minimas. Exempla omnium hic patent de omnibus conclusionibus successive :



SEQUITUR DE TEMPORE IMPERFECTO MINORI DE QUO SIT HEC PRIMA CONCLUSIO.

Contrapunctus in tempore imperfecto minori potest dividi a duabus semibrevibus [1], ut hic :



Secunda conclusio est quod contrapunctus in predicto tempore potest dividi ab una semibrevi et duabus minimis [2], ut hic :



Tertia conclusio est, quod contrapunctus in eodem tempore potest dividi in quatuor minimas, ut hic sequitur in alio folio. Et hec de conclusionibus contrapuncti quantum ad omnia tempora sufficiant [3]. Sequitur exemplum :



1 Sequitur de tempore imperfecto minoris, et est ista prima conclusio, quod contrapunctus in tempore imperfecto minoris potest dividi a duabus semibrevibus.

2 Secunda conclusio quod contrapunctus in tempore imperfecto minoris potest dividi ab una semibrevi et duabus minimis.

3 Tertia conclusio quod contrapunctus in tempore imperfecto potest dividi in quatuor minimas, et sic de contrapuncti conclusionibus quantum ad omnia tempora hec dicta sufficiant; videlicet, quibus cantores utuntur ternario ac binario, non quod illorum sit tempus per se, sed est bene diminutio facta in tempore; sed si scire vis in quo tempore sit facta

Digitized by Google



diminutio, vide, et quere in diminutionibus ipsius: et ecce exempla omnium dictorum.

IX

ARS DISCANTUS

SECUNDUM JOHANNEM DE MURIS

Ad sciendum artem discantus, primo est sciendum quod sunt septem consonantie, per quas omnis melodia componitur, utique unisonus, semidytonus, tonus cum dyapente, semitonus cum dyapente, et dyapason.

Unde scire debemus quid sit unisonus? Unisonus est unius et ejusdem vocis immediata repetitio, et dicitur ab unus, a, um, et sonus, soni, quasi unus sonus immediate prolatus.

Semidytonus est quedam species discantus que tertia imperfecta dicitur; et fit ex tribus vocibus continentibus tonum cum semitonio, utique de *re* ad *fa*, et de *mi* ad *sol*; et dicitur a semis, quod est imperfectus, et ditonus, quasi imperfectus dytonns.

Dytonus est quedam species discantus que tertia perfecta dicitur, et fit ex tribus vocibus continentibus duos tonos, sicut de *ut* ad *mi*, et de *fa* ad *la*; et dicitur a dya, quod est duo, et tonus, toni, quasi duo toni simul juncti.

Digitized by Google

Dyapente est quedam consonantia que quinta vel media dicitur, et fit de quinque vocibus continentibus tres tonos cum semitono, sicut de *ut* ad *sol* et de *re* ad *la,* et dicitur a dya, quod est *de,* et *penta* quod est quinque, quasi de quinque vocibus constans.

Tonus cum dyapente est quedam species discantus, que sexta perfecta dicitur, et fit ex sex vocibus continentibus quatuor tonos cum semitonio, sicut de *ut,* de C *fa ut* ad *la,* de A *la mi re* acutum, et de *ut,* de C *sol fa ut,* ad *la,* de A *la mi re* superacutum.

Semitonus cum dyapente est alia species discantus que sexta imperfecta dicitur; et fit ex sex vocibus continentibus tres tonos cum duobus semitonis, veluti de *mi,* in E *la mi* gravis, ad *fa,* de C *sol fa ut.*

Dyapason est quedam consonantia que dupla vel octava dicitur, et concordat ad modum unisoni, que fit ex octo vocibus continentibus quinque tonos cum duobus semitonis, sicut de C *fa ut* in C *sol fa ut,* et de D *sol re* in D *la sol re,* sic de aliis, et dicitur a *dya* quod est de et *pan* quod est totum et *son* quod est sonus, quia continet in se omnes alias consonantias existentes sub se.

Et possunt iste consonantie reiterari juxta possibilitatem et habilitatem vocis; sicut potest dici semiditonus supra dyapason. Tonus cum dyapente supra dyapason; semitonus cum dyapente supra dyapason, et usque bis vel ter dyapason.

Et notandum quod istarum septem consonantiarum, tres consonantie perfecte dicuntur, scilicet unisonus, dyapente et dyapason cum suis reiterationibus.

Relique imperfecte dicuntur; que sunt semidytonus, dytonus, semitonus cum dyapente et tonus cum dyapente cum eorum reiterationibus.

Item notandum est quod discantus debet incipi et finiri per unam perfectam consonantiam et non aliam. Et quum cantus descendit, discantus debet ascendere, ut hic :

Cantus. Discantus.

Item notandum quod due perfecte consonantie similes non debent poni in discantu consequentes, sed bene possunt poni dyapente et dyapason, ut hic :



Cantus. Discantus.

Item notandum quod bene possunt poni due imperfecte consonantie similes consequentes vel plures, ut hic :

Cantus. Discantus.

Item notandum est quod prohibitum est facere sextam sine dupla sequente, sive aliqua mediatione descendendo per unum gradum, ut hic :



Cantus. Discantus.

Sic si cantus ascendat vel descendat per quatuor gradus. Tunc si descendat, sextam illam potest sequi tertia supra dyapason que decima dicitur, ut hic :



Cantus. Discantus.

Si ascendat, sextam illam potest sequi tertia,

Digitized by Google

si consonantia sequatur tertiam illamque tendit in altum in unum gradum, ut hic :



Item prohibitum est descendere vel ascendere discantum cum tenore, nisi per consonantias imperfectas.

Quot sunt concordationes que, pueris vocis non mutatis, supra voces hominum possunt cantari? Undecim. Que sunt? Unisonus, tertia, quinta, sexta, octava, decima, duodecima, duplex sexta, duplex octava, duplex decima et duplex duodecima. Quarum quatuor concordationum tres sunt perfecte : scilicet unisonus, quinta et octava; et quatuor imperfecte : scilicet, due tertie et due sexte cum suis equipollentiis. Perfectarum equipollentie sunt duplex quinta que decima dicitur, vel duplex duodecima, vel duplex octava. Quibus perfectis speciebus debet inchoari et finiri contrapunctus, et etiam in medio contrapunctus possunt poni. Imperfectarum equipollentie sunt duplex tertia que sexta dicitur, vel duplex decima, vel duplex decima. Quibus concordantionibus imperfectis non possunt inchoari nec finiri contrapunctus ; sed solummodo in medio contrapunctus possunt poni.

Quot sunt diverse perfecte concordationes sive species? Tres que sunt unisonus, quinta et octava cum suis equipollentiis. Que est equipollentia quinte? Duodecima vel duplex duodecima. Que est equipollentia octave? Duplex octava. Potest contrapunctus talibus perfectis concordantiis inchoari et finiri, sic et etiam possunt tales concordationes perfecte in medio contrapunctus ubique poni.

Quot sunt diverse concordationes sive species? Quatuor que sunt due tertie, due sexte cum suis equipollentiis. Que est equipollentia tertie? Decima et duplex decima. Que est equipollentia sexte? Duplex sexta. Potest contrapunctus talibus imperfectis concordationibus non inchoari nec finiri, sed possunt tales concordationes imperfecte in medio contrapunctu ubique poni.

Tertia est plena de tonis quando, duobus plenis tonis in ejus unisono descendit, exemplum ut : *fa la, mi ut*. Tertia non est plena de tonis, quando nisi tono et semitonio in bono ejus unisono descendit, exemplum ut :



Et nota quod eodem modo dicendum est de decima. Decima est plena de tonis, quando duobus plenis tonis in bona ejus octava descendit, ut hic :



Decima non est plena de tonis, quando nisi tono et semitono in bono ejus unisono descendit, exemplum, ut hic :



Duplex decima est plena de tonis, quum duobus plenis tonis in bona ejus duplici octava descendit, exemplum ut hic :

Digitized by Google



Duplex decima non est plena de tonis, quando nisi tono et semitono in bona ejus duplici octava descendit, exemplum ut hic :



Sexta est plena de tonis, quando pleno tono in bona ejus quinta descendit :



Sexta non est plena de tonis, quando nisi semitono in bona ejus quinta descendit, ut :



Duplex sexta est plena de tonis, quando pleno tono in duodecima ejus descendit, ut hic :



Duplex sexta non est plena de tono, quando nisi semitono in bona ejus duodecima descendit, exemplum ut hic :



Item quandocumque habueris *mi* in quodam tenore contra quintam, octavam, duodacimam sive perfectarum specierum aliquam, componere intenderis, oportet te *mi* contra illud apponere, quia nullibi talibus perfectis concordationibus potest poni *mi* contra *fa*, cum insimul discordarent ; sed si contra illud *mi* ponitur *fa*, confortetur hoc *fa* sive perficiatur ♮ duro, et sic insimul bene concordabunt. Exemplum de quintis, de octavis, de duodecimis :

Item quandocumque habueris *fa* in quodam tenore contra quintam, octavam, duodecimam sive aliquam perfectarum specierum, componere intenderis, oportet etiam *fa* contra illud apponere, quia nullibi talibus concordationibus perfectis potest poni *mi* contra *fa*, cum insimul discordarent. Sed si contra illud *fa* ponatur *mi*, imperficiatur hoc *fa* sive annihiletur *b* molli, et sic insimul bene concordabuntur. Exemplum de quintis, de octavis, de duodecimis :



Breviter dicendo in contrapunctu, supra perfectas species nullibi contra *mi* potest poni *fa*,

Digitized by Google

nec e contra, in contrapunctu, supra perfectas species nullibi contra *fa* potest poni *mi*.

Quandocumque tertia imperfecta, id est non plena de tonis, immediate post se habet quintam sive etiam aliam quamcumque speciem perfectam, ascendendo solam notulam, illa tertia imperfecta debet imperfici ♮ duro. Exemplum :

Quandocumque decima imperfecta, id est non plena de tonis, immediate habet post se duodecimam, sive etiam quamcumque aliam speciem perfectam, ascendendo solam notulam, illa decima imperfecta debet perfici ♮ duro, ut hic :



Decima habens duodecimam post se. Decima habens duplicem octavam post se.

Quandocumque duplex decima imperfecta de se, non plena de tono, immediate post se habet duplicem duodecimam, ascendendo solam notulam, illa duplex decima imperfecta debet perfici ♮ duro :



Decima duplex habens duplicem duodecima post se.

Quandocumque aliqua sexta imperfecta, id est non plena de tonis, immediate habet post se aliquam octavam sive quancumque aliam perfectam speciem, ascendendo solam notulam, illa tunc duplex sexta imperfecta debet perfici ♮ duro, ut hic :

Sexta habens octavam post se. Sexta habens duodecimam post se.

Quandocumque duplex sexta imperfecta, id est non plena de tonis, immediate post se habet duplicem octavam sive quamcumque aliam perfectam speciem, ascendendo solam notulam, illa duplex sexta imperfecta perficitur ♮ duro, ut hic :

Duplex sexta habens octavam post se. Duplex sexta habens duplicem duodecimam post se.

Quandocumque tertia perfecta, id est plena de tonis, immediate post se habet quintam sive aliam quamcumque perfectam speciem ascendendo solam notulam, illa tertia perfecta debet imperfici *b* molli. Exemplum :

Tertia habens quintum post se. Tertia habens octavam post se.

Quandocumque decima perfecta, id est plena de tonis, immediate habet post se duodecimam sive etiam aliam quamcumque speciem perfectam, descendendo solam notulam, illa decima perfecta debet imperfici *b* molli. Exemplum ut hic :

Digitized by Google



Decima habens duodecimam post se. Decima habens post se duplicem octavam.

Item eodem modo est perfecta, duplex decima imperficienda, quando immediate post se habet duplicem duodecimam.

Quandocumque sexta perfecta, id est plena de tonis immediate post se habet octavam sive aliam quamcumque speciem perfectam descendendo solam notulam, illa sexta perfecta debet imperfici *b* molli. Exemplum ut hic :

Sexta habens octavam post se. Sexta habens duodecimam post se.

Quandocumque duplex sexta perfecta, id est plena de tonis, immediate post se habet duplicem octavam sive etiam quamcumque aliam speciem descendendo solam notulam, illa duplex sexta debet imperfici *b* molli. Exemplum, ut hic :



Duplex sexta habens duplicem octavam. Duplex sexta habens duplicem duodecimam.

Quamdocumque in simplici cantu est *la sol la*, hoc *sol* debet sustineri et cantari sicut *fa mi fa*, ut :



Quandocumque habetur in simplici cantu *sol fa sol*, hoc *fa* sustineri debet et cantari sicut *fa mi fa*, ut :



Quandocumque habetur in simplici cantu *re ut re*, hoc *ut* sustineri debet et cantari sicut *fa mi fa*, ut :



Et est notandum quod in contrapunctu nulle alie note sustinentur, nisi iste tres, scilicet : *sol fa* et *ut*.

Item contrapunctus debet incipi et finiri concordationibus perfectis. Item in contrapunctu non possunt poni post unisonum unisoni; post quintam non potest poni quinta; post octavam, octava; et sic de eorum equipollentiis. Item supra notulas in eadem linea vel eodem spatio sese sequentes, sicut sunt *la la, sol sol, fa fa, mi mi, re re, ut ut*, possunt poni omnes concordantie, exceptis duabus tertiis et duabus sextis et sexta octava cum suis equipollentiis :



Item super *la sol, sol fa, fa mi, mi re, re ut*, possunt poni omnes concordantie, exceptis quinta octava cum suis equipollentiis. Exemplum :



Digitized by Google

Item super *la fa, sol mi, fa re, mi ut,* possunt poni omnes concordantie, exceptis duabus tertiis et duabus sextis cum suis equipollentiis. Exemplum ut hic :



Item super *la mi, sol re, fa ut,* possunt poni omnes concordantie, exceptis duabus tertiis et et duabus sextis, et etiam sexta octava cum suis equipollentiis. Exemplum ut :



Item super *la re, sol ut,* et etiam super *la ut,* possunt poni omnes concordantie, exceptis sexta octava cum suis equipollentiis. Exemplum ut :



Item supra *sol la, fa sol, mi fa, re mi, ut re,* possunt poni omnes concordantie, exceptis duabus tertiis et duabus sextis et etiam sexta et octava cum sequente. Exemplum ut :



Item supra *fa la, mi sol, re fa, ut mi,* et etiam supra *ut la* possunt poni omnes concordantie, exceptis duabus tertiis et duabus sextis et etiam sexta octava cum suis equipollentiis. Exemplum :



Item nullibi possunt poni due vel tres vel quatuor tertie, nec etiam due vel tres vel quatuor sexte, nisi solummodo super notulas descendentes vel ascendentes solam notulam vicissim. Exemplum :



Tenor. Contrapunctus. Tenor. Contrapunc.

Et est notandum quod eodem modo dicendum est de earum equipollentiis. Exemplum ut :

Item nullibi potest poni sexta octava, nisi solummodo supra notulas descendentes per unum gradum, sicut super *la sol, sol fa, fa mi, mi re, re ut,* et etiam *la mi, sol re, fa ut,* quamvis non sit dulciter sonans. Et eodem modo dicendum est de earum equipollentiis. Exemplum pono :

De speciebus discantus et contrapunctus.

Quot sunt species discantus? Tredecim, ut patet hic inferius, scilicet : unisonus, etc. :

Digitized by Google

De quibus tredecim speciebus sunt invente tredecim concordantie, scilicet tres perfecte, scilicet unisonus, quinta et octava cum suis equipollentiis. Quatuor imperfecte sunt, due tertie et due sexte cum suus equipollentiis; sed dissonantes sunt due secunde, due quarte et due septime cum suis equipollentiis, sive equipollentes; secunde, etc.

De figuris sive modis notularum et ligatione.

In arte motetorum sive discantuum quinque sunt modi notularum, scilicet : duplex, longa, brevis, semibrevis et minima. Exemplum ut :



Item tres sunt ligature, scilicet: ligatura ascendens et ligatura descendens; ligatura ascendens notulis quadratis sive obliquis sine cauda, quotquot sint, sunt breves. Exemplum ut hic :



Sed si notula ultima predictarum notularum ascendentium contrario ponitur, vel habuerit caudam descendentem dextrorsum, longa est. Exemplum :

Ligatura descendens notulis quadratis sive obliquis, si prima sit sine cauda, longa est propter ejus improprietatem. Sic versus :

Prima carens cauda sit longa cadente secunda.

Exemplum ut hic :



Sed si prima predictarum notularum quadratarum sive obliquarum discendentium sive ascendentium habuerit caudam descendentem sinistrorsum, brevis est propter ejus improprietatem. Exemplum ut :

Sed si prima notularum predictarum quadratarum sive obliquarum descendentium sive ascendentium habuerit caudam ascendentem sinistrorsum, semibrevis est propter ejus incontrarietatem improprietatis, et proxima nota semibrevis est, sive ascendat sive descenda. Sit versus :

Cauda levata ducit semibreves vult fore primas.

Exemplum ut hic :



Omnes medie predictarum notularum quadratarum sive obliquarum descendentium sive ascendentium, sine cauda, breves sunt. Unde versus :

Est omnis media brevis ex quo stat sine cauda.

Exemplum ut hic :

Digitized by Google



Excepta proxima semibrevis cum cauda ascendente sinistrorsum que etiam semibrevis est, sive ascendat, sive descendat, notulis quadratis sive obliquis. Exemplum :

Et ultima predictarum notularum descendentium quadratarum longa est. Exemplum ut hic :



Unde versus :

Ultima descendens quadrata sit tibi longa.

Et ultima predictarum notularum obliquarum descendentium sit brevis :



De prolatione.

In arte motetorum sive discantuum sunt due prolationes, scilicet perfecta et imperfecta, major et minor; perfecta prolatio majoris in omnibus figuris numeratur per tres figuras, preter in minima, verbi gratia : duplex longa valet tres longas, novem tempora vel XXVIII semibreves. Longa, tres breves, id est tria tempora, vel IX semibreves vel XXVII minimas. Brevis, tres semibreves, id est unum tempus, vel IX minimas vel XVIII semiminimas. Semibrevis tres minimas, id est tertiam partem temporis, vel sex semiminimas, et minima non valet nisi duas semiminimas. Exemplum :

Que figure possunt alterari in prolatione perfecti majoris ; longa, brevis, semibrevis et minima. Quare ? Quia numeratur per trinarium numerum.

Exemplum sequitur de secunda longa alterata ante duplicem longam in prolatione perfecti majoris, ut hic :

Exemplum de secunda semibrevi alterata ante brevem in prolatione perfecti majoris, ut hic :

Exemplum sequitur de secunda brevi alterata ante longam in prolatione perfecti majoris :



Digitized by Google

Exemplum de secunda minima alterata ante semibrevem in prolatione perfecti majoris, ut hic :

Quare duplex longa de prolatione perfecti majoris non potest alterari? Quia non habet majorem figuram sibi precedentem, ideoque prima est.

Quare semiminima non potest alterari? Quia nisi due computantur pro minima.

Duplex longa ante sibi similem perfecti majoris posita, scilicet ante duplicem longam, vel longa ante longam, vel breves ante brevem vel semibreves ante semibrevem cujus valoris sunt plene, et valet quelibet tres figuras. Exemplum :

Item duplex longa perfecti majoris, vel longa, vel brevis, vel semibrevis ante pausam sibi similem posita si non imperficiantur a parte ante cujus valoris sunt plene, et valet quelibet tres figuras. Exemplum :

Sed posset quelibet imperfici a parte ante nonobstante quod ante pausam sibi similem posita est, ut exemplum :



Que figure possunt imperfici in prolatione perfecti majoris? omnes excepta minima. Quare? quia omnes computantur per trinarium numerum.

Semibrevis perfecti majoris a quibus figuris potest imperfici? Solummodo a minima vel a valore minime sive in figuris aut pausis.

Longa perfecti majoris a quibus figuris potest imperfici? Solummodo a brevi vel a valore brevis sive in figuris aut pausis.

Semibrevis perfecti majoris valens tres minimas quousque potest imperfici? Usque ad duas minimas, id est a sola minima vel a valore minime, sive in figuris aut pausis a parte ante vel post :

Brevis perfecti majoris valens novem minimas quousque potest imperfici? Usque ad quatuor minimas ad majus vel quinque aut sex, sive in figuris aut pausis a parte ante ultimam vel a parte post. Exemplum :



Item brevis perfecti majoris valens novem minimas posset imperfici usque ad septem minimas vel octo minimas, in figuris aut pausis a parte ante vel post; attamen raro tali modo imperficitur, quia clarius aliter poni potest. Exemplum ut hic :

Digitized by Google

Longa perfecti majoris valens tres breves vel novem ♦ vel XXVII 𝅘𝅥, quousque potest imperfici? Usque ad VIII minimas ad majus, vel IX, X, XI, XII, XIII, XIIII, XV, XVI, XVII, XVIII, id est usque duas breves vel sex semibreves. Exemplum ut hic :

VIII

Quatuor ♦, quelibet duabus 𝅘𝅥.

IX

Quatuor ♦; duarum primarum et ultima duabus 𝅘𝅥, et media tribus 𝅘𝅥.

X

Quatuor ♦; duarum primarum quelibet de tribus 𝅘𝅥, et duarum ultimarum quelibet de duabus :

XI

Quatuor ♦; trium primarum quelibet de tribus 𝅘𝅥, et quarta de duabus 𝅘𝅥.

XII

Quatuor ♦; quelibet de tribus 𝅘𝅥.

XIII



Quinque ♦; trium primarum de tribus 𝅘𝅥, et duarum ultimarum quelibet de duabus 𝅘𝅥.

XIV

Quinque ♦; quatuor primarum quelibet de tribus ♦, et ultima de duabus 𝅘𝅥.

XV

Quinque ♦; quelibet de tribus 𝅘𝅥.

XVI



Sex ♦; quatuor primarum quelibet de tribus ♦, duarum ultimarum de duabus ♦.

XVII



Sed ♦; quinque primarum quelibet de tribus 𝅘𝅥, et ultima de duabus 𝅘𝅥.

XVIII



Sex ♦; quelibet de tribus 𝅘𝅥.

Item longa perfecti majoris valens tres breves, vel IX, ♦ vel XXVII 𝅘𝅥, posset imperfici usque ad XIX minimas XX, XXI, XXII, XXIII, XXIIII, XXV, XXVI, in figuris in pausis a parte ante vel post. Attamen raro tali modo imperficitur, quia clarius, aliter potest poni. Exemplum ut hic :

XIX



Sex ♦ et una 𝅘𝅥.

Digitized by Google

Item duplex longa perfecti majoris valens tres longas, vel IX breves, vel XXVII semibreves quousque potest imperfici? Usque ad quatuor breves ad majus vel quinque vel sex in figuris aut pausis, a parte ante vel post. Exemplum ut :

Item quando in prolatione perfecti majoris stat punctus ad duplicem longam brevem vel semibrevem, qualis punctus est? Divisionis. Quare? Quia omnes ille figure computantur per trinarium numerum. Exemplum ut hic :



Item quando ante minima perfecti majoris stat punctus, qualis punctus est? Punctus divisionis. Exemplum :



Item quum post minima perfecti majoris stat punctus, qualis punctus est? Potest esse punctus divisionis vel augmentationis.

Divisionis est causa semibrevis valens tres minimas, que imperfici potest a minima habente punctum divisionis post se, si necesse fuerit. Exemplum :



Augmentationis est causa sui ipsius, scilicet quia valet duas semiminimas. Exemplum :



De imperfecta prolatione.

Imperfecta prolatio majoris in omnibus figuris numeretur per duas figuras preterquam in semibrevi verbi gratia : duplex longa valet duas longas, ie est quatuor tempora, vel octo semibreves, vel XXIV minimas ; brevis duas semibreves, id est unum tempus vel IV minimas vel XII semiminimas ; sed semibrevis valet tres minimas, id est semitempus vel sex semiminimas ; minima duas semiminimas. Exemplum ut hic :



Digitized by Google



De alteratione ejus.

Que figure possunt alterari in prolatione imperfecti majoris? solummodo minima. Quare? Quia numeratur per binarium numerum. Exemplum ut hic :

Quare longa, brevis et semibrevis imperfecti majoris non possunt alterari? Quia numeratur per binarium numerum, quia nisi due longe computantur pro duplici longa, et nisi due breves pro longa, et due longe computantur pro duplici longa et nisi due semibreves pro brevi.

Semibrevis imperfecti majoris ante sibi similem posita, scilicet ante semibrevem, cujus valoris est plena valet semper tres minimas :

Item semibrevis imperfecti majoris ante pausam sibi similem positam, non perficitur a parte ante, cujus valoris est plena et valet semper tres minimas; sed potest imperfici a parte ante, non-obstante quum ante pausam sibi similem posita est. Exemplum ut :



Que figure possunt imperfici in prolatione imperfecti majoris? Longa, brevis, vel semibrevis. Quare? Quia omnes computantur per trinarium numorum quoad minimas.

A quibus figuris potest longa, brevis vel semibrevis imperfici majoris perfecti? Solummodo a minima, vel a valore minime sive in figuris aut pausis.

Quare longa imperfecti majoris non potest imperfici a brevi vel a semibrevibus ita bene ut a minimis? Quia ipsa est longa et imperfecta quoad breves et semibreves, quia nisi duas breves valet vel quatuor semibreves, sed et perfecta quoad minimas, quia valet duodecim minimas, id est quater tres minimas.

Item tali modo dicendum est de brevi imperfecti majoris, quod non potest imperfici a semibrevi, sed bene a minima.

Semibrevis imperfecti majoris valens tres minimas quousque potest imperfici? Usque ad duas minimas, id est a sola minima vel a valore minime sive in figuris aut pausis a parte ante vel post, sicut semibrevis perfecti majoris. Exemplum ut hic :

Brevis imperfecti majoris valens sex minimas quousque potest imperfici? Usque ad minimas ad majus, sicut brevis perfecti majoris vel quinque sive in figuris aut pausis ante vel post. Exemplum ut hic :



Digitized by Google

Longa imperfecti majoris valens XII minimas quousque potest imperfici? Usque ad VIII minimas, ad majus, sicul tonga perfecti majoris, vel IX, X vel XI, sive in figuris aut pausis a parte ante vel post. Attamen raro imperficitur aliter quam usque ad XI minimas. Exemplum ut hic :

Quatuor ♦; quelibet de duabus minimis. Quatuor ♦; quelibet de duabus minimis.

Quatuor ♦; quelibet de duabus minimis. Quatuor ♦; quelibet de duabus minimis.

Quatuor ♦; duarum primarum et ultima quelibet ♦, et media de tribus minimis.

Quatuor ♦; duarum primarum quelibet de tribus ♦ et duarum ultimarum quelibet de duabus ♦



Quatuor ♦; primarum quelibet de tribus et ultima de duabus minimis.

Quando in prolatione imperfecti majoris ad duplicem longam vel brevem stat punctus, qualis punctus est? Augmentationis. Quare? Quia omnes ille figure computantur per binarium numerum. Exemplum ut :



Quando ante minimam imperfecti majoris stat punctus, qualis punctus? Est punctus divisionis. Exemplum ut :



Quum post minimam imperfecti majoris stat punctus, qualis punctus est, divisionis vel augmentationis? Divisionis ex causa semibrevis valentis tres minimas, que imperfici potest a minima habens punctum post se divisionis, si necesse fuerit. Exemplum ut :



Augmentationis ex causa sui ipsius scilicet, quia valet duas semiminimas. Exemplum ut :

De prolatione perfecti minoris.

Perfecta prolatio minoris in omnibus figuris numeretur per duas figuras preterquam in brevi; verbi gratia : duplex longa valet duas longas, id est quatuor tempora vel XII semibreves; longa duas breves, id est duo tempora vel sex semibreves vel XII minimas; sed brevis valet tres semibreves, id est unum tempus vel sex minimas vel XII semiminimas; minima duas semiminimas. Exemplum ut :



Digitized by Google

De alteratione ejus.

Que figure possunt alterari in prolatione perfecti minoris? Solummodo semibreves. Quare? quia numerantur per trinarium numerum. Exemplum ut :

Quare longa, brevis et minima perfecti minoris non possunt alterari? Quia numerantur per binarium numerum, quia nisi due longe computantur pro duplici longa, et nisi due breves pro longa et nisi due minime pro semibrevi.

Brevis perfecti minoris ante sibi similem posita, scilicet ante brevem cujus valoris est plena, valet semper tres semibreves. Exemplum ut :



Brevis perfecti minoris ante pausam sibi similem posita, si non imperficitur a parte ante cujus valoris est, plena? et valet semper tres semibreves. Exemplum ut hic :



Sed posset imperfici a parte ante, non obstante quod ante pausam sibi similem posita est. Exemplum ut hic :



Que figure possunt imperfici? Longa et brevis. A quibus figuris potest duplex longa, longa vel brevis perfici minoris imperfecti? Solummodo a semibrevi vel a valore semibrevis sive in figuris aut pausis.

Quare duplex longa perfecti minoris non potest imperfici a longa vel brevibus, ita bene ut a semibrevibus? Quia duplex longa ipsamet est imperfecta, quoad longas vel breves, quia nisi duas longas valet vel quatuor breves, sed est perfecta quoad semibreves, quia valet duodecim semibreves, id est quater tres semibreves. Item tali modo dicendum est de longa perfecti minoris que non potest imperfici a brevi, sed bene a semibrevibus.

Brevis perfecti minoris valens tres semibreves quousque potest imperfici? Usque ad duas semibreves, id est a sola semibrevi vel valore semibrevis sive in figuris aut pausis a parte ante vel a parte post. Exemplum ut hic :



Longa perfecti minoris valens sex semibreves quousque potest imperfici? Usque ad quatuor semibreves ad majus, vel quinque sive in figuris

Digitized by Google

aut pausis a parte ante vel post. Exemplum de quatuor ut hic :

Duplex longa perfecti minoris valens XII semibreves quousque potest imperfici? Usque ad octo semibreves ad majus, vel IX, X, vel XI, sive in figuris aut pausis a parte ante vel post. Attamen raro imperficitur aliter quam de semibrevi :



Quatuor ■, quelibet de duabus semibrevibus.



Quatuor ■, quelibet de duabus semibrevibus.



Quatuor ■, quelibet de duabus semibrevibus.



Quatuor ■, quelibet de duabus semibrevibus.



Quatuor ■, duarum primarum et ultima quelibet de duabus ♦, et media de tribus semibrevibus.



Quatuor ■, duarum primarum quelibet de quatuor ♦ et duarum ultimarum quelibet de duabus ♦.



Quatuor ■, trium primarum quelibet de quatuor ♦ et duarum ultimarum quelibet de duabus ♦.

De punctu.

Quando in prolatione perfecti minoris ad duplicem longam vel ad longam stat punctus, qualis punctus est? Augmentationis. Quare? Quia omnes ille figure computantur per binarium numerum:

Quando in prolatione perfecti minoris ad brevem stat punctus, qualis est punctus? Punctus divisionis. Quare? Quia brevis computatur per binarium numerum. Exemplium ut :



Quando ante semibrevem perfecti minoris stat punctus, qualis punctus est? Punctus divisionis. Exemplum ut :



Digitized by Google

Augmentationis ex causa sui ipsius, quia valet duas minimas. Exemplum ut :



DE IMPERFECTA PROLATIONE MINORIS.

Imperfecta prolatio minoris in omnibus figuris numeretur per duas figuras.

Duplex longa valet duas longas, id est quatuor tempora vel octo semibreves; longa, duas breves, id est duo tempora vel quatuor semibreves vel octo minimas; brevis, duas semibreves, id est unum tempus vel quatuor minimas vel octo semiminimas; semibrevis, duas minimas, id est semitempus vel quatuor semiminimas; minima, duas semiminimas. Exemplum ut :



Que figure possunt alterari in prolatione imperfecta minoris? Nulle. Quare? Quia omnes note imperfecte sunt; quia omnes figure numerantur per binarium numerum. Que figure possunt imperfici in prolatione perfecti minoris? Nulle. Quare? Quia omnes note imperfecte sunt, quia quelibet non valet nisi duas figuras.

Quum in prolatione imperfecti minoris ad duplicem longam brevem semibrevem vel minimam stat punctus, qualis punctus est? Punctus augmentationis. Quare? Quia omnes ille figure computantur per binarium numerum. Exemplum :



Quod numerantur pause in prolatione perfecti majoris vel imperfecti majoris, vel perfecti minoris vel imperfecti minoris sicut figure prolationum.

Exemplum primo de valore pausarum longe, brevis, semibrevis, minime et semiminime in prolatione perfecti majoris :

Exemplum de valore pausarum longe, brevis, semibrevis, minime et semiminime in prolatione imperfecti majoris :

Exemplum de valore pausarum longe, brevis, semibrevis, minime et semiminime in prolatione perfecti minoris :

Digitized by Google

Exemplum de valore pausarum longe, brevis, semibrevis, minime et semiminime in prolatione imperfecti minoris :

Possunt pause perfici vel imperfici. Non pausa possit minui nec augeri; attamen pause possunt figuras imperficere, sicuti figure figuras imperficiunt. Exemplum :



Pausa possunt ne alterari? Non. Quare? Quia ita augerentur; attamen pause bene faciunt figuras alterare. Exemplum :

De numero et de prolatione trinaria.

In omni numero vel prolatione trinaria, ut in majori, quum sola minima sine punctu ante se stat inter duas semibreves, si prima semibrevis non imperficitur a parte ante, debet computari, secunda cum prima et ultima semibrevis est plena. Exemplum ut :



Sed si prima semibrevis haberet punctum post se, et minima compuretur cum ultima semibrevis :



Quum due minime sine punctu stant inter duas semibreves, prima semibrevis et ultima semibrevis debent computari plene minima et secunda est altera. Exemplum :

Digitized by Google

Sed si prima minima haberet punctum post se, computarentur, II I, I II :

Quum tres minime sine punctu stant inter duas semibreves, tres minime debent insimul computari, et prima et ultima semibrevis sunt plene, et valet quelibet tres minimas. Exemplum :

Sed si prima minima habet punctum post se, prima semibrevis non esset plena, et tertia minima esset altera, et ultima semibrevis plena. Exemplum :



Et prima semibrevis potest etiam imperfici a parte ante de minima. Exemplum :



Et ultima semibrevis potest etiam imperfici a parte post de minima. Exemplum :

Quum quatuor minime sine punctu stant inter duas semibreves, si prima semibrevis non imperficitur a parte ante, debet computari cum prima minima. Exemplum :

Sed si prima minima haberet punctum ante se, prima semibrevis computaretur plena, et ultima cum quarta minima. Exemplum :



Sed si ultima minima haberet punctum ante se, computaretur ut sequens exemplum IIII, II :

Quum quinque minime sine punctu stant inter duas semibreves, si prima semibrevis non imperficitur a parte ante, prima semibrevis debet computari plena et ultima III, III. Exemplum :

Sed si prima minima haberet punctum post se, computaretur II, I, III, I, II. Exemplum :



Vel si ultima minima haberet punctum ante, computaretur, ut supra : II, I, IIII, I, II. Exemplum :

Digitized by Google



Quum VII minime sine punctu sunt inter duas semibreves, si prima semibrevis non imperficitur a parte ante, debet computari II, I, IIII, I, II, altera, Exemplum ut hic :

Sed si prima semibrevis haberet punctum post se, qui esset punctus divisionis, prima semibrevis computaretur plena et ultima III, III, I, II. Exemplum :



Vel si ultima minima haberet punctum ante se, prima semibrevis computaretur plena, ut supra, et ultima III, II, I, I, II. Exemplum :

Quando octo minime sine punctu stant inter duas semibreves si prima semibrevis non imperficitur a parte ante, prima semibrevis debet computari plena et ultima III, III, I, II, altera. Exemplum :



Sed si prima minima haberet punctum, computaretur II, I, II, III, I, II. Exemplum :

Vel si ultima minima haberet punctum ante, computaretur ut supra II, I, III, I, II. Exemplum ut :



Quando novem minime sine punctu stant inter duas semibreves, si prima semibrevis non imperficitur a parte ante, prima semibrevis debet computari plena, quia inter illas duas semibreves invenitur perfectus numerus, scilicet ter trium minimarum exemplum :



Sed si prima semibrevis tenet punctum post se, computaretur II, I, II, III, I, II :



Vel si octava minima haberet punctum post se, computaretur :

Digitized by Google

Et tali modo supradicto est computandum de omnibus figuris que computantur per trinarium numerum, scilicet de longa, brevi vel semibrevi.

De modo perfecto et imperfecto cantus.

Item adhuc sunt tres modi cantus scilicet, modus perfectus in temporibus perfectis; modus perfectus in temporibus imperfectis, et modus imperfectus in temporibus perfectis. Modus perfectus in temporibus perfectis in omnibus figuris numeratur per tres figuras preterquam in semibrevi, verbi gratia : Duplex longa valet tres longas, id est novem tempora, vel XXVII ♦; et hoc solummodo quum duplex longa perfecta est ante aliam duplicem longam, quod raro contingit. Sed quum duplex longa non ponitur ante duplicem longam, tunc non valet nisi duas longas, id est sex tempora vel XVIII semibreves; et longa valet tres breves, id est tria tempora, vel IX semibreves; brevis tres semibreves, id est unum tempus vel sex minimas. Sed semibrevis non valet nisi duas minimas, id est tertiam partem temporis; quia si semibrevis valeret tres minimas, tunc esset taliter perfecta prolatio majoris; ideo moteti perfecti sunt semper minoris prolationis. Exemplum:

Tenor modi perfecti in temporibus perfectis :

Contratenor ejus in temporibus perfectis :



Notandum quod modus perfectus in temporibus perfectis potest cognosci per pausas, figuras et punctus, ut si ibidem ponuntur pause trium temporum, id est trium brevium in uno tractu, vel si ibidem brevis alteratur, dummodo due ponuntur ante longam sine punctum, vel si videtur quod per reductiones notularum vel pausarum longa computetur per tres breves, sic videtur modus perfectus. Et quod breves sunt perfecti, cognosci potest ut si pro brevi inveniuntur tres semibreves vel possunt alterari ante brevem. Et quod talis modus perfectus in temporibus perfecti minoris sicut patet per motetum, quia facile videtur si semibrevis computetur per duas minimas; exemplum patet in moteto de : *Leo fortis*.

Modus perfectus in temporibus imperfectis in omnibus figuris numeratur per tres figuras preterquam in semibrevi, verbi gratia : duplex longa valet tres longas, id est novem tempora vel octodecim semibreves, et hoc solummodo quando duplex longa posita est ante aliam duplicem longam, quod raro contingit; sed quando duplex longa non ponitur ante duplicem longam, tunc non valet nisi duas longas, id est sex tempora, vel duodecim semibreves; et longa valet tres breves, id est tria tempora, vel sex semibreves; sed brevis non valet nisi duas semibreves, id est unum tempus, et semibrevis valet tres minimas, id est alteram partem temporis, et hoc, si sit majoris prolationis; sed si sit minoris, semibrevis non valet nisi duas minimas, alteram partem temporis :



Digitized by Google

Notandum quod modus perfectus in temporibus imperfectis potest cognosci per pausas figuras et punctus; vel si ibidem ponuntur pause trium temporum, id est trium brevium in uno tractu, vel si ibidem brevis alteratur, dummodo due ponuntur ante longam sine punctu, vel si videtur quod per reductiones notularum vel pausarum computetur per tres breves, sic videtur modus perfectus.

Et quod breves sunt imperfecte cognosci potest ut si pro brevi nisi duo semper inveniuntur semibreves; que semibreves non possunt alterari ante brevem.

Modus imperfectus in temporibus perfectis in omnibus figuris numeratur per duas figuras, preterquam in brevi et semibrevi, verbi gratia: Duplex longa valet duas longas, id est quatuor tempora vel duodecim semibreves; longa valet duas breves, id est duo tempora vel sex ♦; Sed brevis valet tres semibreves, id est tempus, vel novem minimas ♦.

Semibrevis valet tres minimas, id est tertiam partem temporis, quia, si semibrevis non valeret nisi duas minimas, tunc esset totaliter perfecta prolatio perfecti majoris; ideo moteti modi perfecti in temporibus perfectis sunt majoris. Exemplum :

Notandum quod modus imperfectus in temporibus perfectis potest cognosci per pausas, figuras et punctus. Unde si ibidem ponuntur pausas duorum temporum, id est duarum brevium in uno tractu, vel si ad longas inveniuntur punctus augmentationis qui solummodo ponuntur in numero binario, scilicet ad figuras binarias, vel si videtur quod brevis non alteratur ibidem, sic videtur modus imperfectus; et quando breves perfecte, sunt cognosci potest ut si pro brevi inveniuntur tres semibreves, que semibreves ponunt alterari ante brevem.

Et quod talis modus imperfectus in temporibus perfectis majoris sit, patet per motetum, quia facile videtur si semibrevis cumputatur per tres minimas. Exemplum patet in omni numero trinario, ut in prolatione perfecti majoris vel minoris perfecti longa ante longam sine punctu medio est plena, et valet tres breves. Exemplum ut :



In omni numero trinario ut, in prolatione perfecti majoris vel perfecti minoris vel sicut in modo perfecto in temporibus perfectis ut in modo perfecto in temporibus perfectis brevis ante brevem sine punctu medio est plena et valet tres semibreves. Exemplum ut :

In omni numero trinario, ut in prolatione perfecti majoris, vel in omni numeratione qua semibrevis valet tres minimas, semibrevis ante semibrevem sine punctu medio est plena, et valet tres minimas. Exemplum ut :

Digitized by Google



In omni numero sive prolatione trinario sunt quedam figure que dicuntur altere, ut in prolatione majoris perfecti, vel in modo perfecto. Quando due longe sine punctu medio ponuntur ante duplicem longam, secunda dicitur altera et valet duas longas. Exemplum :

Et idem esset judicium, si valor longe sive in pausis sive in figuris aut etiam pro parte in pausis et pro parte in figuris, sine punctu longo immediate sequente, ponuntur ante duplicem longam. Longa sequens diceretur longa altera et valet duas longas, id est sex tempora. Exemplum ut:

Et idem esset judicium si valor brevis sive in pausis sive in figuris aut etiam pro parte in figuris sine punctu, brevi immediate sequente, poneretur ante longam ; brevis sequens diceretur altera, et valeret duas breves, id est duo tempora. Exemplum ut :



Item quando due semibreves perfecti majoris vel perfecti minoris, vel modi perfecti in temporibus perfectis vel modi imperfecti in temporibus perfectis sine punctu medio ponuntur ante brevem, secunda brevis dicitur altera et valet duas semibreves. Exemplum ut :

Digitized by Google

Et idem judicium si valor semibrevis sive in figuris aut etiam pro parte in pausis et pro parte in figuris sine punctu, brevi immediate sequente, poneretur ante brevem, semibrevis sequens diceretur altera et valeret duas semibreves. Exemplum ut :



Item quando due minime perfecti majoris vel imperfecti majoris aut cujuslibet numeri trinarii quo computatur tribus minimis sine punctu medio ponuntur ante semibrevem, secunda minima dicitur altera et valet duas minimas. Exemplum :

Et idem esset judicium si valor minime sive in pausis sive in figuris aut etiam pro parte in pausis et pro parte in figuris sine punctu immediate sequente, ponuntur ante semibrevem, minima sequens diceretur altera et valeret duas minimas. Exemplum :

Digitized by Google

De punctu.

Quot sunt punctus in musica? Duo, qui sunt? Punctus divisionis et punctus augmentationis.

Punctus divisionis qualis est? Est qui separat, vel dividit unam figuram, sive notam ab alia, et iste punctus interponitur in omni numero, sive prolatione trinariis. Exemplum :

Et aliquando iste punctus divisionis potest vocari punctus reductionis, et hoc quando una figura sive nota per vigorem istius punctus reducitur ad aliam. Exemplum :

Punctus augmentationis qualis est? Est punctus qui augmentat vel auget figuram vel notam ad quam ponitur altera parte, verbi gratia : punctus augmentationis qui ponatur ad duplicem longam, augmentat longam. Exemplum :

Si punctus augmentationis ponatur ad longam, augmentat brevem. Exemplum ut :



Si punctus augmentationis ponatur ad brevem, augmentat semibrevem. Exemplum :



Si punctus augmentationis ponatur ad semibrevem, augmentat minimam. Exemplum :



Si punctus augmentationis ponatur ad minimam, augmentat semiminimam. Exemplum :



Et iste punctus augmentationis nullibi ponitur nisi in numero vel prolatione binariis, ut in majori prolatine vel minori, quando figura non valet nisi duas figuras.

De compositione contrapunctus.

Quicumque voluerit duos contrapunctus sive discantus componere super unum tenorem, debet se cavere ne duas equipollentes sive consimiles concordantias componat, ut in uno contrapunctu quintam et in alio duodecimam et e contra ; aut in uno octavam et in alio duplicem octavam et

Digitized by Google

e contra ; aut in uno tertiam et in alio decimam ; aut in uno sextam et in alio decimam tertiam et contra ; et sic de aliis, quia ibidem nulla esset diversitas, nec ibidem apparerent duo soni, sed tantum unus. Exemplum :



Et debet etiam se cavere in uno contrapunctu ut componat quintam et in alio sextam et e contra, aut in uno duodecimam et in alio duplicem sextam et e contra, aut in uno quintam et in alio duplicem sextam et e contra, aut in uno duodecimam et in alio sextam et e contra, quia totaliter discordarentur, eo quod oriuntur ex secundis. Exemplum :



Et dulce quod potest, poni est quando quinta ponitur in uno contrapunctu et in alio decima, quia quamvis tenor taceret, illi duo contrapunctus insimul concordarentur sine tenore, quia esset sexta. Item etiam dulce est quando decima in uno contrapunctu ponitur et in alio duodecima, quia etiam sic tenor concordaretur et maneret tertia.

Item etiam dulce est quando sexta in uno contrapunctu ponitur et in alio octava, quia etiam sine tenore concordarentur et sic dicendum est de suis equipollentiis. Exemplum :



De compositione carminum.

Ad sciendum componere carmina vel motetos cum tribus, scilicet cum tenore carmine et contratenore, primo notandam est quod quando unisonus habetur super principalem tenorem, tunc tertia sub tenore vel quinta sub vel sexta sub ; que sexta tunc non dulce sonat nec octava sub ; et decima sub potest poni in contratenore, sed eadem concordatio non potest ibidem poni. Exemplum :



Insimul sic quinta vel sexta remotis manent tres bine diverse concordationes supra quamcumque notatam, ut :



Quando tertia habetur super principalem tenorem, tunc tertia sub, vel sexta sub (que sexta sub non tam dulce sonat), vel octava sub, vel decima sub possunt poni in contratenore, sed quinta sub non potest ibidem poni. Exemplum ut :



Digitized by Google

Simul sic manent tres bone concordantie supra quamcumque notulam .



Item quando quinta habetur supra principalem tenorem, tunc sexta sub, vel octava sub possunt poni in contratenore, sed tertia sub, vel quinta sub, vel decima sub, non possunt ibidem poni. Exemplum ut :



Insimul sic manent tres diverse bone concordantie supra quamcumque notam, ut hic :



Item quando sexta habetur supra principalem tenorem, tunc tertia sub, vel quinta sub, que ibidem dulcius sonat, vel octava vel decima sub possunt poni in contratenore; sexta sub non potest ibidem poni in contratenore. Exemplum :



Insimul sic quinta et sexta remotis manent tres bone diverse concordantie supra quamcumque notam :



Item quando decima habetur super principalem tenorem, tunc tertia sub, vel sexta sub (que sexta sub tamen non dulce sonat), vel octava sub vel decima sub possunt poni in contratenore, sed quinta sub non potest ibidem poni. Exemplum :



Exemplum de toto : Insimul sic manent tres bone concordantie supra quamcumque notam :



Item quando duodecima habetur supra principalem tenorem, tunc sexta sub, que tamen non dulce sonat, vel octava sub possunt poni in contratenore; sed tertia sub, vel quinta sub vel decima sub non possunt ibidem poni. Exemplum :



Digitized by Google

Insimul sic manent tres diverse bone concordantie supra quamcumque notam :



II.

PROPORTIONIS DIFFINITIO.

Quid est proportio? Est duorum terminorum vel duorum numerorum ad se invicem quedam comparatio.

Quot sunt genera proportionum? Quinque, que sunt tria simplicia et due composita.

Que sunt tria simplica? Multiplex, superparticulare et superpartiens.

Que sunt duo composita? Multiplex superparticulare et multiplex superpartiens.

Multiplex quomodo diffinitur? Multiplex est quando major numerus continet in se minorem bis aut ter aut quater duplicem.

Que sunt proportiones in genere multiplici? Duo, tripla et quadrupla.

De proportione dupla.

Proportio dupla est quando major numerus continet minorem bis aut duo ad unum, quatuor ad duo, sex ad tria, octo ad quatuor, duodecim ad sex. Qui numerus, quia binarius est, totaliter computetur per duo.

Que consonantia nascitur ex hoc numero? Dyapason, id est octava.

Unde dicitur dyapason? A *dya* quod est duo et *pason*, quod est octo, quasi de octo vocibus constituta.

Quot tonos continet dyapason? Quinque tonos cum duobus semitonis minoribus.

Quomodo potest aliter vocari proportio dupla? Dicitur dyplana, dyplasia, dyapason consonantia, equiconsonantia, concordia et trochia.

Circa hec sciendum est quod quodlibet quinque generum predictorum majores numeros proportionum possunt eque bene minores ad majores proportionari cum hac proportione sub unum dicitur.

Sub multiplex genus est quando minor numerus continetur in majori multipliciter, scilicet bis, ter, vel quater, et ideo proportione subdupla unum ad duo, duo ad quatuor, tria ad sex, quatuor ad octo et sex ad duodecim proportionantur, contrario modo de dupla.

De proportione tripla.

Proportio tripla est quando major numerus continet minorem ter, ut tria ad unum, sex ad duo, novem ad tria. Qui numerus, quia trinarius est, totaliter computatur per novem.

Que consonantia nuscitur ex hoc numero? Dyapason cum dyapente, id est duodecima.

Quot tonos continet duodecima? Octo tonos cum tribus semitonis minoribus.

In proportione subtripla unum ad tria, duo ad sex, tres ad novem proportionantur, contrario modo de tripla.

De quadrupla.

Proportio quadrupla est quando major numerus continet minorem quater, ut quatuor ad unum, octo ad duo et duodecim ad tria.

Que consonantia nascitur ex hoc numero? Bis dyapason, id est duplex octava.

Digitized by Google

Quot tonos continet duplex octava? Decem tonos cum quatuor semitonis minoribus.

Quomodo potest aliter vocari proportio quadrupla? Bis dyapason vel quadriplasia.

In proportione sub quadrupla unum ad quatuor, duo ad octo, tria ad duodecim proportionantur, contrario modo de quadrupla.

De genere superparticulari.

Secundum genus scilicet superparticulare est quando major numerus continet in se minorem quater, ut quatuor ad unum, octo ad duo et duodecim ad tria.

Que consonantia nascitur ex hoc numero? Bis dyapason, id est duplex octava.

Quot tonos continet duplex octava? Decem tonos cum quatuor semitonis minoribus.

Quomodo potest aliter vocari proportio quadrupla? Bis dyapason vel quadriplaria.

In proportione subquadrupla unum ad quatuor, duo ad octo, tria ad duodecim proportionantur, contrario modo de quadrupla.

Secundum genus.

Secundum genus superparticulare est quando major numerus continet in se minorem et aliquam ejus partem aliquotam. Genus enim super particulare est quando minor numerus cum ejus aliqua parte continetur in majori.

Unde notandum est quod pars aliquota vocatur illa que per aliquem numerum multiplicata reddit suum tonum precise.

Que proportiones sunt in genere superparticulari? Sexquialtera, sexquitertia, sexquiquarta et sexquioctava.

Proportio sexqualtera.

Proportio sexquialtera est quando major numerus continet in se totum minorem et insuper ejus alteram sive mediam partem, ut tria ad duo, sex ad quatuor, novem ad sex. Sed vacue notule hujus prolationis cantantur in proportione tripla; qui numerus, quia trinarius est, totaliter computetur per tria.

Que consonantia nascitur ex hoc numero? Dyapente, id est quinta.

Unde dicitur dyapente? A *dya* quod est de, et *penta* quod est quinque, quasi de quinque vocibus constituta.

Quot tonos, continet dyapente? Tres tonos cum semitono minore.

Quomodo potest aliter vocari proportio sexquialtera? Hemiolia sextupla et dyapente.

Unde dicitur sexquialtera? A sesqui grece, quod est totum, et altera, supple parte, quasi continens totum et alteram ejus partem. In proportione sub sexquialtera due ad tria, quatuor ad sex, sex ad novem proportionantur contrario modo de sexquialtera.

De proportione sesquitrina.

Proportio sesquitrina est quando major numerus continet in se totum et insuper ejus trinam partem ut quatuor ad tria, octo ad sex, duodecim, ad novem; sed vacue notule hujus proportionis cantantur in proportione dupla superbipartiente; qui numerus computetur per quatuor.

Que consonantia nascitur ex hoc numero? Dyatessaron, id est quarta.

Unde dicitur dyatessaron? A *dya* quod est de, et *tetras* quod est quatuor, quasi de quatuor vocibus constituta.

Quot tonos continet? Duos tonos cum semitono minore.

Quomodo potest aliter vocari sexquitertia? Epitrita, sisterna prima et dyatessaron.

Unde dicitur epitrita? Ab *epi* quod est supra et *trita* quod ut tertium, quasi numerus conti-

Digitized by Google

nens totum alium et insuper ejus tertiam partem. In proportione subsesquitrina tria ad quatuor, sex ad octo et novem ad duodecim proportionantur, contrario modo de sesquitrina.

De proportione sesquiquarta.

Proportio sesquiquarta est quando major numerus continet in se totum minorem et insuper ejus quartam partem ut quinque ad quatuor, decem ad octo. In proportione subsesquiquarta quatuor ad quinque et octo ad decem proportionantur contrario modo de sesquiquarta; sed raro vel nunquam utitur in cantu istis duabus proportionibus.

De proportione sesquioctava.

Proportio sesquioctava est quando major numerus continet totum minorem in se et insuper ejus octavam partem ut novem ad octo, octodecim ad sexdecim. Sed vacue notule hujus proportionis cantantur in proportione dupla sesquiquarta in genere multiplici superparticulari.

Quid nascitur ex hoc numero? Tonus.

Quid est tonus? Est ascensio vel descensio unius vocis ad aliam propinquiorem, preterquam de *mi* in *fa* et de *fa* in *mi*.

Quomodo potest aliter vocari sesquioctava? Epogdous toni, Emeliolia et dyasterna.

Unde dicitur epogdous? Ab ἐφη quod est supra, et ογδο quod est octo, quasi continens in se totum et insuper ejus octavam partem.

De genere superpartiente.

Tertium genus superpartiens est quando major numerus continet in se minorem numerum et aliquas ejus partes facientes, tamen unam ejus partem aliquantam. Genus autem subsuperpartiens est quando major numerus cum aliquibus ejus partibus unam partem aliquantam reddentibus continetur in majori. Circa que notandum est quod pars non aliquanta vocatur illa que per quemcumque numerum multiplicata non reddet suum tonum precise, at plus vel minus.

Que proportiones sunt in genere superpartiente? Superbipartiens, supertripartiens et superquatripartiens et cetere.

Proportio superbipartiens est quando major numerus continet in se totum minorem et insuper ejus duas partes, ut quinque ad tria et decem ad sex.

In proportione subsuperbipartiente tria ad quinque, sex ad decem proportionantur contrario modo de superbipartiente; sed raro vel nunquam utitur istis duabus proportionibus predictis.

De proportione supertripartiente.

Proportio supertripartiens est quando major numerus continet in se totum minorem et insuper ejus tres partes, ut septem ad quatuor et quatuordecim ad octo.

In proportione subsupertripartiente quatuor ad septem, octo ad quatuordecim proportionantur, contrario modo de supertripartiente; sed non utitur etiam istis proportionibus in musica.

De proportione superquatripartiente.

Proportio superquatripartiens est quando major numerus continet in se totum minorem et insuper ejus quatuor partes, ut novem ad quinque et octodecim ad decem.

In proportione sub superquatripartiente quinque ad novem et decem ad octodecim proportionantur contrario modo de superquatripartiente; sed istis etiam non utitur in musica.

Digitized by Google

De multiplici particulari.

Quartum genus quod componitur ex primo et secundo, scilicet multiplex particulare est quando major numerus continet in se minorem multiplicitum et insuper ejus partem aliquam aliquantam. Genus autem submultiplex particulare est quando minor numerus et ejus aliqua pars aliquota continetur in majori.

Que proportiones sunt in genere multiplici superparticulari? Duplex sexquialtera, id est dupla sesquitrina, trina, sesquialtera et tripla sesquitertia.

De proportione dupla.

Proportio dupla sesquialtera est quando major numerus continet in se minorem bis et insuper ejus alteram sive mediam partem quod est unum, ut quinque ad duo et decem ad quatuor.

In proportione sub dupla sesquialtera duo ad quinque et quatuor ad decem proportionantur contrario modo de dupla sesquialtera; sed istis etiam non utitur in musica.

De sesquitrina.

Proportio dupla sesquitrina est quando major numerus continet in se minorem bis et insuper ejus tertiam partem, ut septem ad tria, quatuordecim ad sex.

In proportione subdupla sesquitertia tria ad septem et septem ad quatuordecim proportionantur, contrario modo de dupla sesquitertia. Sed istis etiam proportionibus non utitur in musica.

De tripla.

Proportio tripla sesquialtera, est quando major numerus continet in se minorem ter et insuper unam partem, ut septem ad duo et quatuordecim ad quatuor. In proportione subtripla sesquialtera duo ad septem et quatuor ad quatuordecim proportionantur contrario modo de tripla sesquialtera; sed non utitur in musica istis proportionibus.

De submultiplici.

Quintum genus quod ponitur in primo et tertio, scilicet multiplex superpartiens, est, quando major numerus continet in se minorem multiplicatum et insuper ejus aliquas partes facientes tantum unám partem aliquantam. Genus autem submultiplex superpartiens est quando major numerus et alique ejus partes facientes tantum unam partem aliquantam continetur in majori.

Que proportiones sunt in genere multiplici superpartiente? Dupla superbipartiens, dupla supertripartiens, tripla superbipartiens et tripla supertripartiens.

De superbipartiente.

Proportio dupla superbipartiens est quando major numerus continet in se minorem numerum bis et insuper ejus duas partes ut octo ad tria et sexdecim ad sex. Sed vacue notule hujus proportionis cantantur in proportione quadrupla.

In proportione subdupla superbipartiente tria ad octo, sex ad sexdecim proportionantur contrario modo de dupla superbipartiente.

De supertripartiente.

Proportio dupla supertripartiens est quando major numerus continet in se minorem bis et insuper tres ejus partes, ut undecim ad quatuor et viginti duo ad octo.

In proportione subdupla supertripartiente quatuor ad undecim, octo ad viginti duo proportionantur contrario modo de dupla supertripartiente. Sed istis etiam non utitur musica.

De proportione tripla.

Proportio tripla superbipartiens est quando major numerus continet in se minorem ter et

Digitized by Google

insuper ejus duas partes ut undecim ad tria, viginti duo ad sex.

In proportione subtripla superbipartiente tria ad undecim et sex ad viginti duo proportionantur contrario modo de tripla superbipartiente. Sed istis etiam non utitur.

De supertripartiente.

Proportio tripla supertripartiens est quando major numerus continet in se minorem ter et insuper ejus tres partes, ut quindecim ad quatuor, triginta ad octo.

In proportione subtripla supertripartiente quatuor ad quindecim, octo ad triginta proportionantur contrario modo de tripla supertripartiente. Sed istis proportionibus non utitur etiam musica.

Item quecumque proportionum sive tria ad unum vel tria ad duo vel quatuor ad tria vel quocumque modo semper debent computari talibus figuris ut sunt ille ad quas proportionantur, scilicet semiminime ad semiminimas vel minime minimas vel semibreves ad semibreves.

De colore musicali.

Color est similium figurarum unus processus pluries repetitus, positus in uno cantu pro quo notandum quod nonnulli cantores ponunt *dragmam* inter figuram et *talham;* nam vocant colorem quando repetuntur eedem voces; dragmam si fuerint diversarum formarum; talham vero, quando non repetuntur similes figure, etiam si diversarum vocum.

III.

DE OCTO TONIS.

Octo sunt toni quorum quatuor dicuntur autentici sive principales et quatuor plagales sive collaterales. Et dicuntur autentici, quia primo inventi fuerunt. Plagales vero, quia descendunt ab authenticis.

Sunt autem authentici vel principales, id est impares toni: primus, tertius, quintus et septimus.

Plagales vero sive pares sunt: secundus, quartus, sextus et octavus.

Possunt autem authentici ascendere dyapason et tonum a suis finalibus, id est usque ad octavam vel nonam vocem, et non debent descendere sub finalibus suis.

Plagales vero non debent ascendere nisi dyapente et tonum, id est usque ad quintam vocem vel sextam a finalibus suis et possunt descendere ad dyatessaron, id est usque ad quartam vocem sub finalibus suis; tali modo authentici plus ascendunt quam plagales, plagales tunc plus descendunt quam authentici.

Propterea authentici toni cantantur sepius supra ditonum vel semiditonum, id est supra tertiam vocem a finalibus suis

Plagales vero se tenent sub semiditono vel sub ditono a finalibus suis et in tertia vel sub tertia voce.

Primus authenticus et secundus plagalis semper finiunt in *re,* et est eorum sedes in D *sol re.*

Tertius authenticus et quartus plagalis semper finiunt in *mi,* et est eorum sedes in E *la mi* gravi.

Quintus authenticus et sextus plagalis semper finiunt in *fa* vel in *ut* et per *b* molle, et est eorum sedes in F *fa ut* gravi

Septimus authenticus et octavus plagalis semper finiunt in *sol* vel in *ut* per ♮ quadratum vel durum, et est eorum sedes in G *sol, re, ut* gravi. Sed si alii finiunt in aliis clavibus quam in supradictis, hoc est irregulariter.

Cognitio intonationum.

Triplex est intonatio: intonatio simplex, ut ad psalmos; intonatio solemnis, ut ad *Magni-*

Digitized by Google

ficat, Benedictus; et intonatio gravis, ut ad *Introitum.*

Primo cum sexto *fa, sol, la,* semper habito.
Tertius, octavusque *ut, re, fa,* datque secundus
La, sol, la, quartus, *ut, mi, sol,* dat tibi quintus.
Septimus *ut, fa, mi, fa, sol,* sic esse recordar.
Septimus et sextus dat *fa, mi, re, mi;* quoque [primus;
Quintus et octavus *fa, sol, fa,* sicque secundus.
Sol, fa, mi, fa, tertius *ut, re, mi,* quoque [quartus.
Sint in D vel A primus tonus atque secundus;
Tertius et quartus in B vel in E desinunt;
Et quando per A quartum finire videbis,
Quintus vel in F vel in C, ...
Septimus octavusque in sola G requiescunt.

Omnis antiphona desinens in *re,* cujus Seculorum incipit in *la,* est primi toni; et omnis antiphona desinens in *re,* cujus Seculorum incipit in *fa,* est secundi toni.

Omnis antiphona desinens in *mi,* cujus Seculorum incipit in *la,* est quarti toni regularis, et medium debet inchoari et acui, sicut superius notatum est.

Omnis antiphona desinens in E *la mi,* cujus Seculorum est in eadem E *la mi,* quarti toni est irregularis, et debet medium esse primi; et sic de antiphona desinente in A *la mi re,* cujus Seculorum est in eadem A *la mi re;* et sic de antiphona desinente in E *la mi,* cujus Seculorum incipit in G *sol re ut,* etc., quarti est irregularis, ut superius notatum est; in quo et in omnibus supradictis medium debet esse primi, etc.

Omnis antiphona desinens in *fa,* cujus Seculorum incipit in *fa* in eadem, quinti toni est.

Omnis antiphona desinens in *ut,* cujus Seculorum incipit in *sol,* est septimi toni.

Omnis antiphona desinens in *ut,* cujus Seculorum incipit in *fa,* octavi toni est. Unde:

Prim *re la,* sec *re fa,* ter *mi fa,* quart quoque [*mi la,*
Quint *fa fa,* sext *fa la,* sept *ut sol,* oct tenet *ut fa.*

De modo intonandi.

Primo notandum est quod omnes toni finem habentes in A *la mi re* in regula, si finiuntur in *mi* quarti toni sunt; si autem in *re,* primi toni sunt. Item omnes toni finem habentes in C *sol fa ut,* sunt sexti toni, et ista regula non fallit, et dicuntur uti irregulares quantum ad tonos.

Tonorum alii sunt pares, alii impares. Impares possunt ascendere supra litteras suas finales usque ad octavam vocem et per licentiam usque ad unam vocem, et non possunt sub finali littera descendere nisi tantummodo per unam vocem. Pares autem possunt ascendere supra fines suos usque ad quintam vocem et per licentiam usque ad sextam et possunt descendere sub finibus suis usque ad quartam vocem et per licentiam usque ad quintam. Si autem pares vel impares ascendunt ultimam quod dictum est, inegulares sunt.

Et est notandum quod tonus duobus modis est equivocum quoad tonum majorem et tonum minorem. De minori vero pertinet quoad speculativam. De tono autem majori pertinet ad practicam quo utimur modo in ecclesia. Unde de tono majori videndum est.

De tono majori.

Tonus major est regularis modulatio cantus plurimarum notarum qui maxime attenditur penes finem. Sic potest queri quare potius dictum est de finalibus cantibus tonorum quam de initialibus eorumdem, vel his que circa medium attenduntur? Ad hoc respondetur quod hoc fit propter finis dignitatem majorem eo quod per principium

Digitized by Google

vel per medium minus distinguitur quam per finem, quia ut dicit philosophus : *A fine denominatur res,* quia nec per principium nec per medium unquam quid perficitur nisi fine stet. Unde sciendum est quod antiqui doctores musice tonum in quatuor partes dividebant, scilicet in prothum, deutrum, tertium et tetrardum, id est in primum, secundum, tertium et quartum.

Adhuc potest queri quare sumunt indocti ad ponendum quaternarium in speciebus predictis? Ad hoc respondetur quod eidem doctores studiose et sollicite considerabant quod musica in maxima et amicabili concordia sonorum fundatur; unde rationabiliter est inventa ut in musica Boetii et secundum antiquos doctores. Et hoc pertinet ad speculativam.

Post dictos tonorum quatuor inventores alii successerunt perspicatores antiqui, considerantes quod cantus tonorum quatuor predictorem quandoque multum ascendunt et quandoque minus descendunt, propter quod videntes confusionem, unumquemque istorum diviserunt in duos scilicet primum in authenticum, secundum in plagalem; et est eorum littera D, vel tertii littere B et E graves et aliquotiens quarti in acutum per *b* rotundum; quintus et sextus habent *f* et *e;* septimus et octavus habent *d,* ut dictum est. Et hoc de intonatione sufficiunt.

AD SCIENDUM CUJUS TONI SUNT GRADUALIA, INVITATORIA, etc.

Tonorum alii sunt pares, alii impares. Impares sunt authentici et pares sunt plagales. Et dictus authenticus, quia dignior est plagali et quasi est illius et prius fuit inventus. Et dicitur plagalis a plaga quod est pars vel depressus eo quod in articulis inferioribus conservantur. Et nota quod toni impares possunt ascendere per dyapason, id est usque ad octo notulas super suum finem, de licentia vero usque novem et tandem ad decimam notulam, sed hoc raro, et non possunt sub finali litteram descendere solum unam vocem et hoc est unam notulam, etc.

Primus tonus potest descendere in A *re,* sed non in *b mi* et non debet stare nisi unam vocem solam et tunc cito reverti in F *fa ut,* vel in D *sol re,* et non plus. Ratio est ista, quia in A *re* potest facere suam finalem notulam vel tonum, et quia a gamma est prima notula in *re,* quare, etc. Pares autem possunt ascendere supra finem usque ad quintam vocem et de licentia usque ad sextam, et tandem usque ad septimam, sed raro; et possunt descendere sub finibus suis usque ad quatuor voces et per licentiam usque ad quintam, sed non sepe. Si autem pares vel impares ascendant seu descendant, ultra quod dictum est, irregulares sunt.

Sed dubitaret aliquis quomodo primus a secundo descendere possit quorum utroque finis accidit in D *sol re;* similiter quare potest de tertio et de quarto quorum finis est in E *la mi* gravi; sic de septimo et octavo quorum utroque finem sibi adaptat. Ad quod notandum est quod sunt quatuor claves finales, ut supra dictum est pluries.

Claves distributive tonorum et in digito medio continentur que sunt F *fa ut,* G *sol re ut,* A *la mi re,* et *b fa, b mi,* durum. Sunt autem quatuor neque plures neque pauciores, quia cum toni sunt octo, quelibet clavis distributiva dramam (sic) operatur dictorum tonorum; F *fa ut,* in primum a secundo distribuit, G tertium a quarto, A quintum, etc.

Forte queri potest quare claves distributive sunt iste et non alie. Dicendum est quod cantus plagalis perambulat magis claves inferiores, et authenticus superiores; et propter hoc merito claves distributive sic ordinantur ut due ipsarum ultime sunt gravium et alie prime sunt acutarum. Itaque per hanc regulam cum exceptione quadam, que jam daretur, intelligendum cantum authen-

Digitized by Google

ticum a suo plagali discernere, sed cantus primi plures habens notas super F *fa ut*, quantum ad hoc est authenticus, et si primi plures infra quantum ad hoc est plagalis; sic de secundo, tertio, quarto, quinto, etc.

Et nota quod hoc est determinatio quantum ad hoc additur; idcirco quare pluralitas predicta minorum supra clavem distributivam, quantum in se est, trahit cantum ad proprietatem toni authentici; pluralitas vero minoris reperitur sub clave distributiva, quantum in se est, ipsum cantum trahit ad proprietatem toni plagalis, et hoc est determinatio. Tamen cum quatuor sunt claves proprie tenoris finales, scilicet: D, E, F, G, collaterales habent sibi claves vicarias, mediate tamen ipsius convenientiam habentes, scilicet: *a, b* et *c* acutas per quas excusatur defectus in D, C, F gravibus prius dictis, et non ut dictum est superius quod primus tonus cognoscitur a littera sua finali; et ita secundo, tertio et quarto, etc. Quia finis denotat actum ut superius dictum est; et hec de tonis sufficiant.

IV.

DE DIFFINITIONIBUS ACCIDENTIUM MUSICÆ.

Partes prolationis quot sunt? Quinque : maxima, longa, brevis, semibrevis et minima.

Maxima que est? Bipartita; aut enim longissima vel longior appellatur.

Longissima que est? Que sub uno accentu tribus temporibus longis performatur.

Quod est tempus in generali? Est mensura vocis prolate sub una voce.

Quid est tempus longum? Est quod in tres partes et partium per tres usque ad vocis minimam separatur.

Quid est minimum in voce? Est quod est indivisibile naturaliter.

Quot sunt minime in temporum perfectione longarum? Viginti septem; que quidem per trinariam divisionem ad indivisibilem perveniunt unitatem.

Numeri minorum quot sunt? Octodecim. Si quidem qui omnes perfectionem et imperfectionem vocis continere dicuntur.

Quid est perfectio? Perfectio est id a quo aliquid est perfectum.

Quid est imperfectio? Est id secundum quod aliquid est imperfectum.

Quid est perfectum? Est quod in tres partes equales est divisibile vel in duas partes inequales quarum major a minore supraintegre superatur.

Quid est imperfectum? Est quod in duas partes dividitur equales.

Quid est neutrum? Est quod per amotionem perfecti imperficitur et per additionem perficit imperfectum.

ACCIDENTIA LONGE.

Longa que est? Bipartita est.

Quomodo? Aut enim perfecta aut imperfecta proprie nominatur.

Cur dicitur proprie? Ad dramam (sic) aliarum partium quibuslicet perfectum et imperfectum conveniunt; tamen alia nomina sibi vendicant; sed non ista.

Longa perfecta que est? Que sub uno accentu per tempora duo brevia mensuratur.

Quid est tempus breve? Tertia pars temporis longi eadem divisione divisibilis quam est totum, aliterque cum sit pars maxima que minime distat equaliter ab utroque.

Minime que sunt in tempore brevi? Novem.

Que? Que ter accepta perfectum imperfectumque constituunt bis assumpta.

Quid sit perfectum et imperfectum dictum est superius.

Digitized by Google

Accidentia brevis.

Brevis que est? Bipartita est.

Quomodo? Aut enim recta brevis vel brevior nuncupatur.

Recta brevis que est? Est que sub uno tempore continuo integre prolata est.

Cur dicitur integre? Propter partes temporis que unum tempus integrum dicuntur.

Quid est unum tempus? Eadem definitio temporis et unus temporis assignatur.

Quante durationis est unum tempus? Duplicis.

Quomodo? Voluntarie aut artificialis.

Voluntarie que? Est que prolixe vel velociter formatur secundum libitum proferentis.

Artificialis que est? Que prolata per tria dividitur equalia quorum quodlibet unica divisione simili dividatur. Aliterque dissimilis est per novem equalia minima dum profertur.

Brevior que est? Brevis duas partes apprehendens breviori minima.

Quot sunt? Sex.

Que? Quarum medietas addita super totum perficitur rectam brevem.

Accidentia semibrevis.

Semibrevis que est? Bipartita est.

Quomodo? Aut enim parva vel minor potest appellari.

Parva que est? Pars tertia recta brevis cujus divisio trinaria in vocis numero requiescit.

Minor que est? Que duas partes prout continet semibrevis unam.

Dicitur semibrevis a semis quo pars integri denotatur.

Quare dicitur semibrevis? A majore vel minore parte brevis, non autem ab equali est semitonium.

Accidentia minime.

Minima que est? Impartita est.

Quare? Quia non ex minimo dare minus.

Quid est minimum? A minore.

Quid est? Medium et mensura omnis que in eodem genere continetur.

Quid est mensura? Que totiens repetita quod mensuratio fuerit adequata.

Quid vult dicere mensuratio? Mensura adequari plures cantus multitudine vocum est, bona proportione musica consonari.

Quid est musica?

Ars artium divina continens omnia principia methodarum in primo gradu certitudinis conformata, in natura rerum omnino numerata, delectabilis intellectui, amabilis in audita, tristes lactificans, avaros amplificans, confundens invidos, confortans languidos, imprimens vigilantes, evigilans dormientes, nutriens amorem, honorans possessorem, si finem debitum fuerit assecuta, ad laudem Dei finaliter est instituta.

Aliter musica est docens artem et modum recte cantandi per notulas debite figuratas.

Quid est notula? Est figura quadrilatria soni numerati tempore mensurati ad placitum significativa.

Quid est figura quadrilatria? Que quatuor angulis continetur.

Quid autem est angulus? Triplex est.

Quomodo? Rectus, obtusus et acutus.

Quid est rectus? Qui inditus ex cauda linee perpendicularis supra rectam.

Quid est obtusus? Qui major est recto.

Quid acutus? Qui minor est recto.

Accidentia figure.

Figure quot accidunt unum quo signatio tantum.

Signationis figurarum quot sunt? Quinque.

Que? Maxime, longe, breves, semibreves, minime.

Da de maximis? 81.

Digitized by Google

Da de longis? 27.

Da de brevibus? Novem.

Da de semibrevibus? Tria.

Da de minimis? Unum.

Da de ulterius? Nihil.

Quot modis notule variantur? Tot quot figure.

Figure quot sunt? Figurarum alia equilatria, alia inequilatria, alia rectangula, alia obtusangula, alia caudata, alia incaudata sursum vel deorsum, punctata vel non, ante vel retro, dextorsum vel sinistrorsum.

Figura maxima notatur, ut sic : ▬ ▬.

Longa qualiter? Ut maxima, nisi quod equialtria figuratur, ut sic : ▮ ▮.

Brevis qualiter figuratur? Quadrilatria ut longa nisi quod scribitur incaudata, ut sic : ■ ■.

Semibrevis qualiter figuratur? Quadrilatria obtusangula non caudata, ut sic : ♦♦.

Minima qualiter figuratur? Ut semibrevis, nisi quod sursum sit caudata, ut sic : ♦♦♦.

Perfectum qualiter figuratur? Sicut imperfectum.

Ubi possunt hec discerni? In situ vel in ordine ita ponitur in figuris.

Quot modis cognoscitur imperfectum? Duobus modis.

Quibus? Quando figura sive tertia pars preponitur vel postponitur, sive valor; et in hoc patebit figura sequente in quatuor gradibus manifestis :

Primus gradus. Maxima :

Secundus gradus. Longa :



Tertius gradus. Brevis :



Quartus gradus. Semibrevis :



Supradicte notule cujus figure? Simplicis.

Quare? Quia ad invicem distincte et nullo modo componuntur.

De horum composita? Ligature.

Quid est ligatura? Est conjunctio debita notularum secundum sub et supra.

Quot sunt ligature? Due, recta et obliqua.

Recta que est? Bipartita est.

Quomodo? Aut enim est ascendens, cum punctus inferior est primo; vel descendens, cum altior alio.

Quot sunt partes ligature? Due et tres.

Que? Principium et finis; aliquando principium, medium et finis.

Quomodo cognoscitur principium? Tripliciter.

Qualiter? Cum proprietate, sine proprietate et cum opposita proprietate.

Omnis vero ligatura descendens tractum habens a parte sinistra descendentem a parte sinistra, ut hic : ; et omnis ascendens carens tractu, ut hic : , cum proprietate dicitur.

Omnis autem ligatura descendens carens omni tractu, ut : ; et omnis ascendens tractum habens a parte dextera descendentem, ut : , sine proprietate dicitur.

Omnis autem ligatura tam ascendens quam descendens tractum habens a primo punctu in

Digitized by Google

sinistra parte ascendentem, ut hic : , cum opposita proprietate dicitur.

Qualiter cognoscitur finis? Duobus modis.

Quibus? Perfectione et sine perfectione.

Omnis punctus quadratus directe supra penultimam vel sub penultima, ut hic : cum perfectione dicitur.

Si autem a latere indirecte, ut hic : , quod solum evenit ascendendo, sine perfectione dicitur.

Obliqua ligatura que est? Que ex obliquis cornibus figuratur :



cujuslibet cornis obliqui ultimus punctus brevis dicitur.

Omnis ligatura cum proprietate primam facit brevem.

Omnis vero sine proprietate primam facit longam.

Omnis opposita proprietate primam facit semibrevem.

Omnis perfectio primam facit longam; imperfectio vero brevem.

Quomodo medie sunt? Breves, nisi cum opposita conjuguntur, ut hic : .

In omni corpore obliquo primus punctus sine tractu longus dicitur; si cum tractu sit sinistra descendendo, brevis est; si ascendit, semibrevis est.

In ligaturis quodamlibet modo imperficientur? Ut in figuris simplicibus ostensum est.

Descriptio pausarum in quatuor gradibus sigillatis :



Ordonatio figurarum.

Quid est modus? Ordinatio figurarum varias affectiones animi in cantibus demonstrans.

Modi cantandi quot sunt? Plures.

Qui primus? Si aliene figure sua tertia pars preponeretur.

Secundus? E contrario.

Tertius? Si aliene figure sue tertie partis vel tertia vel ipsa sibimet preponatur.

Quartus? E contrario.

Quintus, omnes mixtim varie comprehendit.

Quot modis perficitur imperfectum.

Quot modis contingit ipsum mediate vel immediate divisione trinaria separari.

Cur dicitur mediate? Propter partes propinquas.

Quare tres? Magis reddunt totum.

Que sunt? Remote quarum plures tribus ad totum integrum requiruntur.

Quot modis totum integrum nominatur? Quatuor modis.

Quibus? Perfecte perfectum, perfecte imperfectum, imperfecte perfectum et imperfecte imperfectum.

Quomodo cognoscuntur? Per ea que supra dicta sunt.

Quomodo perficitur imperfectum.

Duplex est imperfectum, mediatum et immediatum.

Immediatum ut longa per brevem, brevis per semibrevem, semibrevis per minimam, minima per semiminimam, et generaliter omne totum per tertiam sui partem.

Minus signum partitionis est punctus additus sursum et sic per angulas vel a latere notule proportionaliter perducendo.

Punctus, quot signa habet? Plura consignantia perfectionem, temporis signationem, perfectionis separationem, modi divisionem.

Digitized by Google

Quot modis fit cantus in generali? Duabus.

Quibus? Est enim cantus regularis et irregularis.

Quid est regularis? Quando cantus fit de tempore perfecto contra perfectum; aut de imperfecto contra imperfectum, perfectioneque simul incipiunt et terminantur. Irregularis per oppositum appellatur.

Qualiter? Quando fit cantus de perfecto contra imperfectum aut e contrario, perfectio que unius in medio aut in fine alterius est incepta, ut exemplum : *Thoma tibi obsequia,* et sic que sunt similia.

FINIS ACCIDENTIUM MUSICE MAGISTRI JOHANNIS DE MURIS IN MUSICA SPECULATIVA PRACTICA.

V.

SEQUUNTUR QUEDAM NOTABILIA UTILIA.

Quocumque sola brevis ponitur inter duas longas semper reductibilis est cum prima, nisi vi puncti separetur nota. Aliqui ponunt punctum esse necessarium tribus modis : primo videlicet punctus perfectionis, punctus divisionis et punctus alterationis. Salva reverentia eorum, punctus non debet poni nisi duobus, scilicet perfectionis et divisionis; alterationis vero nunquam, quia alteratio non fit ratione punctus, nec ratione pause, sed tantum ratione modi; exemplum : ponantur due breves inter duas longas, vel inter longam et punctum, vel inter longam et pausam in modo imperfecto, nulla illarum brevium erit altera; contrario patet quod neque punctus, neque pausa sit causa alterationis, sed modus; multociens punctus ponitur, non tamen necessarius; sed ut magis pateat cantanti.

Quid est subjectum in musica? Subjectum est modus relatus ad sonum.

Quare alteratio est inventa? Triplici de causa. Primo, quia longa coram longa non potest imperfici, nec ante sibi similem, nec ante sibi majorem. Secundo, quia de duobus figuris oportet quod modis perfectus causatur. Tertio, quia omne quod est imperfectum appetit perfici, et ideo alteratio fuit inventa.

Quotiescumque in modo perfecto due breves posite inter duas longas vel ante longam vel inter longam et punctum, vel e contrario, secunda est alterata et secunda illarum brevium ut pausa.

Videtur quod debet alterari quod primum est, quia pausa non potest augeri nec minui, nec pausa non potest alterari.

Queritur quare secunda magis alteratur quam prima? Quia positis duabus unitatibus necesse est tertiam poni ad modum perfectum.

Sed due breves posite inter duas longas important duas unitates, et sic nihil deest a parte principii, sed est defectus a parte finis, ad habendum tertiam partem per quam modus perficitur; et sic videtur quod secunda magis debet alterari quam prima. Secundo sic pro prima brevi possumus ponere pausam vel equipollentes pause; pro secunda brevi nec pausam, nec equipollentes possumus ponere, nisi solummodo brevem; relinquitur contrario quod secunda debet alterari et non prima.

Inveniuntur etiam aliquociens in valore notularum, unice semibreves, breves vel longas sequentes que tamen eas nec augent nec minuunt, sed potius ad invicem reducuntur.

Dicendum est quod si ponitur ibi per eas certa mensura, syncopetur, et tamen secundum aliquos deberent fieri rubre vel vacue, ut hic exemplum :



Ad temporis perfecti demonstrationem ponitur

Digitized by Google

circulus rotundus, quia forma rotunda perfecta est, aliquando tres tractuli; et utrumque bonum est:



Ad temporis imperfecti demonstrationem apponetur semicirculus, et aliquando duo tractuli; utrumque bonum est:

Sciendum est quod aliquando cantus sunt perfecti modo et tempore, aliquando imperfecti, alii modo et non tempore, alii tempore et non modo, alii partem perfecti, alii partem imperfecti modo et tempore.

Dragme quando tales inveniuntur, si illas sequitur semibrevis pro duabus minimis computantur, sed modo non sunt in usu, ut hic:



Et quando inveniuntur semibreves caudate a parte inferiori et superiori pro duabus minimis computantur, nec plus valere possunt:



Queritur utrum aliqua figura potest ultra imperfici quam in tertia ejus parte? Et videtur primo quod non per locum a simili et per locum ab auctoritate; quia invenimus in Arte *Franconis,* et in tractatu Magistri *Philippi de Vitriaco,* et in Arte *Joh. de Belle,* et aliorum magistrorum, longam imperfici per brevem, et brevem per semibrevem, et semibrevem per minimam, etc.

Ad hoc dicendum quando dicitur quod figura non potest imperfici quam in tertia parte, verum est conditionaliter: nam si virtus ejus figure destruetur per hoc, non potest ultra imperfici, scilicet virtute; tamen figura non destructa, bene posset ultra imperfici, sicut vidimus in quadrata perfecta valente novem minimas.

Quatuor possunt ab ipsa abstrahi, virtute tamen non destructa, quia quadrata magis ut prius staret pro quatuor minimis inceptis.

Queritur utrum aliqua possit esse majoris valoris quam illa coram qua alteratur?

Et arguitur primo quod non per predictos magistros et per predictos locos, quia sicut invenitur in exemplo eorum ponendo duas breves inter duas longas in modo perfecto alterata minoris valoris quam illa corum qua alteratur vel ad magis tanti valoris ut longa coram qua alteratur; breviter possumus dicere ad instantiam quod alterata possit esse majoris valoris quam illa coram qua alteratur, dum tamen ante alterationem sit minoris valoris; probabo per exemplum quod alterata sit majoris valoris ut in tempore perfecto.

Probo: Ponantur due semibreves inter duas quadratas, et ultima quadrata imperficitur per minimam vel per duas. Probavi illam alteratam semibrevem esse majoris valoris quam quadratam coram qua alteratur.

Queritur utrum duplex longa alteratur, id est sex temporum inter duas longas novem ipsorum temporum ex tribus longis perfectis?

Et videtur primo quod sic, nam sicut due breves inter duas longas ordinantur et illarum brevium secunda sit alterata, sic etiam per locum a simili due sex temporum inter duas longas novem temporum potest secunda alterari. Ad hoc

Digitized by Google

dicendum est breviter quod non est simile de duabus longis trium temporum positis inter duas longas sex temporum, quia due longe sex temporum posite inter duas novem temporum secunda alteratur. Tunc sequeretur quod altera esset duodecim temporum, quod falsum est simpliciter, quia nulla figura est majoris valoris quam novem brevium perfectarem, id est octoginta unius minimarum, secundum doctrinam *Johannis de Muris,* ubi ipse tractat de gradibus figurarum et de earum valore; et per hoc perit instantia predicta.

Queritur si aliqua pausa mensurabilis potest esse plurium temporum quam trium?

Et arguitur quod non per locum ab auctoritate, quia omnes Magistri ponunt ad minus predicti pausam mensurabilem ad magis valere tria tempora, neque ipsi possunt pati alterationem. Sed novi Magistri inveniunt contrarium, nam videtur eis consonum valere pausam mensurabilem tot tempora quot tempora notula quecumque valeat, vel notule valentes plura tempora quam tria videntur esse superflue, sed iste opiniones sunt multum obscure et petunt solvi.

Queritur utrum aliqua figura potest imperfici a parte ante coram sibi simili figura minoris vigoris quod sit procedens?

Et arguitur primo quod sic, per locum a simili, quia positis duabus figuris similibus, ut duabus brevibus, ibi in suo genere est longa coram longa, et prima potest imperfici ut videtur, quia prima brevis potest imperfici per minimam a parte ante, scilicet a brevi sequente immediate et ab ea ultima, abstractis quatuor minimis, quia tunc prima non impeditur, quando potest imperfici per minimam, sicut dictum est, quia subsequens brevis a qua quatuor minime abstrahuntur minoris valoris quam procedens, et sic videtur quod longa coram longa potest imperfici.

Ad hoc dicendum est quod quamdiu ille due breves sint unius et ejusdem figure quadrationis, quidquid ab ultima abstrahitur, semper prima manet longa, et sic relinquitur quod prima brevis non potest imperfici; et sic de aliis figuris solvendum est suo modo.

Queritur utrum quarta sit consonantior quam tertia?

Et arguitur primo quod non, quia commune dictum est musicorum.

Non est ex toto falsum, sed commune dictum musicorum est, quod quarta sit consonantior quam tertia, ergo, etc. Et hoc apparet per discantum eorum qui sepius utuntur tertia. In oppositum est Boetius, magister musice, qui dicit quartam esse in sexquitertia proportione ; que autem proportio perfectior est quam sesquiquinta in qua reperitur tertia, quia quatuor ad tria se habent in sesquitertia proportione, nam quatuor comprehendunt tria et tertiam ejus partem, in istis duobus terminis minorum reperitur quarta; sed super sesquitertiam et sesquiquintam reperitur tertia, ut apparet in istis numeris, ducenti sexdecim et ducentiquinquaginta sex; in terminis horum minorum reperitur semiditonus et inter sexaginta quatuor et octoginta unum reperitur ditonus, non quanto magis numeros augetur, tanto magis proportio minuitur.

Queritur utrum longa potest imperfici a minima?

Et videtur quod non per *Franconem* et per *Philippum,* qui ostendunt longam imperfici a quadrata, et quadratam a semibrevi et sic de singulis; et probo per eos quod non potest imperfici a minima. Solutio : Quidquid est de essentia et de specie notule, potest ipsam imperficere.

Queritur utrum musica sit scientia?

Et arguere possumus : modus sciendi non est scientia, scilicet musica est modus sciendi, ergo non est scientia, anterior est manifeste quia modus rei non est ipsa res. Probatio minoris quare musica est modus sciendi? Quia, ut

Digitized by Google

dicit *Philippus de Vitriaco* in secundo metaphysico, obscurum et inconveniens est simul querere substantiam et modum sciendi; ergo musica est modus sciendi et per consequens non est scientia.

In oppositione est Boetius auctor et etiam *Philippus* qui ponunt musicam pro scientia; et ratio hujus est quod scientia est habitus congeneratus in anima nostra. Per demonstrationem ergo musica est scientia. Major est manifesta pars posterioris et minor declaratus, quia quidquid probat *Philippus* et etiam Boetius, probat per demonstrationem, et sic congenerat nobis habitum in anima nostra per demonstrationem; sequitur ergo quod musica est scientia.

Queritur utrum numerus relatus ad sonum sit subjectum in musica?

Arguitur primo quod non, quia illud videtur esse subjectum in scientia in quo est ipsa; sed omnis scientia est in anima, ergo anima dicitur esse subjectum in musica; et ratio hujus est, quia illud est subjectum in aliqua scientia de quo et de cujus partibus determinatur in ipsa. Sed Boetius tractat et determinat de numero in ipsa musica, ergo numerus relatus ad sonum debet esse subjectum in musica, e non anima ut supponebatur per rationem.

EXPLICIUNT ARGUMENTA MUSICE MAGISTRI JOANNIS DE MURIS.

V.

QUEDAM CONCLUSIONES DE PERFECTIONE ET IMPERFECTIONE FIGURARUM PER MAGISTRUM JOHANNEM DE MURIS [1].

Sequuntur alique conclusiones per Magistrum Johannem de Muris de perfectione et imperfectione figurarum.

1. Longa imperfecta potest perfici per brevem.
2. Brevis potest imperfici per semibrevem.
3. Semibrevis potest imperfici per minimam.
4. Longa potest imperfici per semibrevem.
5. Brevis potest imperfici per minimam.
6. Minima non potest imperfici.
7. Altera brevis imperficitur per semibrevem.
8. Semibrevis altera potest imperfici per minimam.
9. Tempus potest dividi per quascumque partes equales.

PRIMA CONCLUSIO.

Queritur autem si longa imperfecta possit perfici per brevem, ab omnibus musicis tamquam per se notum concessum est, quia demonstratio ducit eos sic quod omne perfectum per tertiam suam partem amotam ad imperfectum reducitur; est enim perfectum in tria equalia, imperfectum in duo divisibile. Brevis autem tertia pars est longe perfecte per auctores qui eam sic diviserunt; per brevem igitur longa perfecta redditur imperfecta; nec refert si ante sive post ponatur, cum, qualitercumque a trinario unitas subtrahatur, semper remanet binarius imperfectus; hoc etiam patet ex operibus Antiquorum.

SECUNDA ET TERTIA CONCLUSIO.

Ex his concluditur manifeste quod brevis per semibrevem, semibrevis per minimam possunt imperfici. Omnis imperfectio fit ratione tertie partis amote per musicos. Semibrevis est tertia pars brevis et minima tertia pars semibrevis; ergo quelibet istarum imperficit suum totum. Amplius, sicut se habet brevis ad longam perfectam, sic se habet semibrevis et minima ad semibre-

1 Cf. Speculum musice in t. II, p. 424.

Digitized by Google

vem, utrobique est proportio tripla. Brevis imperficit longam, ut dictum est, ergo semibrevis brevem, et minima semibrevem. Adhuc simile est de duabus brevibus inter duas longas, ut hic : ¶ ■ ■ ¶

et de duabus semibrevibus inter duas breves, ut hic : ■ ♦ ♦ ■.

et de duabus minimis inter duas semibreves, ut hic : ♦ ♦ ♦ ♦.

In quolibet gradu est tertius modus ; sed si inter duas breves divisio modi ponatur, ut hic : ¶ ■ · ■ ¶, utraque longarum per brevem redditur imperfecta per auctores ; et similiter, si inter duas breves vel semibreves ponatur punctus, ut sic : ■ ♦ . ♦ ■, et sic : ♦ ♦ . ♦ ♦, utraque brevium per semibreves, et semibrevium per minimas cantabitur imperfecta. Etiam perfectum et imperfectum figura sibi designatur per auctores. Possibile est tempus esse perfectum et imperfectum, sed perfectum per brevem importatur; ergo est imperfectum possibile, ergo est possibile brevem esse imperfectum ; sed imperfectum sui medietate sibi addita, que semibrevis est, cum brevi reddit ad perfectum, semibrevis ergo cum brevi imperfecta perficit eam; igitur imperficit et remota, nec obstat figure diversitas, quia figura figuram non imperficit, cum omnis figura sit formaliter perfecta ; sed quod nomine unius figure designatur, imperficit id quod alterius nomine importatur. Figura autem signum est rei musicalis et figuratum dignum est esse perfectum per suam formam. Figura similiter et figuratum unumquodque accidit alteri, facientes ambo unum per aggregationem quod musicalis notula nuncupatur. Est enim notula figura quadrilatera soni numerati, temporaliter mensurati, ad placitum figurativa. Notula ergo duas includit formas : figuram quadrilateram que primaria est, et figurationem que secundaria est. Est ergo figuratio id quod perficit vel imperficitur, non figura; unde sicut vox ad vocem gubernata non dependat neque causat contractionem, sed minorum figurandi rerum proportio est, sic figure ad figuram nulla est proportio musicalis, sed ex proportione rerum musicalium perfectioneque et imperfectione earumdem causatur musicalis consonantia ; nam figura per figuram non minuitur, nec augetur; sed res sine nomine designata ; unum enim tempus tria tempora primo comprehendens et in hoc perfectum est. Videtur imperfici tertia parte dempta et iterum perfici, si addatur. Non de figuris agitur, sed de rebus, imaginando quoque trinarium ad binarium reduci, vel e converso quoad earum materiam et non formam ; hec autem faciunt mathematici sapientes ex premissis.

Quarta conclusio.

Jam habetur ad probandum quomodo longa possit imperfici per semibrevem ; nam quod imperficit partem, imperficit et totum. Semibrevis imperficit brevem ; brevis est pars longe precedentis, ergo semibrevis imperficit amplius omissione totum integrale; per suam partem imperficitur; sub denominatione trinaria reponatur. Semibrevis est pars trinaria longe ; nam que est tertia pars brevis, est tertia pars longa, ergo semibrevis est tertia pars tertie partis longe, igitur imperficere potest longam. Adhuc quod est fortius, et musico pulchrius, omne quidem quod a voce recta, integrali, regulari, cantando profertur, debet sapiens musicus per notulas debitas figurare. Sunt autem figure geometrica signa vocum, quum ars imitetur naturam et per ipsam reguletur, et figure cantum non e converso; nam canere possumus absque figuris, sed modo comuniter et naturaliter sic ex ore canitur quod octo semibreves vel quinque sub una voce unoque accentu continuo proferuntur. Ergo sic debent

Digitized by Google

in corpore figurari. Longa ergo sive perfecta sive imperfecta per semibreves redditur imperfecta, eademque ratione ante et post, cum totum corpus longe, quod est unum, sit perfectum ratione brevium et non breves.

Ad videndum autem distinctiones inter perfectum et imperfectum, talibus sermonibus est utendum. Notula dividitur sic : alia perfecta, alia imperfecta; alia perfecte perfecta, alia imperfecte imperfecta; alia imperfecte perfecta, alia perfecte imperfecta, verbi gratia in uno gradu pro omnibus ostendatur. Longa, que dicitur perfectione perfecta, concludit tria tempora sui gradus, ut breves, et cognoscitur quinque modis, ut visum est prius. Sed perfecte imperfecta concludit tria tempora sui generis sive gradus, ut due breves. Imperfecte perfecta concludit tria tempora non perfecta, sed alterum eorum ut primum et ultimum canitur, et due breves integre et tertia imperfecta; quod cognoscitur quinque modis :

Si longa ante longam ponatur in tali ejusdem gradus intermedio, interposita semibrevi, ut hic : ¶♦¶♦¶, prima imperfecta perfecte dicitur; similiter ante punctum, ut hic : ¶♦ · ¶

Et ante duas breves, ut hic : ¶♦■■¶

Et etiam ante tres, ut hic : ¶♦■■■¶

Et ante pausam, si sit possibile sic proferre, ut hic : ¶♦𝄽

Omne enim quod profertur debet figurari, et quod figurari licet, de difficili debet proferri. Ars enim nunquam ad impossibilia se extendit. Imperfecte imperfecta duobus modis cognoscitur : ut si longa ante brevem solam, nullo sui generis mediante, tamen interposita semibrevi quod alterius est generis omne equaliter, ut hic : ¶♦■■¶ · ¶♦■¶■ · ♦¶ ·

Aut utrobique, scilicet ut hic : ♦¶♦■ · ♦¶♦¶♦

Et dicitur imperfecte perfecta ante et post et aliis modis pluribus variando qui frequentantibus apparebunt. Cavendum ab instantia tam solemni quam faciunt contra quos in hoc opere disputavimus, omnia imperfecta perfici per punctum, cum punctus sit signum perfectionis, infallibiliter estimantes. Si tanem addatur punctus notule per semibrevem imperfecte que longa est, an sit perfecta trium aut duarum brevium ignoratur; cum tamen dicit Ars antiqua, cui volumus obviare, quod perfecta trium erit, licet fuisset possibile eam ex valore duarum brevium protulisse, ut sic : ¶ · ♦■♦■ .

Ante additionem puncti, prima erat imperfecte imperfecta valens quinque semibreves; tamen non deberet valere quam sex. Non ex pluribus debet punctus perficere quam notula erat imperfecta. Ergo male fertur autem consimilis instantia ne brevis posset imperfici, ut in hac descriptione : ¶■ · ♦■¶

Prima brevis erat imperfecta ante additionem puncti, eratque longa perfecte perfecta valens tres breves; erat etiam ultima brevis altera, sed puncto addito, quod est possibile, hec omnia destructa sunt; signatur enim punctus, ibi situatus, divisionem modi; ergo novissimus error pejor est priore; si igitur hoc impossibilius, id magis fuit eligendum. Non igitur sola longa per semibrevem, sed etiam brevis nullo modo poni poterit imperfecta. Ad hec duo unica ratione dicendum est : cavendum est a puncto quod, licet sit minimum quantitate, est tamen maximum potestate. Antiqui sapientes volentes ostendere perfectionem ejusdem generis, sive gradus de longa respectu brevis, aliam non negantes scilicet alterius generis notule perficiende dextrorsum punctum per nullum addiderunt, ut sic : ¶ · ■

Proxima perfecta dicitur de tribus consimilibus subsequentibus et hanc perfectionem vocamus immediatam vel propinquam; ea de temporibus propinquis vel ejusdem generis impleatur, et hanc in gradu quolibet assignamus, ut prius est osten-

Digitized by Google

sum. Sed quia de perfectione gradus alterius tacuerunt, quod nunc dicitur esse, ideo signum perfectionis illius quam mediatam dicimus, perfectionis remotam penitus omiserunt Novis autem supervenientibus novitatibus est utendum; ideo si placet musicis, sumus etiam hic concordes quod punctus, quem signum perfectionis concordimus, ut antiqui, non dextrorsum, sed sursum, id est in parte superiori perficiende notule situetur ad signandum perfectionem sequentis generis datum genus deorsum ergo secundi generis a dato et ante, si ulterius sit processus, et hec in omnibus gradibus ostendatur :

In primo, sic : 

In secundo, sic : 

In tertio, sic : 

In quarto, sic : 

Notandum est etiam non omnia posse perfici per punctum, cum jam alia forma ibi sit introducta; non tamen aliquid subtrahatur, ut hic : 

Punctuari nequit semibrevis, dum tamen cantus fuerit irregularis. Est autem regularis cantus cum, perfectionibus simul incipientibus, continuatio pariter renumeratur. Irregularis cantus est dum non secundum tempora cumulatur, sicut placet vocis dispositionem proferenti. Contigit nunc aliquandiu duos cantus esse per se et abstracte regulares qui sunt irregulares ad invicem comparati, dum totum perfectum causatum imperfectum, per ea que predicta sunt, ad predictas instantias potest solute injungi.

Valde igitur mirandi sunt homines qui propter meram rationem solubilium coguntur relinquere veritatem, cum etiam rationes difficiliores ad oppositionem sunt adducte.

Sexta conclusio.

Ex eisdem rationibus apparet quod brevis posset imperfici per minimam, nam sicut se habet semibrevis ad longam, vel brevis ad minimam, cum utrobique sit in proportione dupla. Longa autem potest imperfici per semibrevem, ut ostensum est, ergo et brevis per minimam. Ex earum opposito manifestum est non posse minima imperfici; cum sit indivisibilis, non est minimo dare minus.

Septima et octava conclusio.

Per premissas rationes probatur longam imperfectam imperfici per semibrevem. Unde potest altera brevis imperfici per eamdem, nam licet in re longa sit diversa, in figuratione tamen est eadem. Igitur altera brevis imperficitur per semibrevem et per simile semibrevem alteram imperfici per minimam tenendum est. Si que ferantur instantie in precedentibus, solute sunt.

Octava conclusio.

Quod autem tempus posset dividi in quaslibet partes ejusdem proportionis, sicut in duo vel in tria vel in quatuor, etc.

Tempus est de genere continuorum; ergo potest dividi in quaslibet partes equales. Fiet ergo cantus; ex : 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9 semibrevibus equalibus ejusdem figure; non enim multum possibile voci pertransire ulterius. Canitur exemplum ex equalibus et ex duobus; duo et tria sunt quinque, bis duo sicut quatuor, bis tria sunt sex; 4 et 3 sunt septem; bis quatuor sunt octo; ter tres sunt novem. Hec omnia sunt equalia genera; ex totidem equalibus potest fieri cantus. Laudabilis enim musicus esset et peritus qui, super idem tempus, equale ipsum dividendo, nunc per duo, nunc per tres et ceteras partes integre discantaret.

De latentia conclusionum specialium.

Sub istis novem conclusionibus declarate sunt multe, latent alie conclusiones speciales que per exercicium erunt manifeste studentibus. Illa tamen

Digitized by Google

pauca que dicta sunt a nobis; si aliud includunt quod videatur inconsonum veritati, vos rogamus quos a tota dileximus juventute ratione musice, quum bene sciret tum aliqua scientia non lateret quatenus hujus amore laboris defectus nostros corrigere velitis et benigne supportare, nam in capite unius hominis non est possibile ut intellectum habeat angelicum totam cujuslibet scientiam quiescere veritate. Forte enim per temporis spatium nobis accidet, quod jam accidit et antiquis, qui finem habere crediderunt musice; nemo tamen dictat nos statum musice et finem ejus tetigisse. Querunt enim compositiones et scientie revolutiones ad circulum revertentes quamdiu summe placuerit voluntati ejus qui non note omnia condidit in hoc mundo, et omnia voluntate segregabit.

EXPLICIT.

X

HENRICI DE ZELANDIA

TRACTATUS DE CANTU PERFECTO ET IMPERFECTO

Gaudent musicorum discipuli, quod HENRICUS DE ZEELANDIA aliqua brevia tractat de musica; videlicet quid sint proportiones et in quo fuerint.

Primo videndum est quod septem sunt proportiones seu concordantie: videlicet unisonus, tertia, quinta, sexta, octava, decima et duodecima. Iste proportiones possunt dividi et dividuntur tredecim cordis, in septem concordantiis et in sex discordantiis. Sex concordantie sunt: unisonus, ditonus, semiditonus, dyapente, tonus cum dyapente, et diapason. Septem discordantie sunt: semitonus, tonus, tritonus, diatessaron, semitonus cum dyapente, ditonus cum dyapente, semiditonus cum dyapente.

Istarum proportionum seu concordantiarum quedam sunt perfecte, quedam imperfecte et quedam medie. Perfecte sunt: unisonus, octava, quoniam he naturaliter concordant. Imperfecte sunt: tertia, sexta et decima. Medie sunt: quinta et duodecima, quoniam he minus sunt quam perfecte et minus quam imperfecte.

Unisonus est duarum vocum ad invicem ordinataram in eadem linea vel eodem spatio. Tertia est tertia vox supra tenorem; et est duplex: ditonalis et semiditonalis. Ditonalis est que tenet in se duos tonos perfectos, exemplum sicut *fa la*. Semitonalis est illa que tenet in se tonum et semitonum, exemplum sicut *re fa*. Et est

Digitized by Google

videndum quod tonus est ubi fit ascensus vel descensus immediate, exemplum : *re, mi, re.* Sed semitonus est, ubi dicitur *fa, mi,* et contra. Quinta est quinta vox supra tenorem, quia quinque voces tenet in se, tres tonos cum semitono, sicut *re, la.* Sexta est sexta vox supra tenorem, quia sex voces tenet in se, quatuor tonos cum semitono, sicut *re* de natura in D *sol, re, mi,* et ♮, in *b fa,* ♮ *mi.* Octava est octava vox supra tenorem, quia octo voces tenet in se, quinque tonos perfectos cum duobus semitonis; non quidem illi duo semitoni pro tono debent computari. Decima est decima vox supra tenorem, et fit ex tertia. Duodecima est duodecima vox supra tenorem, et fit ex quinta.

Est videndum quid sit musica. Musica est varia vocum ordinatio ad invicem. Est notandum quod in musica reperitur una duplex octava cum una sexta. Item dividuntur duo signa, nempe *b* et ♮.

Et notandum quod omnis discantus debet incipi et finiri in perfectis vel in mediis. Item quod due perfecte vel plures possunt similiter poni ascendendo vel descendendo, sine media vel imperfecta interposita.

Et est notandum, quod sex sunt gradus per quos tota ars musica canitur nempe *ut, re, mi, fa, sol, la,* etc. Et scala ejus manus sinistra in qua ponuntur gradus, et est arbor musice de qua accipimus fructum per remos, per quem fructum et quos ramos addiscimus cantare; hinc rami ejus sunt digiti, et fructus ejus sunt note, etc.

Ille dicitur cantus proprie artificialis et non usualis unde versus :

Bestia non cantor qui non canit arte, sed usu;
Non vox cantorem facit arti, sed documentum.

Itaque ars non fit ad voluntatem, sed ad rationem, quia, si ars fieret ad voluntatem, tunc nihil reputaretur; si fit ad rationem, ostendit quod reddamus rationem per quemlibet cantum et per quaslibet notas, etc.

Incipit nova recollectio plane musice secundum modernos. Primo queritur unde oritur demonstratio toni et semitoni ad tonum *a* ad *b,* ad semitonium *b* ad *c, c* ad *d* tonum, et sic de singulis. Tonus habet compunctos quatuor, nempe *ut, re, fa, sol, la,* in ascendendo et descendendo; semitonus habet compunctum unum, nempe ostendit *mi, fa,* etc.

Tonus dicitur a tonando, id est a sonando, quia sonus in una corda potest fieri; tonus fit in duabus et ideo duo simul stantes faciunt tonum. Ditonus dicitur, quasi divisio, id est de duobus tonis, quia duo toni similiter stantes faciunt dito num. Semiditonus constat ex tono cum semitono; habet compunctos duos, nempe *re, fa, mi, sol.* Semiditonus dicitur quia medius est ditonus et non plenus est ditonus. Dyatessaron grece dicitur, quatuor latine, quod constat ex quatuor tonis, ex duobus tonis et semitono. Dyapente grece dicitur, quinque latine, quia constat ex quinque sonis, id est ex tribus tonis cum semitono. Dyapason grece dicitur, a dya et pason grece et octo latine, quia constat ex octo vocibus.

Item notandum est quod mutatio fuit inventa causa necessitatis, quia non possumus ascendere supra *la,* nec descendere sub *ut.* Et ideo fuit inventa causa necessitatis, ut ait Boetius, in prima regula, cum dicit, quod mutatio est divisio vocis, videlicet dimittere unam et aliam accipere, et commutatio armonica unitas.

Regule plane musice, videlicet reformatio que incipit in C, cantatur per naturum. Omnis reformatio que incipit in F, cantatur per *b* molle; reformatio que incipit in G, cantatur per quadrum, unde versus :

C naturam dat, F *b* molle tibi signat.
G durum, quia semper cantat quoque durum.

Digitized by Google

Quid est semitonus? Semitonus est medius tonus, et dicitur semitonus a semis, sema, semum. Ditonus idem est quod duo toni, sicut: *ut mi, fa la.* Semiditonus est tonus cum semitono sicut: *re fa, mi sol.* Dyatessaron est quarta nota, sicut: *mi la.* Dyapente est quinta nota, sicut: *ut sol, re la.* Dyapason est octava nota, sicut: de C gravi in *c* acutam, et habet compunctum quīnque tonorum et duo semitonia.

Notandum quod, si cantus venit ex parte inferiori vel superiori, et ascendit usque ad ♮ quadrum vel durum acutum et non ad *c*, cumque descendit in F grave, tunc cantatur per quadrum, (per *b* molle?) specialiter quum cantus cantatur superiore parte.

Notandum quod omnis cantus regularis debet quatuor litteris scilicet D grave, in E grave, in F grave et in G grave; et omnes cantus irregularis debet finiri in aliis tribus litteris scilicet: *a* acuto, *b* acuto et *c* acuto.

Notandum quod quando cantus non potest salvari per litteras inferiores, mutetur et cantetur per litteras superiores, verbi gratia: *b* habet societatem cum *a* et cum *b*, et sic de singulis.

Notandum quod autentici toni possunt ascendere supra suum finalem usque ad octavam vel nonam cordam regulariter, licentialiter vero ad decimam vel undecimam, et descendere sub suo finali unam vel duas, non plus regulariter; et sic de omnibus autenticis qui eodem modo se habent.

Notandum quod plagales toni possunt ascendere supra suum finalem usque ad quintam vel sextam vocem regulariter, licentialiter vero ad septimam, quod raro fit, et descendere sub suo finali ad quartam cordam vel quintam; et sic de omnibus plagalibus qui eodem modo se habent.

Notandum quod omnis cantus qui ascendit usque ad quartam, vel quintam vocem supra suam octavam et sub suo finali descendit ad quartam vel quintam vocem, non dicitur autenticus nec plagalis, sed dicitur mixtus ut in responsorio: *Hinc liberiori pratico;* et sic de singulis.

Finales cum sexto, *fa sol la*, semper habeto.
Tertius, octavus, *ut re fa*, sicque secundus.
***La sol la*, quartus; *ut mi sol*, sit tibi quintus;**
Septimus *mi fa sol*, sic omnibus esse recordor.[1]

Notandum quod septem sunt species discantus quibus discantans frequentur debet uti, videlicet: unisonus, tertia, quinta, sexta, octava, decima et duodecima, quarum quatuor, sunt perfecte et tres imperfecte. Perfecte sunt unisonus, quinta, octava et duodecima.

Et notandum quod omnis discantus incipere simul debeat ex specie perfecta.

Item due species perfecte similes nunquam consequenter venire possunt; sed due species non similes due vel plures bene consequenter possunt venire et ascendendo vel descendendo; sed nunquam respectu ejusdem linee vel spatii.

Item quum principalis cantus ascendit, discantus debet descendere, et contra.

Item cantus principalis est equalis, videlicet quum due vel plures *fa* vel *sol*, et sic de aliis, simul veniunt, et ad placitum discantatur discantantis.

Et discantus sepe debet uti speciebus propinquioribus.

Et *mi* nunquam in discantu stare debet contra *fa* in specie perfecta.

---

1 Post hæc sequitur in codice Pragensi tractatus qui *Johanni de Muris* adscribitur, typisque in hoc volumine (pag. 47) expressus est, variis cum lectionibus ex eodem codice Pragensi.

Digitized by Google

XI

MAGISTRI PHILLIPOTI ANDREÆ

DE CONTRAPUNCTO QUÆDAM REGULÆ UTILES

VERSUS.

Post octavam quinta, si note tendunt in altum.
Ut hic patet :



Si nota unam ascendit, equaliter hanc quintam [indicat. [1]
Ut hic patet :



Si stant equaliter, post octavam quintam tenebis.
Et e converso, si plures esse videbis.
Ut hic patet :



Post quintam octava, si nota puncta plura [descendit.
Ut hic patet :

Et si descendit per unam, sextam judicabis.
Ut hic patet :

Et si plura sequuntur, judicium dabis idem.
Ut hic patet :



Tertia post quintam semper tenere memento.
Ut hic patet :



1 In codice Vindobonensi : Si nota ascendit equalis hanc quintam indicabit.

Digitized by Google

Et si plura sequuntur, idem judicium habeto.
Ut hic patet :



Post octavam decima, si cantus tendit in altum.
Ut hic patet :



Sed sexto loco decime, si hoc modo habetur.
Ut hic patet :

Et si nota sub octava, decimam habere memento.
Ut hic patet :



Si altera sub decima, duodecima sit tibi tradita.
Ut hic patet :

Post decimam octava, si nota per unam ascendit.
Ut hic patet :



Post quintam sexta, si plura transire videbis.
Ut hic patet :



Si decima hoc modo, post hanc octava sequatur.
Ut hic patet :



Post sextam octava, si nota per unam ascendit.
Ut hic patet :



Post tertiam quinta, si cantus descendit in unam.
Ut hic patet :



Si plures, sextam vel octavam judicabis.
Ut hic patet :

Tertia post quintam per hunc modum habebis.
Ut hic patet :



Post quintam sexta, si tibi octava jungatur.
Ut hic patet :



1 In codicibus Einsidlensi et Vindobonensi : Si plus descendit, octavam sub quinta habebis.

Digitized by Google

Et alio modo post quintam sexta habetur.
Ut hic patet :

In octava cantus incipit, si ascendit *ut, re.*
Ut hic patet :



Et quinta contradicit, si affirmat *fa, re.*
Ut hic patet :

Sed post octavam decimam *mi, re, mi,* docet [regula.
Ut hic patet :



Et post quintam sexta erit, si *fa, mi, re,* fuerit.
Ut hic patet :



EXPLICIUNT VERSUS IN TRACTATUM DICTUM CONTRAPUNCTUS.

XII

PHILIPPI DE CASERTA

TRACTATUS DE DIVERSIS FIGURIS

PER QUAS DIVERSIMODE DISCANTATUR PER ALIQUAS REGULAS NON SEQUENTES MODUM TENORIS, SED ALTERIUS TEMPORIS.

Quoniam, sicut Domino placuit, scientiam musice in corde desiderantium generose perlustravit, et Magistri nostri antiqui prius intellectum musicalem habuerunt, licet hoc satis grosso modo, sicut adhuc patet in motetis ipsorum Magistrorum, videlicet : *In tribum que non abhorruit,* et *Rex Carole,* ac in aliis motetis ; tamen ipsi post modum subtiliorem comparantes primum relinquerunt, et artem magis subtiliter ordinaverunt, ut patet in isto moteto *Apta caro ;* sic nos successive venientes et intelligentes que primum Magistri ipsi reliquerunt, majores deinde subtili-

Digitized by Google

tates sunt consecuti per studium, ut hoc quod per antecessores imperfectum relictum est, per successores reformetur.

Nunc igitur figure a Magistris relicte sunt quasi omnibus manifeste, videlicet :

Duplex longa, ut hic : . Longa, ut hic : . Brevis, ut hic : ■. Semibrevis, ut hic : ♦. Minima, ut hic : . Cum suis pausis :



Ex istis sunt quedam perfecte et quedam imperfecte. Et reperiuntur ubique quasi scripte. Et licet Magistri instruxerint nos in his figuris ac etiam in quatuor mensuris principalibus, videlicet in tempore perfecto majoris prolationis, in tempore imperfecto ejusdem, in tempore imperfecto majoris prolationis et in tempore imperfecto ejusdem, tamen non docuerunt quomodo super imperfectum majoris discantare debemus perfecti minoris, et e contrario. Et sic de singulis temporibus, quod clare inferius omnibus patebit; et satis inconveniens videretur illud scribere non posse quod ore profertur. Quod ut clare ostenderem, tractatum hunc parvulum ordinare curavi, ut quod superius dixi ad effectum cum Dei adjutorio perducam, quod intelligentibus patebit.

CAPITULUM I.

De diminutione figurarum.

Primo ostendam figuras ordinatas cum quibus divisionibus discantatur diversimode non sequendo ordinem tenoris, sed alterius temporis quam fuerit tenor. Consideret ergo unusquisque per viam rationis quod omnis res plena atque perfecta, si ad plenitudinem ejus evacuetur, non est dubium quin propter evacuationem accipiat diminutionem atque imperfectionem, verbi gratia : semibrevis perfecta, ut hic : ♦. Si ejus venter evacuatus fuerit, ut hic : ◊, accipit diminutionem ac imperfectionem :

♦ Semibrevis plena et perfecta.

◊ Semibrevis vacua et imperfecta.

Et jam perdit tertiam partem sue virtutis, quia primo valet tres minimas, nunc solum tantum duas; quod intelligentibus clarum est. Et sicut res perfecta per diminutionem imperficitur : sic simili modo res imperfecta per additionem augmentatur, verbi gratia : si brevis fuerit caudata a parte dextra superius vel inferius accipit augmentationem; quod non est dubium, sed multum clarum. Sicut res perfecta per diminutionem imperficitur, sic simili modo res imperfecta per additionem augmentatur; et ita intendo, cum Dei adjutorio, per augmentationem atque diminutionem procedere. Et sicut ostensum est de semibrevi, ita ostendam per viam evacuationis de duplici longa, de longa, de brevi, de semibrevi et de minima.

CAPITULUM II.

De evacuatione figurarum.

Duplex ergo longa que sit de modo perfecto et de sua proprietate valet sex tempora, et si evacuetur, amittit tertiam partem sui temporis vel virtutis, quemadmodum semibrevis superius dicta; et tunc facta est quatuor temporum, ut hic :

Item longa perfecta que de sua proprietate valet tres tempora, si evacuetur, amittit tertiam partem sue virtutis, et non valet nisi duo tempora, ut hic :

Digitized by Google

Item brevis perfecta que de sua proprietate valet tres semibreves, si evacuetur, amittit tertiam partem sue virtutis, et non valet nisi duas semibreves, ut hic :



Semibrevis perfecta que de sua proprietate valet tres minimas, si evacuetur, amittit tertiam partem sue virtutis, et non valet nisi duas minimas, ut hic :



Minima similiter si evacuetur, merito etiam debet partem tertiam perdere sue virtutis, et de ejus valore inferius declarabo, sub hac forma, ut hic patet :



Item si punctus perfectionis vacuus fuerit, accipit diminutionem per dimidiam partem et non per tertiam, quia nihil habet sub se, id est nullam figuram, sicut alie figure predicte. Et sicut minima, dum est minus corpus, dividitur in duas partes, et est minor prolatio que potest fieri, id est in duas semiminimas, quoniam est in minori valore, id est quantum valet minima; sic de puncto, quia aliquando valet brevem, aliquando semibrevem et aliquando minimam, tunc potest dividi in duas partes, id est evacuando punctum; tunc valet tantum quantum una pars minime divise in duas partes, id est semiminima, ut hic : , et isti duo faciunt minimam, ut hic apparet : .

CAPITULUM III.

De augmentationè figurarum.

Nunc videndum est de augmentatione figurarum, et considero tamen non fore necesse gradatim descendere de augmentatione sicut de diminutione, videlicet de duplici longa, vel etiam de longa, sed tantummodo de brevi et infra, quia esset quedam dilatatio vel evasio, si cantor requiescerit se plus quam super brevem.

Et primo intendo dicere de semiminima, quia sine ipsa factum est nihil in musica; et licet aliqui Magistri dicant quod est dare ultra minimam, quod ego teneo, tamen opportet quod per signa cognoscuntur qualitates ipsarum figurarum, verbi gratia :

Hoc est quod vocatur semiminima . Et due istarum valent unam minimam; et minor prolatio non potest fieri, si recte consideres; et ista adjuncta aliis figuris dant augmentationem taliter qnod diversimodo potest discantare, et hoc alio modo quam sit tenor.

Si longa et brevis ligate sunt, ut hic : , apponendo proprietatem, efficiuntur id quod vis; quod si proprietas a parte sinistra inferiori descendat, fient due breves, ut hic : . Et si a parte superiori sinistra ascendat, fient tunc ambe semibreves, ut hic : , et sic de aliis.

Similiter minime vel plene vel vacue aliquando per figuram et aliquando per proprietatem suscipiunt diminutionem vel augmentationem sicut inferius patebit.

CAPITULUM IV.

De diminutione et augmentatione.

De brevibus autem quarum quelibet perdidit tertiam partem sue virtutis, ponuntur tres pro duobus temporibus perfecti majoris, ut hic : ▭▭▭. Potest autem tempus dividi in duas partes equales[1], et quia semibreves perfecte atque punctate valent quelibet quatuor minimas, et sibi adjuncte valent

1 In codice Vindobonensi : ♦ ♦

Digitized by Google

quelibet semiminimam. Et iste due figure perficiunt novem minimas, ut hic : ♦.♦.

Item semibrevis imperfecta perficitur per punctum, ut hic apparet : ◊.◊.

Item minima caudata superius et inferius valet tantum quantum semibrevis imperfecta, id est duas minimas commune et hoc satis est, ut hic apparet :

Abstrahe autem a qualibet tertiam partem, id est evacua et invenies quatuor minimas, si bene numeres, ut hic :

Et sic iste tres valent quatuor minimas.

Sunt autem et alie figure que vocantur minime imperfecte ex quibus ponuntur quatuor pro tribus minimis, et habent majorem effectum quam semiminime, quia sunt plene, et habent minorem effectum quam minime, quia habent signum atque proprietatem semiminimarum :

Possunt autem poni aliquando rubee figure diversimode figurate. Et quando homo non habet unde scribere figuras rubeas, tunc est licitum ipsas evacuare; sed hoc est tantum de tempore imperfecto majoris prolationis super tempus perfectum minoris prolationis, et e converso.

Item figure superius et inferius caudate quarum cauda inferius est retorta, quatuor ex istis valent sex minimas [1], ut hic : 

Quod si adjungatur eis punctus vacuus, qui valet tantum quantum semiminima, tunc iste quatuor valent novem minimas, si recte computes, ut hic : 

Item minima superius semiplena et inferius semivacua in uno corpore, superius et inferius caudata, et in parte inferius retorta, valet minimam cum semiminima, ut hic :  quia superius sunt figure minime et inferius semiminime.

Item minima evacuata amittit tertiam partem sue virtutis, sicut superius dixi, et sic tales tres faciunt duas minimas, ut hic :

CAPITULUM V.

De tempore perfecto majoris prolationis.

Superius dictum est de diminutione atque augmentatione figurarum; nunc ostendendum qualiter ipsas ordinabis pro temporibus.

Et primo de tempore perfecto majoris prolationis; quod si super ipsum discantare velimus ad modum temporis imperfecti minoris prolationis, appone tales quatuor figuras :  [1]

---

1 In codice Vindobonensi : Valent septem minimas.

1 In codice Vindobonensi : 

In codice Palatinensi : 

Digitized by Google

Item si ad modum temporis imperfecti majoris dividendo tempus in duas partes, appone has figuras :  [1]

Item si vis dividere duo tempora istius temporis perfecti in tres partes equales, appone istas figuras : ▫▫▫.

Item si secundum eumdem actum iterum temporis perfecti majoris vis devidere in quatuor partes, appone tales figuras, ut hic :  [2]

Item si vis discantare secundum eumdem actum ad modum minimarum, appone tales sex figuras :  [3]

vel per istum modum, ut hic : [4]

Item si vis discantare ad modum temporis perfecti minoris, similiter possunt poni sex tales figure, sicut dictum est de tempore perfecto majoris [1], ut supra.

CAPITULUM VI.

De tempore imperfecto majoris prolationis.

Sequitur de tempore imperfecto majoris prolationis. Quod si vis discantare super ipsum ad modum temporis perfecti minoris prolationis [2], appone tales novem minimas :  [3]

Item si vis discantare desuper ad modum temporis imperfecti minoris prolationis, tales quatuor figuras appone, ut hic :  [4]

Item si vis discantare secundum eumdem actum temporis perfecti minoris, appone tales figuras, scilicet tres semibreves vacuas, ut hic : ◊ ◊ ◊, vel tres rubeas.

CAPITULUM VII.

De tempore perfecto minoris prolationis.

Sequitur de tempore perfecto minoris prolationis; quod si vis super ipsum discantare ad

---

1 In codicibus Palatinensi et Vindobonensi : 

2 In codice Vindobonensi :

3 In codice Vaticanensi :  vel 

4 In codice Vindobonensi : 

1 In codice Vindobonensi : Sicut dictum est de tempore imperfecto minoris.

2 Ibid. : Majoris prolationis.

3 Ibid. : Item si vis discantare desuper ad modum temporis perfecti minoris per minimas, appone sex minimas rubeas (seu vacuas) : 

4 Ibid. : 

Digitized by Google

modum temporis perfecti majoris, appone tales novem figuras, ut hic : 

Item si vis discantare desuper ad modum temporis imperfecti majoris [1] per semibreves, dividendo tempus in duas partes, tunc pone duas semibreves punctatas, ut hic : ♦.♦.

Item secundum eumdem actum, per rubras vel vacuas, ut hic :

Item si vis ad modum minoris, tunc minime debent esse rubee vel vacue, ut hic : 

Item si vis discantare super istud tempus ad modum temporis imperfecti minoris, appone quatuor tales figuras, ut hic :  [2]

CAPITULUM VIII.

De tempore imperfecto minoris prolationis.

Sequitur de tempore imperfecto minoris.

Quod si vis discantare desuper ipsum ad modum temporis imperfecti majoris, appone tales figuras, ut hic :  [3]

Item si vis discantare ad modum temporis perfecti majoris, ad modum semibrevium, appone tales figuras : [4]

Item si vis discantare desuper ad modum minimarum, appone tales figuras, sicut in tempore imperfecte majoris, ut hic :  [2]

Item si vis discantare ad modum temporis predicti majoris, tunc accipe modum temporis perfecti minoris, quia in equalitate minimarum non potest cantari, et per consequens nec scribi, si recte consideres, quia non potest dividi nisi in duas partes; et si quatuor ascenderint usque ad octo, numerus sic deficeret [5].

Nunc videndum est qualiter ipsas ordinabis ad discantandum diversimode super quatuor tempora, et primo de tempore perfecto majoris, postea de singulis temporibus, sicut inferius patebit ponendo rubeas de modo discantandi, quod dicitur secundum illos de Francia vulgariter trayn vel traynour et est fortior modus quam syncopa [6].

Et primo de tempore perfecto majoris ponuntur

---

1 In codice Vindobonensi : Temporis perfecti.

2 In codice Vaticanensi : 

In codice Vindobonensi :

In codice Palatinensi :

3 In eisdem codicibus : 

4 In codice Vindobonensi : Item si vis discantare desuper ad modum temporis minoris per semibreves, dividendo ipsum tempus in tres partes, appone tales figuras, ut hic :

2 Ibid. : 

3 Tractatus hic finem habet in codice Vidobonensi istis adjectis verbis : « Sic itaque ad complementum hujus temporis consecutus sum, ideo refero gratias deo, amen ».

4 In codice Vaticanensi : Qui dicitur secundum Gallicos *Traineum* vel *Trahyn*, et est formalior quam syncopa.

Digitized by Google

pro duobus temporibus novem semibreves vacue vel rubee, ut hic [1]:



De tempore perfecto majoris:



Tenor. Discantus.

De tempore perfecto minoris:



Tenor. Discantus.

De tempore imperfecto majoris:



Tenor. Discantus.

De tempore imperfecto minoris:



Tenor. Discantus.

ET SIC EST FINIS TOTIUS LIBRI.

Et sic finis ad laudem Dei per me fratrem Jo. Bonadies in conventu Regii post vesperas 1447, 14 septembris.

---

1 Quæ sequuntur exempla deprompta sunt e codicibus Vaticanensi ac Palatinensi.

XIII

MAGISTRI ÆGIDII DE MURINO

TRACTATUS CANTUS MENSURABILIS

DE MODO COMPONENDI TENORES MOTETTORUM.

Primo accipe tenorem alicujus antiphone vel responsorii vel alterius cantus de antiphonario; et debent verba concordare de materia de qua fecere motetum; et tunc recipe tenorem, et ordinabis et colorabis secundum quod inferius patebit de modo perfecto vel imperfecto. Et modus perfectus est quando computantur tria tempora vel sex pro nota. Et modus imperfectus est quando computantur duo tempora vel quatuor pro nota, et quando tenor est bene ordinatus. Tunc si vis facere motetum cum quatuor, tunc etiam ordinabis et colorabis contratenorem supra tenorem;

Digitized by Google

et quando vis dividere contratenorem, tunc accipe tenorem, et contratenorem si componis cum quatuor, et ordinatis triplum supra, bene ut concordet cum tenore et contratenore. Et si vis ipsum superius concordare, tunc divide tenorem in duas partes, vel quatuor, vel tot partes sicut tibi placuerit; et cum feceris unam partem super tenorem, tunc ipsa pars debet ita esse figurata, sicut prima pars, et sicut alia pars; et istud vocatur colorare motetos.

Item potes ibi adjungere aliam subtilitatem, et hoc est, si vis, potes eam facere de modo perfecto, id est comparare super tempora insimul et post tria tempora debet superesse punctus divisionis. Hoc facto, procede ad motetum, id est ad quintum; et concordabis et colorabis cum triplo et tenore et cum contratenore, si est cum quatuor, et ita fac usque ad finem.

Postquam cantus est factus et ordinatus, tunc accipe verba que debent esse in moteto et divide ea in quatuor partes; et sic divide cantum in quatuor partes; et prima pars verborum compone super primam partem cantus, sicut melius potest, et sic procede usque in finem; et aliquando est necesse extendere multas notas super pauca verba, super pauca tempora, quousque pervenientur ad complementum.

Nunc ostendendum est qualiter tenores ordinabis et colorabis, et ita ordinabis et colorabis contratenores sicut tenores, tamen contratenor potest aliter colorari quam tenor, si vis. Et primo de modo perfecto ut consequenter patebit, et si tenor dicitur pluries quam semel, debet esse signatus contratenor. Quod si dicitur bis, quia prima vice non est necesse signare, quando dicatur bis, tunc appone hoc tale signum : 2; quod si dicitur ter, appone hoc signum 3; quod si dicitur quater, appone hoc signum 4; et secundum antiquos Magistros figuratur sic : II, III, IIII, 2, 3, 4.

Tenor iste est de modo perfecto et quelibet nota valet sex tempora, et est coloratus, quia omnes sunt similes, et vocatur tenor ordinatus, quia non est aliqua mixtura in eo nisi pause :



Tenor iste est de modo perfecto, et plene valent sex tempora, et vacue valent quatuor tempora et iste tres vacue valent duas plenas. Et iste tenor vocatur mixtus; tamen est coloratus, et tamen possunt plures vacue poni in tenore si vis; tamen custode semper colorem; et sic de aliis mixturis que ponuntur. Intende videlicet de longis et de brevibus et de pausis :



Tenor iste est de modo perfecto, et majores valent sex tempora, et minores quelibet valet unum tempus; et he sex debent esse punctate ante et retro, quia possunt computari cum nota antecedente vel subsequente. Et iste sex minores perficiunt unam majorem, et est tenor mixtus; tamen est coloratus :

Tenor iste est de modo perfecto et majores valent sex tempora et minores tria :



Tenor iste est de modo perfecto, et majores valent sex tempora, et post majorem debet esse punctus divisionis. Et prima minor que sequitur, valet unum tempus, secunda duo, et

Digitized by Google

tertia tria tempora. Et est tenor mixtus, tamen coloratus :



Tenor iste est de modo perfecto, et majores valent sex tempora et minores tria tempora; et debent esse punctate ante et retro, quia possunt computari cum majoribus; et iste tenor est mixtus, tamen coloratus :

Tenor iste est de modo perfecto, et majores valent sex tempora et minores quelibet unum tempus; et est tenor mixtus, tamen coloratus :



Tenor iste est de modo perfecto; et quelibet plena valet tria tempora, et vacue valent duo tempora; et est color mixtus, tamen coloratus :

Tenor iste est de modo perfecto, et prima valet unum tempus et secunda duo et tertia tria :

Et tales tenores possunt dividi in quatuor partes diversimodo; et prima vice dicitur sicut stat; secunda vice dividitur vel diminuitur per dimidium de primo; et tunc prima nota valet unam semibrevem, et secunda duas et tertia tres, et sic usque ad finem.

Item tertia vice potest dici de tempore imperfecto; et tunc prima nota valet unum, et tertia duo tempora et sic usque finem.

Item quarta vice, diminuitur istud tempus imperfectum per semi, id est per medium; tunc prima nota valet unam semibrevem, et secunda unam, et tertia duas, et sic usque ad finem.

Item iste tenor potest aliter dividi in quatuor partes, videlicet : prima vice, de modo perfecto; tunc prima valet unum tempus, et secunda duo, et tertia tria, et sic usque ad finem.

Item si secunda vice potest dici de tempore imperfecto, tunc prima valet unum tempus, et secunda unum, et tertia duo tempora.

Item si tertia vice diminuatur per semi de prima voce, tunc prima nota valet unam semibrevem, et secunda duas, et tertia tres semibreves.

Item si quarta vice, tunc diminuitur per semi de secunda vice; et tunc prima nota valet unam semibrevem, et secunda unam, et tertia duas semibreves, et sic usque ad finem. Et possunt poni pause post perfectiones, sed custodi semper colorem, et debet scribi sub tenore, sic : primo dicitur de modo perfecto; secundo de tempore imperfecto; tertio zeze vel cese per semi de primo; et quarto zeze sive cese per semi de secunda vice.

Tenor iste quando est de modo imperfecto, tunc valet quelibet quatuor tempora; et quando est de modo perfecto, tunc quelibet valet sex tempora, sicut superius dictum est de tenoribus de modo perfecto, et est tenor ordinatus atque coloratus :



Tenor iste quando vis quod sit de modo imperfecto, tunc valet quelibet duo tempora; et quando vis quod sit de modo perfecto, tunc valet quelibet tria tempora, sicut superius ponitur in

Digitized by Google

tenoribus de modo perfecto, et est tenor ordinatus atque coloratus :

Tenor iste quando est de modo imperfecto, tunc majores valent quatuor tempora et minores duo; et quando est de modo perfecto, tunc majores valent sex tempora et minores tria, sicut superius patet :

Tenor iste quando est de modo imperfecto, tunc majores quatuor valent tempora, et minores quelibet unum tempus. Sed in modo perfecto sunt minores punctate, sicut superius patuit; et non est necesse eas punctare in modo imperfecto :

Tenor iste est de modo imperfecto, et majores valent quelibet quatuor tempora et minores quelibet duo tempora :



Tenor iste est de modo perfecto, et prima nota valet unum et quarta tria tempora et pause computantur per se; et potest dici bis, si vis, sicut stat, vel potest fieri divisio in secunda vice per semi de prima; et tunc note valent tres semibreves, et quelibet pausa valet unam semibrevem :



Tenor iste est de modo imperfecto, et prime due note valent unum tempus pro qualibet, et tertia valet duo tempora; et potest dividi per semi, si dicitur bis, tunc due prime valent pro qualibet unam semibrevem, tertia duas semibreves, et pausa prima vice valent duo tempora, secunda vice non valent nisi unum tempus :

Sciendum est quod per tenores supradictos potest inveniri quamplures alii modi et deduci alii tenores per viam subtilitatis, et ideo non est necesse contratenores componere. Plures eorum qui possunt inveniri, quando existit subtilis cantor, potest facere alios tenores quamplures eorum; et ideo sapienti et intelligenti pauca sufficiunt, sed que scripta sunt superius, ad doctrinam parvulorum scripta sunt.

Unde dicendum est de Pausis, qualiter ipsas ordinabis in tenoribus; et primo de modo perfecto quod pause debent esse computate per se; tunc pone in tenoribus tres, vel sex, vel novem pausas de uno tempore, et debent esse punctate ex utraque parte, ut hic :

et non debent poni nisi post perfectiones.

Item si vis componere vel ordinare pausas cum perfectionibus, quod si pausa debet ire cum prima, quod est ante se, tunc debet esse punctata retro, ut hic :



Item si debet ire cum perfectione, que est retro se, tunc debet esse punctata ante, ut hic :



Item potes etiam tales pausas ponere in modo

Digitized by Google

perfecto, et non in alio, quia significat modum perfectionis, ut hic :



Aliquando possunt poni due simul, ut hic :



et non debent poni nisi post perfectiones; sed caveas, ne frangas colorem.

Item si pausas ponere vis in modo imperfecto, non est necesse eas punctare, sed stant per se, ut hic :



vel sic :



Si per se stant, cum perfectionibus computantur, non debent esse punctate.

Item si vis ponere pausas de duobus temporibus, tunc appone, ut hic :



quia quot spatia tangunt, tot tempora valent.

Item si vis pausas pro tribus temporibus ponere simul, tunc debes ponere unam de duobus et aliam de uno tempore, ut hic :



Si majores subtilitates cupis habere quam in isto volumine continetur, tunc stude fortiter in musicam, et forte Deus prestabit tibi per suam gratiam majorem intellectum atque subtilitatem.

Est autem alius modus componendi motetos quam superius dictum est, videlicet : quod tenor vadat supra motetum et sic ordinabis :

Accipe tenorem de antiphonario, sicut superius dictum est, quem colorabis et ordinabis, et stat in gamma bassa; et tu potes eum mittere in gamma alta; et quando est ordinatus bene, tunc facias discantum sub tenore, sicut melius scis et potes. Et si vis ipsum facere cum quatuor, tunc debet ibi essse contratenor. Sed oportet quod contratenor sit primo et concordet cum tenore, aliter non posset colorari. Item si vis facere motetum cum quinque, per hunc modum potest fieri : fac primo tenorem, sicut dictum est, et fac discantari subtus tenorem et concordare; hoc modo fac triplum discantari insuper motetum, sicut melius scis. Adhuc potes facere alium discantum qui ibi circumsonat triplum fulgendo ipsum triplum. Et iste quintus cantus vocatur quadruplum, et sic erit motetus totaliter plenus. Et credo quod non possint fieri plures cantus insimul.

Item si motetum, triplum, quadruplum potes semper bene facere de modo perfecto, licet cantus esset de modo imperfecto, aliquando cantus est de modo perfecto et de tempore perfecto, et tunc debet semper poni punctus divisionis post tria, et debet prima perfectio durare usque ad finem.

Isto modo debet fieri *Ballada* simplex : in primo fac apertum et clausum, et ultimo fac clausum solummodo.

Item *Ballada* duplex habet apertum et clausum ante et retro.

Item *Vironellus simplex* habet ante apertum et clausum retro.

Item *Vironellus duplex* habet dimidium apertum et clausum ante, et apertum et clausum retro.

Item *Rondellus* habet apertum ante, quando finitur in *ut*, et debet esse decima; et quando finitur in *la*, debet este quinta, et retro clausum. Deo gratias.

EXPLICIT TRACTATUS CANTUS MENSURABILIS SECUNDUM MAGISTRUM EGIDIUM DE MURINO.

Digitized by Google

XIV

JOHANNIS VERULI DE ANAGNIA

LIBER DE MUSICA

Cum igitur de arte musice tractare debeamus, primo videndum est quid sit musica, quid sit sujectum in ea, unde dicatur, et ad quem finem tendat. Est enim musica scientia mollificans duritiem et pravitatem cordis humani corporis ad celestia contemplandum; et hoc testatur Boetius in secundo « de Consolatione »; cum esset in adversitate positus, et vellet consolationem recipere, in quo adsit rhetorice dulcedinis suadela, que cum nostri . . . musice vernula, que nostra instituta non deserit, sed tam recto calle procedit, ut nunc graviores, et nunc leviores succinat modos. Subjectum est quod agitur per totam scientiam, videlicet sonoritas vocum, et ipsarum melodia. Et dicitur musica a *Moys* grece, quod est aqua, et *logos*, quod est scientia vel sermo, quia talis scientia inventa fuit juxta aquas, et merito. Nam sicut aqua abluit sordes et reficit corpora, sic ista scientia diluit merores mentis, et erigit ipsam ad judicunditatem. Finis ad quem tendit, est tota laus Dei, nam omnes voces ipsum Deum laudare debent, quod probatur per sacram paginam in plerisque locis, et maxime per Psalmistam, ubi dicitur: « Jubilate Deo omnis terra, etc. »

Musica est enim duplex, scilicet positiva et mensurativa; et sicut duplex est musica, ita duplex est nota, videlicet, una que spectat ad musicam planam, et alia que spectat ad musicam mensuratam, ad quam omnes note reducuntur. Et dicitur nota a nosco, noscis, quia per ipsam noscitur quidquid in arte musice agitur. Et dividitur nota secundum musicam planam in sex, videlicet: *ut, re, mi, fa, sol, la;* nam per istas sex notas tota musica noscitur. Ratio hujus est hec, quia, secundum philosophos, talis scientia inter liberales artes sextum tenet gradum, et quia sicut dicit Apostolus Jacobus: « Omne datum optimum talis scientia representat sextum donum Spiritus sancti, quod est donum pietatis »; nam sicut pius et misericors diligit pacificos et reconciliat discordes, sic hec scientia dirigit sonoritatem vocum et mensuram, et discordantiam ipsarum corrigit et reducit ad consonantiam et mensuram.

Sed iste sex note possunt reduci ad quatuor notas, secundum reductionem artis nove, que

Digitized by Google

sunt : *ut, re, mi, fa*. Et hoc quare? Quia sicut sunt quatuor elementa, de quibus totus mundus et ea que sunt in mundo, composita sunt, sic totus cantus per predictas quatuor notas componitur et versatur. Et ad istas notas ingredimur per tres claves, scilicet ♮ quadratum, naturam, et *b* rotundum; et hoc quare? Quia in natura humana tria sunt, scilicet caro que ex quatuor elementis constat, et hoc representat prima clavis quadrangularis, que nascitur in G, quod G dicitur a generando. Est enim in humana natura forma substantialis, scilicet anima, in qua est voluntas, et habet potestatem contemplandi, et hoc representat secunda clavis nempe que nascitur in C. Tertia clavis est in *b* rotundo, que representat bonam voluntatem que est inter animam et corpus, et nascitur in *f*, et sic naturalis substantia per suam voluntatem reflectit se ad dilectionem corporis, quod est de quatuor elementis, et aliquando se exaltat, et hilarat ad Dei laudem per mollitiem et lenitatem spiritus. Sic secunda clavis, scilicet C, potestatem habet ingrediendi ad primam et tertiam. Et hoc de musica plana dicta sufficiant, quia per Philosophos melius et sufficientius est tractatum.

Postquam aliqualiter visum est de musica plana, videatur de musica mensurabili.

Mensurabilis musica est que consistit in tribus notis ad similitudinem Trinitatis, in qua omnia, que sunt in rerum natura, consistunt et ab ipsa derivantur et ad ipsam reducuntur, dicendo Christus de se ipso : « Ego sum Alpha et Omega », id est principium et finis omnium rerum; ita iste tres note sunt principales quoad figuram, nomen et numerum; cum in istis tribus copulentur valores omnium mensurarum, figurarum, nominum et numerorum, et ab eis descendunt omnis mensura, species figurarum, nomina, numeri, modi, maneries, modorum tempora, divisiones temporum, maneries divisionum, prolationes, et maneries prolationum.

Videndum est quid sit mensura.

Mensura est quantitas temporis determinata per ipsum tempus in quo ipsa nota profertur; unde tempus, secundum Philosophos, sic definitur : « Tempus est mora motus mutabilium rerum »; sed tempus, prout spectat ad musicam, non est tempus, sed id quod agitur in tempore, videlicet armonia cantus, et vocum melodia que per tempus mensuratur.

De divisione temporis.

Dividitur tamen tempus per annum, menses, hebdomadas, dies, quadrantes, horas, punctorum momenta, uncias, et athomos. Athomus vero indivisibilis est.

Omissa divisione omnium temporum, videndum est sicut dividitur dies naturalis, ubi agnoscitur mensura temporis secundum musicam.

Dicendum est quod in quatuor principales quadrantes dividitur. Quadrans habet horas sex; de hora nascuntur puncta quatuor; punctus habet momenta decem; momentum habet uncias duodecim; uncia habet athomos quinquaginta quatuor. Est notandum quod ab ista uncia musicus accipit tempus rectum et perfectum; tamen neque majus neque minus, sed mediocriter; quod principaliter consistit in forma quadrangulari ad similitudinem quatuor partium mundi, in quibus ipsa Trinitas in sexta etate apparuit in carne humana. Et istud tempus dividitur in tres partes ad similitudinem Trinitatis, et dicitur tempus perfectum medium. Quod tempus dicitur breve, et breve est respectu aliorum superiorum, licet sit longum respectu aliorum temporum, divisionum minorum et minorum prolationum.

Digitized by Google

Viso de mensura, videndum est quid sit figura, et quot sint species figurarum.

Dicendum est quod figura est forma note facta ad representationem vocis, seu mensura temporis ad utilitatem discentium, inventa ad cognoscendum proprietates notarum simpliciter figuratarum et ipsarum ligaturarum, et earumdem perfectiones et imperfectiones et simiperfectiones et semimperfectiones.

Videndum est quid sit proprietas, et opposita proprietas in notis, et in quo differt.

Proprietas notarum ligaturarum est illa que in ascendendo caret tractu, et in descendendo habet tractum; et hec est differentia : omnis ligature cum proprietate, prima brevis existit, et sine proprietate prima longa.

Quid sit opposita proprietas videamus.

Opposita proprietas est ubicumque in principio ligature, tam in corpore quadro quam in obliquo, tam ascendendo quam in descendendo, in prima nota ex parte sinistra tractum invenerimus superiorem.

De nomine.

Nomen dicitur a notatione, quia quidquid noscitur, per suum nomen noscitur.

Dicendum est de proprietatibus figurarum, quia alia simplex, alia composita.

Simplex figura est illa quando una nota soluta est ab alia. Composita est illa que cum alia est ligata. Ligatura est connexio figurarum simplicium per tractos debitos ordinata.

Dicto de figuris, dicendum est de perfectionibus, quid sint.

Perfectio est sine defectu, que in sola Trinitate consistit, que semper significatur per ternarium numerum ad cujus similitudinem perfectio modi dicitur, que per ternarium numerum reducitur. Imperfectio modi dicitur, quando non ascendit ad ternarium numerum, sed ad binarium. Numerus est, secundum, Philosophum, collectio de unitatibus congregata, et ita, secundum musicum, est congregatio notarum vel athomorum in uno corpore. Modi autem mensurarum, divisionum, prolationum sunt multi, varii, et divisi, ut inferius declaratur. Tamen omnes reducuntur secundum principales, videlicet ad perfectum et imperfectum. Et nota quod, quando loquimur principaliter de modo, non loquimur de tempore perfecto neque imperfecto, sed divisum tempus reducitur secundum modum perfectum, aut imperfectum, quia principales modi reperiuntur in temporibus.

Viso de modo, videndum est de divisione temporis.

Sciendum est quod in modo agnoscitur tempus, et ubi incipimus modum, possumus incipere mensuram temporis, dum tempus non sit divisum; sed si divisum est tempus, oportet sequi mensuram divisionis secundum figurationem per regulas ordinatam. Insuper habemus principaliter quadruplex tempus, scilicet perfectum et imperfectum, semiperfectum et semimperfectum. Divisio temporis reducitur secundum modum perfectum, et tempus imperfectum reducitur secundum modum imperfectum. Tempus semiperfectum et semimperfectum reducitur aliquando secundum modum perfectum et modum imperfectum. Et tempus semiperfectum et semimperfectum dicitur respectu istius temporis perfecti aut imperfecti, et non secundum vocem.

Quot sint speciès figurarum.

Dicendum est quod principales necessarie quoad divisiones et reductiones, de quibus omnes alie derivantur, sunt undecim. Nomina vero ipsa-

Digitized by Google

rum sunt hec, scilicet: larga, longa, brevis, semibrevis, et minima. Et sicut alia perfecta, alia imperfecta, alia semiperfecta, et alia semimperfecta, et quelibet earum de majori, minori, et minima prolatione invenitur, particulariter inferius per ordinem declaratur.

Dicto de figuris, dicendum est de valore supradictarum.

Ut dictum est superius, prima figura est larga; et dicitur larga a largiendo, quia largitor omnium donorum omnia largitur et donat perfecte: et est larga de corpore et valore. Quare de corpore? Quia nota seu punctus quadratus, quod idem est, qui recipit mensuram temporis, dicitur brevis, etsi in illa nota quadrangulari ponatur cauda, seu filus, quod idem est, ex parte dextra. Per illam caudam seu filum aliquando triplicatur, et aliquando duplicatur valor illius note seu puncti; et sine cauda est brevis, et cum cauda est longa. Et si cum cauda duplicatur corpus, duplicatur valor illius longe in reductione, et vocatur imperfecta, seu duplex longa. Tamen iste duplices longe, que descendunt a directione large minoris et minime, possunt vocari imperfecte large in suis generibus. Sed duplex longa imperfecta, que descendit a larga majori, potest ascendere ad majorem figuram et ad valorem duplicatum, et tunc potest vocari..., quia est imperfecta larga. Et quelibet notarum tam imperfectarum largarum potest ascendere ad perfectionem suorum generum, quia nota perfecta et imperfecta non in figura, sed in valore differunt, et hoc specialiter notatur, et inferius particulariter declaratur.

Viso quid sit larga, videndum quid sit imperfecta larga.

Imperfecta larga major est illa que non ascendit usque perfectionem large, et continet in se duas duplices longas; in qualibet istarum duarum duplicium longarum, que descendunt ab isto corpore supradicto, sunt imperfecte duplicate. Longam multipliciter habemus, quia aliquando est de modo et de tempore perfecto, aliquando de modo et de tempore imperfecto, aliquando de modo perfecto et de tempore imperfecto, aliquando de modo imperfecto et de tempore perfecto. Et ita dicendum est de longis, brevibus, et semibrevibus.

Longa dicitur a longitudine temporis prolati respectu istarum brevium semibrevium et minimarum, quamvis sit brevis respectu istarum largarum, semilargarum et duplicium largarum. Habemus etiam dupliciter longam, scilicet perfectam et imperfectam per modos supradictos, sed figurationem longarum dictarum habemus in decem speciebus, ut, ubi tractabitur de figuris, ostendetur per ordinem.

Brevis dicitur, quia minor quantitas prolationis temporum defluit proferendo, et dicitur brevis illa que valet unum tempus, et, ut superius dictum est, principaliter est in corpore quadro, et est aliquando in tempore imperfecto, aliquando in semimperfecto, cujuscumque prolationis aut divisionis sit, ut dictum est superius, quia duplices longe vadunt per primos modos antedictos de longis et brevibus.

De semibrevibus idem est judicium, et hoc superius notatur, et inferius demonstratur. Semibrevis est illa que habet valorem dimidii temporis imperfecti, et tot sunt diversitates semibrevium quot sunt diversitates manerierum seu prolationum. Semibrevis aliquando est perfecta, aliquando imperfecta, et aliquando respectiva. Semibrevis perfecta est illa que est valoris trium minimarum, et vocatur major. Semibrevis imperfecta est illa que duarum minimarum est valoris.

Et minima est illa que habet valorem unius partis illius temporis in quo ipsa invenitur. Et dicitur minima a minuendo, et est duplex minima, ut dictum est supra, scilicet respectiva, et simplex. Respectiva dicitur respectu superiorum directionum majorum principalium; et reperitur minima in omnibus prolationibus secundum

Digitized by Google

genus suum. Simplex minima, quoad vocem, est sicut athomus quoad tempus ; et sicut per athomum recolitur tempus, sic per minimam simplicem mensure vocum de gradu ad gradum reducuntur ad minimas. Hec et omnia supradicta seriosius subsequenter per ordinem in arbore, et in divisionibus tam in figuratione quam in valore ipsarum predictarum declarantur.

DICTO QUE ET QUOT SUNT FIGURE SIVE SPECIES FIGURARUM ET VALOR PREDICTARUM, ET QUALITER PER ISTA NOMINA NUNCUPANTUR; DICENDUM EST DE DIVISIONIBUS IPSARUM SPECIERUM, UT SEQUITUR.

Divisio est alicujus generis in suas species ; que fit per differentias constituentes illas species, sicut dicit Dyaleticus. Et inter species est differentia, quia species divisionum, quoad mensuram et quoad divisionem, sunt divise ; nam alia larga major, alia minor, et alia minima ; alia imperfecta larga major, alia minor, et alia minima ; alia semilarga major, alia minor, et alia minima. Alia duplex longa major, alia minor, et alia minima; alia longa imperfecta major, minor, et minima. Brevis seu tempus perfectum majus, minus, et minimum; brevis, seu tempus imperfectum majus, minus, et minimum; brevis, seu tempus semiperfectum majus, minus, et minimum; brevis, seu tempus semimperfectum majus, minus, et minimum; et dicitur semiperfectum aut semimperfectum eo quod partitur tempus perfectum, aut imperfectum per medium, et non secundum vocem. Notandum est quod unaqueque istarum divisionum sunt majoris, minoris et minime prolationis.

DICTO DE DIVERSITATIBUS UT SUPRA, DICENDUM EST DE DIVERSITATIBUS DIVISIONUM ET PROLATIONUM TEMPORIS.

Nota quod in qualibet figura de principalibus, ubi incipimus principales divisiones, videlicet in temporibus majoribus et principalibus, reperiuntur tempora divisi valoris et modi, videlicet perfectum majus, minus et minimum; imperfectum majus, minus et minimum; semiperfectum majus, minus et minimum.

DE DIVISIONIBUS TEMPORUM.

Sciendum est quod habemus tempus divisionis duodenarie majoris, minoris et minime prolationis ; novenarie majoris, minoris et minime prolationis; octonarie majoris, minoris et minime prolationis; senarie majoris, minoris et minime prolationis. Quod habemus quatuor modis, videlicet illud quod derivatur a divisione perfecta, diminuta, propria, que non dat respectu ad modum in reductione; aliud quod derivatur etiam a divisione perfecta, diminuta, impropria, et reducitur ad modum imperfectum, et dividitur secundum perfectum; aliud quod reducitur secundum perfectum, quod descendit a divisione duodenaria majoris prolationis; et aliud quod descendit a divisione octonaria, quod reducitur et dividitur per modum imperfectum.

Etiam divisionem perfectam diminutam habemus principaliter duobus modis, que est etiam senarie divisionis, scilicet perfecta et imperfecta ; propria est illa que nascitur in se ipsa. Imperfecta est illa que habet mediam partem temporis divisionis duodenarie majoris prolationis. Et quelibet istarum divisionum est de prolatione majori, minori et minima. Insuper habemus trinariam majoris, minoris et minime prolationis, et binariam majoris, minoris et minime prolationis.

DICTO DE DIVISIONIBUS, DICENDUM EST DE LARGA MAJORI, MINORI ET MINIMA.

Larga major dicitur respectu minoris, quia habet majorem partem temporis. Minor dicitur, quia tenet medium inter majorem et minimam. Larga minima dicitur illa, que duarum largarum minima est, et habet minimam, sed in aliquo loco est materia respectu longarum, brevium, semibrevium, et minimarum.

Digitized by Google

DICTO DE PROPRIETATIBUS DIVISIONUM TEMPORUM, NUNC VIDENDUM EST DE MODIS, ET QUID SINT.

Modus, prout spectat ad musicam, est cognitio mensure cum suis proprietatibus denotata; nam ubi incipitur modus, potest incipi divisio, seu mensura temporis; sed proprietates modorum principalium sunt duo, scilicet perfecta, et imperfecta, per quas proprietates modorum omnes divisiones reducuntur. Modi vero plurimi sunt, et varias habent opiniones, in quos *Magister Franco*, qui fuit primus inventor mensurabilis musice, assignat quinque modos, alii sex, et alii quatuor; non sumentes tamen modum a largis, videlicet majori, minori et minima; que quelibet per se habet potestatem generandi modos varios et divisos quoad mensuram; sed tamen principales principalium, quoad considerationem constitutionis numeri, sunt secunde perfectionis et imperfectionis, ut dictum est supra. Sed quoad considerationem divisionum mensurarum videtur quod, sumendo modum a largis, principales universalium tam perfectorum quam imperfectorum sunt decem et octo; videlicet perfectorum sunt undecim, imperfectorum sunt septem; sed particulares dicte, qualiter et quomodo vadunt, que et quot sunt in divisionibus temporum per speciales regulas, tacemus, quia esset multiplicatio verborum, et confusio intellectus, que evitande sunt; cum in arbore divisiones temporis et derivationes eorum tam principales, quam particulares et universiales, patebunt. Et specialiter principales per ordinatas figuras et regulas demonstrantur, sub quibus particulares et quilibet istorum modorum seriatim etiam demonstrabuntur. Nota quod, quando loquimur de modo, non loquimur nisi usque ad divisionem temporis; sed quando tempus est divisum, loquimur tantum de divisione quam videmus signatam. Sed tamen omnes divisiones reducuntur secundum modum perfectum et imperfectum, ut superius dictum est, et, ut constat, per figuras patebunt.

DICTO DE MODO ET PROPRIETATIBUS MODORUM, DICENDUM EST, SICUT DEFINIUNT MANERIES.

Maneries est illa que secundum modos ordinarios cantatur; et habemus ipsam multiplicem, ut superius demonstratur, larga et stricta, ad libitum potestatis, quamvis insufficienter agatur. Cum habeamus tempus terminatum, limitatum, divisum et reductum per punctos, momenta, uncias, et athomos, ut superius dicitur, quod faciliter scire non omnium est.

QUID SIT DIVISIO TEMPORIS.

Divisio temporis, prout spectat ad musicam, est cognitio numerorum divisionum qui numeri cognoscuntur per figuras ordinatas, ut inferius patebit; per quas figuras mensura temporis potest haberi secundum athomos ordinata.

QUID SIT PROLATIO.

Prolatio est jure mensure modulate enuntiatio, et dividitur principaliter in duas partes, que superius, ubi tractatur de diversitatibus divisionum specierum tam perfectarum quam imperfectarum, sufficienter declarantur. Particulariter vero dividitur in plures, videlicet naturalis, et voluntaria. Naturalis prolatio est quam habet nota ex se; voluntaria consistit in voluntate cantoris; quod esse non debet, quia habemus ipsas prolationes reductas per punctos et athomos. Conditiones vero predictarum, tum largarum, longarum, brevium, semibrevium, et minimarum tam perfectarum, imperfectarum quam semimperfectarum, quia superius sufficienter tractavimus, et inferius declaratur; et quia de istis principalibus prolationibus proprie et improprie etiam mixtionis et sincopationis longe et stricte, quatenus insufficienter sit ad octavam notam ad libitum cantoris; et quia per figuras et arbores demonstratur eas evitandi superfluitates, nunc particulariter non tractatur.

Digitized by Google

HIS OMNIBUS VISIS UNIVERSALITER, VIDENDUM EST DE ISTIS PARTICULARITER, UT PLENIUS NOTITIA HABEATUR.

Dictum est prius : note principales sunt due; nomina vero istarum sunt ista, scilicet larga major, larga minor et larga minima; et quelibet per se est recta perfecta quoad modum dividendi. Cum ergo queque ipsarum possit dividi in tres partes equales, sicut nomina Trinitatis, videlicet in Patre, Filio et Spiritu Sancto : non quoad divisionem Personarum, quia qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus; tamen quoad considerationem differunt, quia Pater in quantum Pater differt a Filio, eo quod major sit; Filius differt a Patre, eo quod minor sit, testante Christo in Evangelio : Pater major me est. Spiritus Sanctus differt a Patre et Filio, eo quod tenet medium inter Patrem et Filium; et id quod tenet medium sapit naturam majoris et minoris extremitatis; unde Spiritus Sanctus, qui est medius, sapit naturam Patris et Filii, quia in perfectione idem sunt. Ad similitudinem cujus Spiritus Sancti larga minor tenet medium inter largam majorem et minimam quoad mensuram temporis, et continet in se valorem novem temporum, sicut novem sunt chori Angelorum cantantes inter Deum et homines, unusquisque per se novies *Kyrie;* hoc est, quod unusquisque chorus cantet *Parce, Domine, populo tuo.*

DE LARGA MINIMA.

Larga minima continet in se sex tempora ad similitudinem Filii, nam sicut Filius fuit minor Angelis secundum mortalitatem, et minor Deo secundum humanitatem, ita large minima est minima respectu large majoris, et minor dicitur respectu large minoris. Quod autem Filius sit minor, ad cujus similitudinem dicitur minima, probatur dupliciter ad sacram paginam, nam de ipso loquitur David, ubi dicit : « Minuisti eum paulo minus ab Angelis ». Et Angeli sunt minores Deo, ergo Filius secundum carnem subjecit se duabus minoritatibus, scilicet minoritati Dei et Angelorum.

DICTO SUPERIUS DE CONTINENTIA LARGARUM, RESTAT DICERE DE DIVISIONE IPSARUM.

Dividitur enim larga major in duas inequales partes, videlicet in octenarium numerum temporum, et quaternarium, et habetur per octo Beatitudines, quas ipse Deus in morte suis discipulis predicavit, et aliis turbis. Etiam octenarius numerus representat illam bonam diem, qua non ipsi salutando vicissim citamus, dicendo *bona dies :* sed quia vita nostra computatur per septenarium numerum temporum, videlicet per septem dies, in quo non reperitur perfecta laus, scilicet in septimo numero dierum nostrorum, sed expectando nonum numerum, in quo Deum perfecte ipso concedente poterimus laudare, et hoc post mortem corporis; nam tunc adimplebitur nonus numerus dierum nostrorum, quando audiemus illam vocem dicentem : « Venite, benedicti Patris mei »; et tunc illa dies adimplebit octavum numerum in quo etiam poterimus dicere : « Diripuisti Domine vincula mea, etc. » Et istud canticum erit perfectum, et sub isto numero nonus numerus est perfectus in genere suo.

Quaternarius principaliter large majoris representat quatuor testes, videlicet quatuor Evangelistas, qui continet numerum duodenarium prinpalium apostolorum et discipulorum, et ad ipsum numerum reducitur per mysterium Trinitatis. Ita quartus numerus large majoris continetur sub duodecimo, et ad ipsum per ternarium numerum reducitur; sic larga, que continet in se octo tempora, dicitur larga imperfecta, quia ad Beatitudinem percipiendam octavus numerus apostolorum est imperfectus, licet unusquisque per se perfectus sit, et sic unumquodque tempus perfectum

Digitized by Google

est; sed nos loquimur de perfectione apostolorum et temporum, et illa, que continet in se quatuor tempora, duplex longa imperfecta vocatur, quia longa perfecta continet in se tria tempora; quia duplicata continet in se sex, et sic esset duplex longa perfecta. Et si de qualibet longa perfecta subtrahitur unum tempus, remanet duplex longa imperfecta. Et sicut ista larga major divisa est in duas partes, videlicet in octonarium numerum, et quaternarium, ita potest dividi in tres partes quatuor, et quilibet numerus quaternarius vocatur.

Duplex longa reducitur ad modum perfectum, et dividitur secundum modum imperfectum. Sed ut hoc opus non sit nimium laboriosum et difficile volentibus discere artem divisionum et prolationum mensure, pro eo quod facta est mentio superius de Beatitudine et de numero apostolorum, sciendum est quod, sicut duodecim apostoli predicaverunt Trinitatem et Beatitudinem in universo orbe, quorum doctrina erit usque ad extremitatem seculi, sicque de ipsis principaliter dicit: « In omnem terram exivit sonus eorum », ita valor large majoris, minoris et minime, que representant Trinitatem, ut dictum est, sunt ea omnia, que continentur in arte musice mensurate, et ad ipsas omnes reducuntur.

Quelibet istarum divisionum principalium subdividitur in duas partes equales, et quelibet pars vocatur longa tantum imperfecta de modo, sed perfecta est de tempore. Et quelibet istarum longarum dividitur in duas partes equales, et quelibet pars vocatur brevis, et valet unum tempus. Insuper potest dividi longa major per medium; et quelibet pars est valoris sex temporum, et principaliter semilarga appellatur, et potest vocari duplex longa et triplex longa. Si duplex longa erit, dividitur recte, et reducitur secundum modum imperfectum, et longe descendentes a dicta duplici longa reducuntur secundum modum perfectum; et si erit triplex longa, reducitur ad imperfectum, et dividitur secundum perfectum. Et longe descendentes a dicta triplici longa reducuntur ad modum perfectum, et dividitur secundum imperfectum.

Viso superius de larga majori, videndum est sicuti dividitur larga minor.

Larga minor in duas equales partes dividitur, videlicet in ternarium numerum temporum et senarium, et minor pars valet tria tempora, que longa perfecta vocatur; et major pars erit duplex longa, que longe descendentes a predicta reducuntur ad modum imperfectum, et dividuntur secundum modum perfectum. Dividi etiam potest predicta larga minor per ternarium numerum, et quilibet numerus est valoris trium temporum, que roducuntur, et dividentur per modum perfectum.

Dicto de larga minori, dicendum est de minima.

Larga minima dicitur respectu large majoris et minoris ad similitudinem Christi, qui se facit minorem respectu temporis quoad Deitatem, et facit se minorem Angelis quoad mortalitatem. Et predicta larga minima in duas partes inequales principaliter dividitur, et minor pars est valoris duorum temporum; et dicitur longa imperfecta; et major pars valet quatuor tempora, et vocatur longa imperfecta, aut imperfecta larga minime imperfectionis. Et ista imperfecta larga minima, seu duplex longa imperfecta, que valet quatuor tempora, etiam dividitur in duas partes equales, et quelibet pars est valoris duorum temporum; et ista tempora descendentia ab ista duplici longa reducuntur ad modum imperfectum et dividuntur secundum modum perfectum. Adhuc larga minima supradicta potest dividi in duas equales partes, et quelibet pars erit valoris trium temporum, et reducitur ad modum imperfectum, et dividitur secundum modum perfectum.

Digitized by Google

Dicto de divisionibus et subdivisionibus largarum, dicendum est de divisionibus et subdivisionibus temporum.

Ut dictum est superius, quia, ubi incipimus modum, possumus incipere divisionem, seu mensuram temporis, hoc est verum. Tunc principales mensuras duodenarie majoris habemus, scilicet perfectam majorem, minorem, et minimam; imperfectam majorem, minorem, et minimam; semiperfectam majorem, minorem, et minimam; et semimperfectam majorem, minorem, et minimam.

Quomodo accipitur tempus.

Etiam dictum est superius, quia musicus non accipit tempus, sed id quod mensuratur per tempora, tamen in tempore, quia tempus non est majus, neque minus, sed medium, quod est acceptum, divisum, et reductum a musico a die naturali usque ad athomum. Valor athomorum quinquaginta quatuor, et particulariter vocis viginti septem, quarum quelibet est indivisibilis quoad vocem, sicut athomus quoad tempus, et ab isto tempore non incipiendum est dividere, sed a tempore perfecto majore, quod continet in se valorem athomorum septuaginta duo, particulariter vocis triginta sex, et minimarum duodecim, de prolatione tamen majore, et tempus perfecte majoris divisionis duodenarie majoris prolationis appellatur, quod principaliter in duas partes inequales dividitur, et tunc prima pars erit minor, secunda vero major, vel e converso.

De tempore, quando dividitur in duas inequales partes.

Queritur quare prima dictarum duarum partium est minor quam secunda. Respondetur et dicitur: Minor dicitur quoad alterationem, quia alterationem facere non debemus, donec possumus ipsam evitare; sed in ultima duarum notarum, quando tractatur de perfectis causa implendi perfectionem, dictam alterationem evitare non possumus. Unde de duabus non per signum divisionis ultima alteretur, que alterata duorum temporum illius divisionis de qua tractatur, tunc quando ipsa alteratio requiritur, est valoris. Et major predictarum partium tempus imperfectum majus octonarie divisionis majoris prolationis nominatur, et quadraginta octo athomorum continet in se valorem, et hoc tempus non restringitur ad modum.

Et minor pars intelligatur tempus breve quaternarie majoris prolationis de tempore semimperfecto majori, et viginti quatuor athomorum valorem in se continet, et non etiam restringitur ad modum, tamen major et minor pars simul unite modum faciunt perfectum. Potest enim tempus prefatum octonarie majoris prolationis predicte dividi per binarium numerum, et quilibet numerus tempus breve semimperfectum majus quaternarie majoris prolationis vocatur, quod dividitur et reducitur per modum imperfectum. Etiam potest quodlibet istorum temporum semimperfectorum majorum quaternarie majoris prolationis ascendere ad divisionem senariam, et tempus semimperfectum majus senarie minoris prolationis quod reducitur ad modum imperfectum, nominatur.

Queritur qualiter prefatum tempus quaternarie divisionis ascendere potest ad divisionem senariam in eadem mensura temporis, cum ille sint quatuor equales, et ille sex et equales. Respondetur: quia predictum tempus semimperfectum quater componitur, et dividitur per duas minores semibreves. Et est notandum quod unaqueque dictarum semibrevium minorum, que est valoris duarum minimarum de prolatione majori, potest facere unam semibrevem majorem de prolationi minori, que est valoris trium minimarum minoris prolationis.

Digitized by Google

Super eodem.

Querendum est etiam qualiter predicta minima, que est valoris duarum minimarum de prolatione majori et equalium, potest facere semibrevem majorem, cum sit valoris trium minimarum et equalium de prolatione minori. Dicendum est quia predicta minor de prolatione majori duodecim athomorum est valoris, quos in duas partes equales dividere possumus, sicut minima predicta duarum minimarum prolationis majoris est valoris, videlicet in duas partes per bis; sex autem in tres partes equales ad similitudinem predicte majoris de prolatione minori, que in duas minimas equales dividi potest in tres partes, scilicet per ter quatuor; et ita antedictum tempus semimperfectum majus quaternarie majoris prolationis potest ascendere ad senariam divisionem minoris prolationis, sicut viginti quatuor athomi, qui sunt predicti temporis valoris, dividi possunt in sex partes equales videlicet per sex quatuor.

Dividitur predictum tempus etiam divisionis duodenarie majoris prolationis in tres equales partes, et quelibet pars tempus breve semimperfectum majus divisionis quaternarie majoris prolationis appellatur, quod reducitur ad modum perfectum, et dividitur secundum imperfectum, et viginti quatuor athomorum est valoris. Potest etiam quodlibet istorum temporum semimperfectorum majorum quaternarie divisionis dividi in duas partes equales, et quelibet pars de prolatione majori duarum minimarum est valoris; et minor semibrevis appellatur, que duodecim athomorum est valoris. Etiam quelibet istarum dictarum duarum semibrevium minorum de prolatione majori, que duarum minimarum est valoris, potest in tres minimas dividi majoris prolationis. Et hoc quare? quia duodecim athomi, qui habent valorem predicte majoris prolationis, seu majoris prolationis minoris, posset dividi in duas partes, aut in tres, videlicet in duas per bis sex, et in tres per ter quatuor, ut superius particulariter tractatur; et omnes iste tres minime descendentes a predicta semibrevi minori simul unite semibrevem componunt majorem, tamen minoris prolationis, ut superius dicitur; et sicut per duas minores semibreves componitur tempus quaternarium, ita per binas majores componitur tempus senarium, quod tempus antedictum est de modo perfecto, et de tempore imperfecto, et tempus senarie divisionis minoris prolationis vocatur.

Potest etiam unaquequ dictarum minorum de prolatione majori aut majorum de prolatione minori ascendere ad quaternarie divisionem minime prolationis, que quaternaria reducitur et dividitur secundum modum imperfectum. Et tempus semimperfectum minimum quaternarie minime prolationis vocatur.

Super eodem.

Qualiter semibrevis, que componitur ex duabus minimis prolationis majoris, seu major minoris prolationis, que componitur ex tribus potest dividi in quatuor et equales. Respondetur : quia tam major de prolatione minori, quam minor de prolatione majori duodecim athomorum est valoris, ut supra patet, qui duodecim athomi possunt dividi in duas partes equales, in tres equales, et in quatuor equales. In duas equales, videlicet per bis sex; in tres equales, videlicet per ter quatuor; et in quatuor equales, videlicet per quater tres.

Etiam quodlibet predictorum temporum semimperfectorum minorum quaternarie etiam divisionis, et minime prolationis ascendere potest ad divisionem senariam minime etiam prolationis. Quare? quia est compositum ex duabus semibrevibus minoribus, et unaqueque predictarum minorum, cum sit valoris sex athomorum, potest ascendere ad divisionem ternariam; nam sicut per duas majores

Digitized by Google

componitur tempus divisionis senarie, ut supra patet, et ad modum perfectum reducitur et dividitur.

Super eodem.

Qualiter semibrevis minor de divisione quaternaria minime prolationis, que est valoris duarum minimarum, potest dividi in tres etiam minimas, cum ille minime dicte minoris sint de prolatione minima quaternarie divisionis. Respondetur : quia quelibet dictarum minorum continet in se valorem athomorum sex, quorum athomorum facere possumus duas aut tres partes, videlicet duas per bis tres, et tres scilicet per ter duo. Insuper dictum tempus semimperfectum majus divisionis quaternenarie aut senarie, quod descendit a divisione duodenaria majoris prolationis, potest ascendere ad divisionem octonariam minime prolationis, quod reducitur ad modum perfectum, et dividitur secundum imperfectum.

Etiam tempus semimperfectum majus, quod descendit a divisione octonaria majoris prolationis, potest generare divisionem etiam octonariam minime prolationis, quod reducitur et dividitur secundum modum imperfectum majus quaternarie, aut senarie divisionis continet in se valorem, ut dictum est, viginti quatuor athomorum, de quibus facere possumus quatuor partes equales, sex equales et octo equales, videlicet in quatuor partes equales dividuntur per quatuor sex, in sex per sex quatuor, et in octo per octies ter.

Notandum est quod, quando tempus imperfectum aut semimperfectum dividitur per medium, aliquando per duo binaria, aliquando per duo ternaria, et aliquando per duo quaternaria. Et omnes istas divisiones possumus miscere simul tam imperfectum tempus cum imperfecto, et semimperfectum cum semimperfecto tempore, videlicet primam mediam partem per modum binarie, et secundam per modum ternarie, vel e converso; aut primam mediam partem per modum binarie, et secundam per modum quaternarie, vel e converso. Aut primam per modum ternarie et secundam per modum quaternarie, vel e converso.

Etiam per dictum tempus semimperfectum majus aliquando dividitur per modum quaternarie, aliquando per modum senarie, et aliquando per modum octenarie; et omnes iste possunt misceri sub eadem mensura, videlicet prima pars per modum quaternarie, et secunda per modum senarie, vel e converso; aut prima pars per modum senarie, et secunda per modum octonarie, vel e converso; aut prima pars per modum quaternarie, et secunda per modum octonarie, vel e converso. Quare? quia omnes iste, ut dictum est superius, sunt sub eadem mensura temporis.

Etiam predictum tempus senarie divisionis, quod est compositum ex duabus majoribus semibrevibus, potest dividi in tres minores. Quare? quia prefatum tempus, ut dictum est, continet in se valorem viginti quatuor athomorum quos possumus dividere in duas partes, videlicet per bis duodecim, sicut dicta divisio senaria potest dividi et reduci per duas majores, et in tres etiam partes, videlicet per ter octo, sicut antedicta divisio senaria in tres semibreves minores potest dividi et reduci. Adhuc supradictum tempus divisionis duodenarie majoris prolationis, quod est compositum ex tribus temporibus divisionis quaternarie majoris etiam prolationis, et quodlibet tempus ex duabus minoribus semibrevibus potest dividi per medium.

Nunc dicendum quare; quia prefatum tempus componitur per tria tempora, ut dictum est superius; et quodlibet tempus dicte quaternarie potest dividi in duas minores semibreves, ita quod summarie omnia ista tempora faciunt sex minores semibreves, que possunt dividi per medium, videlicet per bis ter, et tempus semimperfectum majus, aut perfectum improprium diminutum, quod reducitur ad modum imperfectum, et divi-

Digitized by Google

ditur secundum modum perfectum vocatur, et triginta sex athomorum est valoris. Dividi etiam potest predictum tempus in duas equales partes, et tunc prima pars erit minor, secunda vero major, vel e converso, et major pars pro tempore brevi minime imperfectionis improprie, quatuor majoris prolationis computatur, quod non dat respectum ad modum, et viginti quatuor athomorum est valoris. Et minor pars erit semibrevis minor de prolatione majori, que duodecim athomorum est valoris. Et sicut minor semibrevis majoris prolationis ascendit ad divisionem ternariam et quaternariam; et tempus divisionis quaternarie majoris prolationis ascendit ad divisionem senariam et octonariam per punctos athomorum particulariter divisiones aut reductiones predictarum divisionum temporum, per ordinem superius demonstratur.

Nota quod divisio senaria potest dividi et reduci per binarium numerum et ternarium, etiam predictum tempus improprium perfectum diminutum, aut semimperfectum majus, quia in mensura sunt; idem potest in duas equales partes dividi, et quelibet pars semibrevis minor appellatur, et duarum minimarum majoris prolationis, et athomorum duodecim est valoris.

Potest etiam quodlibet istorum temporum predicte perfecte diminute descendere ad novenariam divisionem minoris prolationis; quare? Quia prefatum tempus senarium componitur ex duabus minoribus semibrevibus prolationis minoris. Et, ut dictum est superius, quelibet dictarum minorum semibrevium de prolatione majori, que est valoris duarum minimarum, potest facere unam semibrevem majorem de prolatione minori. Et sicut tempus senarium componitur ex duobus minoribus, ita tempus divisionis novenarie componitur ex tribus majoribus semibrevibus. Et istud tempus predicte divisionis novenarie reducitur ad modum perfectum, et dividitur secundum modum perfectum.

Super eodem.

Qualiter iste sex minime de prolatione majori temporis predicti diminuti possunt facere novem de prolatione minori, ut predictum est, respondetur: quia prefatum tempus, ut dictum est superiūs, triginta sex athomorum in se continet valorem, quos possunt dividi per senarium numerum et novenarium, videlicet senarium per sex, sed et per novenarium per novies quatuor. Etiam sicut minor de prolatione majori facit semibrevem majorem de prolatione minori, hoc sepius tractatur.

Potest etiam perfectum tempus divisionis novenarie ascendere ad divisionem duodenariam minime prolationis; quare? quia predictum tempus divisionis novenarie supradicte, ut dictum est superius, componitur ex tribus semibrevibus majoribus. Et unaqueque dictarum semibrevium prefati temporis novenarie divisionis minoris prolationis potest ascendere ad divisionem quaternariam minime prolationis.

Que est ratio quod tempus predictum divisionis novenarie potest ascendere ad divisionem duodenariam minime prolationis in eadem mensura temporis? Respondetur quia, cum dictum est superius, continet in se valorem triginta sex athomorum, quos possumus dividere per duodenarium numerum et novem per duodenarium per duodecies ter, et per novenarium per novies quatuor.

Patet, ut superius, quod hoc tempus divisionis duodenarie componitur ex tribus temporibus quaternarie potest dividi, et tempus semimperfectum minimum divisionis quaternarie minime prolationis appellatur, quod dividitur ad modum imperfectum, et reducitur secundum modum perfectum, quod duodecim athomorum est valoris. Notandum est, quod quodlibet predictorum temporum divisionis quaternarie minime prolationis predicte ascendere

Digitized by Google

potest ad senariam divisionem, et minime prolationis etiam, et erit de modo perfecto et de tempore imperfecto.

Querendum est qualiter predictum tempus minime prolationis ascendere potest ad senariam divisionem et minime prolationis, cum ille sint quatuor equales, et ille sex et equales. Respondetur: quia predictum tempus duodecim athomorum est valoris, de quibus facere possumus quaternariam divisionem et senariam, videlicet quaternaria per quatuor ter, et senaria per secties duo.

Insuper prefatum tempus semimperfectum majus est valoris sex minimarum de prolatione majori in duas equales partes potest dividi, videlicet in duas majores semibreves, et unaqueque illarum majorum semibrevium, ut superius patet, valoris est trium minimarum, tamen majoris prolationis, et athomorum decem et octo pro tempore semiperfecto minimo improprie nominatur. Etiam quelibet predictarum semibrevium majorum in duas minores semibreves dividi potest, et hoc quia prefati decem et octo athomi qui habent valorem unius predictarum semibrevium majorem, dividere possumus in duas equales partes, videlicet per bis novem.

Potest etiam quelibet dictarum majoris prolationis ascendere ad senariam divisionem per duplicem modum, videlicet per duas majores, aut per duas minores, quia, ut superius dicitur, major prefata prolationis majoris decem et octo athomorum est valoris, qui possunt dividi per binarium numerum, sic predicta semibrevis potest dividi per duo novem; et tempus semimperfectum minus, quod reducitur et dividitur secundum modum imperfectum computatum; et per ternarium, sicut dicitur superius, quia prefata major semibrevis per ternarium numerum potest dividi, videlicet per ter sex. Et tunc tempus semimperfectum minus, quod reducitur ad modum imperfectum, et dividitur secundum perfectum, appellatur.

Prefatum tempus semimperfectum minus divisum per ternarium numerum, videlicet in duas minores, ascendere potest ad novenariam divisionem, quia unaqueque minor minoris prolationis, que componit hoc tempus divisionis senarie, potest facere unam semibrevem majorem de prolatione minima, ut superius patet.

Quelibet minor que est valoris duarum minimarum majoris prolationis, quia tam minor minoris prolationis, quam major minima sex athomorum est valoris, qui possunt dividi per duo, sicut minor semibrevis predicta in duas partes dividitur per ter duo. Et, ut dicitur superius, sic divisio senaria potest componi per tres minores semibreves, ita divisio novenarie componitur ex tribus majoribus, ut patet; et tunc tempus divisionis novenarie minime prolationis vocatur.

Adhuc tractandum est de tempore imperfecto majori, id est majoris prolationis, quod, ut dicitur superius, continet in se valorem quadraginta et octo athomorum, quod componitur et dividitur ex duobus temporibus quaternarie divisionis, quia potest ascendere ad divisionem duodenariam, quia per ordinem antedictum tempus divisionis quaternarie majoris prolationis predicte ascendere potest ad sextam divisionem minoris prolationis. Et sicut per duo tempora senarium componi potest tempus divisionis duodenarie, quod tempus dicitur duodenarie improprie divisionis, et potest dividi per ternarium numerum, et quilibet numerus tempus improprie imperfectionis appellatur; quod dividitur per modum imperfectum, et reducitur secundum modum perfectum, et sexdecim athomorum est valoris; etiam duorum istorum temporum quatuor possunt facere unum tempus divisionis octonarie minoris, improprie imperfectionis notatur, et est valoris triginta duorum athomorum. Potest etiam quodlibet istorum temporum predictorum dicte quatuor, ascendere ad impropriam, id est divisionem minoris

Digitized by Google

prolationis, que reducitur et dividitur per modum imperfectum.

DICTO DE DIVISIONIBUS ET SUBDIVISIONIBUS TEMPORIS PERFECTI MAJORIS DUODENARIE DIVISIONIS ET MAJORIS PROLATIONIS, DICENDUM EST DE DIVISIONIBUS ET SUBDIVISIONIBUS TEMPORIS PERFECTI MINORIS SEU MEDII.

Ubi primo per musicum incepta fuit mensura temporis, quod tempus universaliter continet in se valorem athomorum quinquaginta quatuor, particulariter vocis viginti septem, et minimarum novem de prolatione majori, et tempus divisionis novenarie majoris prolationis vocatur. Quod tempus dividitur per modum infrascriptum, videlicet principaliter in duas inequales partes; et tunc prima pars erit minor, secunda vero major, vel e converso; que major pars tempus breve minoris imperfectionis senarie divisionis majoris prolationis appellatur, et athomorum viginti sex continet in se valorem, et non restringitur ad modum. Et minor pars semibrevis major, que est valoris duarum minimarum de predicta prolatione majori nominatur.

Notandum est quod predictum tempus divisionis senarie majoris prolationis et minoris imperfectionis componitur ex duabus semibrevibus majori et de prolatione majori et ex duabus majoribus semibrevibus potest dividi, et hoc tempus predicte senarie potest dividi per duas minores semibreves, quia antedictum tempus senarie majoris prolationis, ut dictum est superius, athomorum triginta sex continet in se valorem, ita quod valorem triginta sex athomorum in quatuor aut in sex partes dividere possumus, ut inferius per ordinem demonstratur, videlicet in quatuor, per quatuor novem, aut in sex per sexies sex. Etiam quelibet dictarum majorum de prolatione majori dividi potest in duas partes equales, videlicet in duas minores semibreves.

Queritur quare predicta major majoris prolationis, que est valoris trium minimarum et equalium, potest in duas equales partes dividi, ut dicitur superius, quia unaqueque dictarum majorum de prolatione majori est valoris octodecim athomorum quos possumus per binarium et ternarium numerum dividere, scilicet per binarium bis novem, et per ternarium, scilicet per ter sex.

Potest etiam quelibet istarum majorum prolationis majoris ascendere ad senariam divisionem, videlicet per duas majores minoris prolationis, aut per tres minores de minori etiam prolatione, quia octodecim athomi, qui sunt valoris, ut dictum est superius, predicte majoris de prolatione majori, possunt dividi per binarium, ternarium, et senarium numerum; videlicet per binarium per bis novem, per ternarium per ter sex, et per senarium per sexies ter. Et si componitur hoc tempus senarie divisionis per duas majores, tempus semimperfectum minus senarie divisionis imperfecte appellatur. Quod reducitur et dividitur per modum imperfectum. Et si componitur per tres minores, tempus semimperfectum minus divisionis perfecte improprie diminute appellatur. Et reducitur ad modum imperfectum, et dividitur secundum modum imperfectum

Quodlibet etiam predictorum temporum semimperfectorum minorum senarie divisionis potest ascendere ad novenariam divisionem minime prolationis; et hoc quia potest componi et dividi ex tribus minoribus semibrevibus, ut dicitur superius, unaqueque dictarum minorum minoris prolationis potest facere unam majorem minime prolationis, et per ordinem infrascriptum demonstratur, videlicet quelibet minor minoris prolationis est valoris sex athomorum quos possumus dividere per binarium numerum, sicut minor semibrevis per binarium numerum dividitur et per ternarium, sicut major semibrevis per ternarium etiam numerum dividitur, numerus videlicet per bis ter, et per ternarium per ter duo. Et sicut tempus senarie divisionis componitur ex tribus minoribus, ita tempus divisionis novenarie ex tribus majoribus semibrevibus

Digitized by Google

componitur, et tempus semimperfectum minime prolationis appellatur. Quod reducitur ad modum imperfectum, et dividitur secundum modum perfectum.

Potest etiam prefatum tempus novenarie majoris prolationis dividi per ternarium numerum, et tunc quilibet numerus semibrevis major majoris prolationis vocatur, et quelibet predictarum, majorum ut dictum est superius, potest dividi per binarium numerum et per ternarium, prout per punctos athomorum divisiones aut reductiones eorum ostendimus.

Etiam quelibet istarum majorum predictarum prolationis majoris predicte potest dividi in duas majores minoris prolationis, et per duas majores componitur tempus divisionis senarie; que senaria dividitur per modum imperfectum et reducitur ad modum perfectum, et tempus semimperfectum minus senarie divisionis computatur. Prefata major semibrevis majoris prolationis potest ascendere ad senariam divisionem, ut superius dicitur, per modum antedictum per tres majores semibreves. Et tunc erit divisio senaria que reducitur et dividitur per modum perfectum.

Quodlibet istorum temporum divisionis supradicte senarie ascendere potest ad novenariam divisionem minime prolationis, et tunc hoc tempus divisionis novenarie predicte reducitur et dividitur ad perfectum modum. Ratio? quare predicta semibrevis major majoris prolationis dividi potest per binarium, ternarium per senarium numerum, et novem per punctos athomorum, reductiones et divisiones predictarum divisionum particulariter declarat.

Iterum tractare debemus de supradicto tempore novenarie majoris prolationis, quod est, ut superius dicitur, compositum ex tribus semibrevibus majoribus, et unaquaque dictarum majorum est valoris trium minimarum de prolatione majori, quia potest dividi in duas equales partes, et quelibet pars tempus semimperfectum minus, quod reducitur ad modum imperfectum, et dividitur secundum modum perfectum, appellatur.

Queritur qualiter predictum tempus novenarie divisionis, quod est compositum ex impari numero, videlicet ex tribus majoribus et minimis novem, potest per medium dividi. Respondetur, quia, ut dicitur superius, quelibet major de prolatione majori dividi potest per binarium numerum, itaque iste tres majores predicte per hunc modum dividendi ad senarium numerum ascendunt, qui numerus senarius breviter per medium dividi potest, videlicet per bis ter. Ad removendum dubium de illa minima, que est ex impari numero, qualiter potest per medium dividi, dicendum est quia minima predicta est minima respectu superiorum, non respectu inferiorum seu minorum, ut superius etiam dictum est, quia hoc tempus predictum universaliter continet in se valorem quatuor et quinquaginta athomorum, quos possumus breviter dividere per novenarium numerum ad similitudinem novem minimarum de dicta prolatione majori, videlicet per novies sex; et unaqueque dictarum minimarum, ut visum est, superius, sex athomorum in se continet valorem.

Unde sicut athomi dividi possunt per medium, videlicet per bis ter, ita minima semibrevis tamen prolationis minoris per medium dividi potest. Quodlibet etiam istorum semimperfectorum minorum antedictorum temporum ad alias divisiones et subdivisiones ascendere potest, tamen per punctos athomorum per modum antedictum omnes reducuntur ad majorem, qualiter et quomodo in inscripta arbore ordinate ostendentur.

VISIS OMNIBUS DIVISIONIBUS ET SUBDIVISIONIBUS SUBSTANTIALIBUS TEMPORIS PREFATI MAJORIS ET MINORIS, VIDENDUM EST DE DIVISIONIBUS ET SUBDIVISIONIBUS TEMPORIS PREFATI NUMERI SEU PREFATI DIMINUTI ET PROPRII QUE IN MENSURA SEU IN VALORE SUNT IDEM QUOD TEMPUS 36 ATHOMORUM EST VALORIS, PARTICULARITER VOCIS 18, ET DE PROLATIONE MAJORI MINIMARUM 6.

Dividitur enim predictum tempus in duas inequales partes, videlicet in uno tempore quod est

Digitized by Google

pars major; que pars tempus imperfectum majoris prolationis nominatur, et non restringitur ad aliquem modum in reductione; et minor pars minor semibrevis prolationis majoris computatur. Quaternarium habet prefatum tempus ingrediendi potestatem ad divisionem senariam minoris prolationis et non restringitur ad modum. Queritur qualiter predictum tempus quaternarium ascendere potest ad senariam divisionem minoris prolationis, ut dicitur superius, cum ille sint quatuor equales et ille sex et equales. Respondetur, quia prefatum tempus, ut superius dictum est, quatuor vigenti athomorum est valoris, quos tam per quatuor numeros quam per sex dividere possumus, videlicet per quartum per quatuor sex et per sex, videlicet per sexies quatuor.

Etiam prefatum tempus senarie divisionis dividi aut in duas majores aut in tres minores potest, et si dividitur in duas majores tempus imperfectum minimum senarie minoris prolationis appellatur. Queritur etiam que est causa quod tempus imperfecte minime prefatum dividi per binarium, ternarium, quaternarium et senarium potest numerum. Respondetur quia, ut supradictum est, prefatum tempus quatuor vigenti athomorum est valoris, vel continet in se valores qui dividi possunt per binarium numerum, videlicet per bis duodecim, etiam per ter, videlicet per octo, per quatuor per quatuor, per sex et per sex, per sexies quatuor. Potest etiam prefatum tempus senarie divisionis in eadem mensura temporis ad octonariam divisionem minime prolationis ascendere, que octonaria divisio dicitur minime prolationis de tempore imperfecto minimo majoris prolationis.

Quare predictum tempus imperfectum minimum majoris prolationis, quod nunc profertur seu dividitur per senariam divisionem minoris prolationis potest ascèndere ad divisionem octonariam minime prolationis in eadem tamen mensura temporis. Respondetur quia, ut pluries dicitur superius, tempus senarie divisionis ex duabus majoribus semibrevibus componitur et unaqueque dictarum majorum istius divisionis senarie majoris predicte ascendere potest ad quartum minime prolationis, et divisio quaternaria de tempore semimperfecto minima vocatur, que reducitur et dividitur secundum imperfectum modum. Et sicut duo semibreves majores componunt unum tempus divisionis senarie, ita ut dictum est, per duo tempora quatuor componitur tempus divisionis octonarie.

Et est notandum quod quodlibet predictorum temporum quaternarie divisionis, videlicet de tempore semimperfecto minimo ad divisionem senariam ascendere potest; quia quodlibet tempus semimperfectum minimum duodecim athomorum est valoris, quos athomos possumus dividere tam per quaternarium numerum, quam per senarium, videlicet per quatuor per quatuor ter, et per sex, per sexies bis, et ista tempora reducuntur ad modum imperfectum, et dividuntur aliquando secundum modum perfectum, et aliquando secundum modum imperfectum dividi possunt.

Adhuc potest predictum tempus perfectum diminutum seu perfectum minimum, quod idem est, senarie majoris prolationis dividi in tres minores semibreves de prolatione majori, quia, ut superius dicitur, triginta sex athomorum est valoris, qui possunt dividi in tres partes per ordinem predictum, si hoc tempus in tres partes dividi potest.

Etiam quelibet istarum minimarum prolationis majoris per modum antedictum facere potest unam semibrevem majorem minoris prolationis, et per hunc modum hoc predictum tempus perfectum diminutum, quod nunc per sextum numerum dividitur ascendere potest ad novenariam divisionem minoris prolationis. Et tempus divisionis novenarie minoris prolationis appellatur quod in reductione non curat de modo, et divisionem facit

Digitized by Google

secundum perfectum modum. Iterum queritur qualiter predictum tempus divisionis senarie potest ad novenariam divisionem ascendere cum ille sint sex equales, et ille novem et equales in eodem tempore. Respondetur, quia prefatum tempus perfectum diminutum trigenta sex athomorum est valoris, quos dividere possumus per senarium numerum, et novenam sic antedictum tempus proprium diminutum perfectum per senarium et novenarium numerum dividitur, ut patet per regulas antedictas, videlicet per senarium per sexies sex et per novenarium per novies quatuor et tunc divisio temporis perfecti diminuti novenarie minoris prolationis appellatur. Ut dicitur superius, major semibrevis majoris prolationis ascendere potest ad quaternariam minime prolationis divisionem; quia, ut visum est superius, duodecim athomorum est valoris qui per tres et quatuor numeros dividi possunt, videlicet per tres, per ter quatuor, et per quatuor per quatuor tres. Et tempus semimperfectum minimum quatuor minime prolationis appellatur. Quod reducitur ad modum perfectum et dividitur secundum modum imperfectum etiam, ut dictum est superius, quia sicut per tres majores semibreves componitur tempus divisionis novenarie, ita per tria tempora quatuor componitur tempus divisionis duodenarie. Et per hunc modum hoc tempus novenarie ascendit ad divisionem duodenariam que in reductione non curat de modo, nisi iu divisione; et tunc tempus divisionis duodenarie minime prolatione vocatur. Quodlibet etiam istorum semimperfectorum minimorum temporum quaternarie divisionis, quorum tempus predictum duodenarie minime prolationis componitur, potest ad senariam minime prolationis etiam ascendere divisionem, que reducitur ad modum perfectum, et dividitur secundum modum imperfectum.

Queritur qualiter tempus prefatum diminutum novenarie divisionis potest ascendere et duodenariam divisionem. Respondendum est, quia prefatum tempus, ut pluries dictum est, continet in se valorem trigenta sex athomorum, qui tam per novenarium quam per duodenarium numerum dividi possunt, videlicet per novenarium per novies quatuor et per duodenarium per duodecies tres.

Queritur etiam qualiter quodlibet predictorum temporum, unde componitur tempus duodenarie divisionis minime prolationis predicte, aut quod descendit ad ipsa divisione duodenaria, aut semimperfectorum minorum quod in mensura sunt idem, potest, ut dicitur superius, ad senariam minime prolationis ascendere. Respondetur quod predictum tempus quaternarie minoris prolationis, semimperfectum minimum, ut dictum est superius, duodecim athomorum est valoris, quod duodecim athomi tam per quaternarium quam per senanarium numerum dividere possumus, videlicet per quaternarium per quatuor ter, et per senarium per sexies bis.

Iterum dicendum est quia prefatum diminutum tempus minime perfectionis et majoris prolationis predicte potest per modum inscriptum per medium dividi, quia, ut dicitur superius, valoris est sex minimarum prolationis majoris, que sex minime breviter per medium dividi possunt, videlicet per tres et tres et tempus semimperfectum minimum notatur, quod reducitur ad modum imperfectum, et dividitur secundum modum perfectum.

Notandum est quod quodlibet predictorum temporum semimperfectorum minorum potest per binarium numerum dividi, quia octodecim athomorum continet in se valorem, quorum facere possumus duas equales partes, videlicet per bis novem. Potest etiam quodlibet istorum predictorum temporum semimperfectorum minorum ascendere ad senariam divisionem quia, ut dictum est superius, est valore octodecim athomorum, quorum facere possumus sex partes ad similitudinem predicti temporis, videlicet sexies ter, et

Digitized by Google

divisio senaria de tempore semimperfecto minimo appellatur, que reducitur ad modum imperfectum, et dividitur secundum modum perfectum. Potest etiam quodlibet istorum predictorum temporum semimperfectorum minorum senarie divisionis ad novenariam divisionem minime prolationis ascendere, que reducitur ad modum imperfectum et dividitur secundum modum perfectum.

Queritur quare prefatum tempus semimperfectum minimum senarie divisionis ascendere potest ad novenariam minime prolationis, cum ille sint sex equales, et ille novem et equales in eadem mensura temporis. Respondetur quia, ut superius dictum est, continet in se valorem prefatum tempus imperfectum octodecim athomorum, qui possunt dividi tam per sex quam novem numerum, videlicet per sex per sexies ter et per novem per novies bis.

VISIS OMNIBUS SUPRADICTIS, UT PATET APERTE, SEQUITUR ALIQUID DICERE POTIUS ET OSTENDERE FIGURAS ARBORUM, QUARUM SUPERIUS FECIMUS MENTIONEM.

De omnibus que dicte sunt divisionibus musice mensurate constituende sunt arbores ad exemplum per quas fit ascensus ad musicam planam, et de plana ad mensuratam, et per arbores predictas fit ascensus per totam musicam tam planam quam mensuratam usque ad athomum similiter et reductionem. Sed queritur quare per has arbores prius ascendatur quam descendatur, quod totum contrarium facit Philosophus, quando ostendit « Dialectico » ordinationem et constitutionem nature : Respondetur quia natura multum distat ab hac scientia, nam in natura omne superius constituit suum inferius, et majus est eo; dum in hac scientia, que ad Dei laudem inventa est, ut pluries dictum, nullus laudans est major dicto, imo minor, et non constituit Deum, imo ascendit ad Dei laudem ut constituatur ab eo. Sic omnes laudantes, dum laudant eum ascendendo de virtute ad virtutem, ita per musicam laudatur Deus de motione mensure vocis ad vocem, videlicet de musica plana ad mensuratam, que videlicet mensurata mollificat corda cantantium, mentes audientium ad laudes Dei et amorem hominum proferentium.

Sed queritur utrum arbor musice plane et mensurate sit idem utraque scientia, vel differat. Dicendum est quod arbor musice plane et arbores musice mensurate secundum substantiam sunt idem, sed secundum divisas considerationes ipsarum sunt divise, nam ad Dei laudem possumus ascendere ad indoctos docendos per musicam positivam, deinde per mensuratam; descendere vero possumus ad ipsam positivam per mensuratam; et ne videatur contrarium etiam quod diximus, quando diximus si debemus incipere figuras seu arbores figurarum a musica plana, seu a mensurata, nam utrumque facere possumus, quia a larga incipere possumus in ascendendo usque ad minimam; sicut a largitore omnium bonorum accipimus laudem, quam sibi damus tamquam prime cause; sic possumus incipere musicam mensuratam, in qua larga multa corpora copulantur, sic in corpore Christi multa corpora conjunguntur ad Dei laudem, videlicet multi laudantes que larga figuratur cum filo deorsum tracto in parte dextra, quia Deus volens genus humanum salvare, dextrum et non sinistrum et ab ipsa dextra gente laudari.

Ideo qui Deum vult laudare perfecte, debet organum sue vocis trahere ad manum dexteram, hoc est non per vanam gloriam, et sic de larga dicimus ad manum dexteram, sic de nota caudata etiam ad manum dexteram que dicitur longa longitudine, quia longa est laus in dextra Dei laudantium ad cujus differentiam nota caudatur in manu sinistra, quod significat sinistram partem, que non perfecte dat laudem Deo. Quia

Digitized by Google

tempus humanum, in quo tenemur Deo reddere laudem, breve est et sinistrum, quia nemo laudans perfecte laudat. Caudata vero cum cauda seu filo sursum dicto, diminuit valorem note in quolibet corpore, sicut caudata in parte dextera crescit.

Figure arborum per quas divisiones et valor divisionum cognoscuntur, videlicet per figuras et prolationis majoris large, quia primo debemus ostendere, et ista sequens depicta prima per quam primam arborem cognoscuntur divisiones, et valor divisionum, ut hic primum.

Per secundam arborem divisiones majoris large cognoscuntur.

Per tertiam arborem divisiones minime large demonstrantur.

Divisiones et subdivisiones temporis perfecti majoris per quartam arborem ostenduntur.

Per quintam arborem divisiones et subdivisiones perfecti majoris temporis demonstrantur.

Per sextam arborem cognoscuntur omnes divisiones et subdivisiones temporis minime perfectionis.

UT	RE	MI	FA
RE	MI	FA	SOL
MI	FA	SOL	LA

I



Digitized by Google

II



III



Digitized by Google

IV



Digitized by Google

V



VI



Digitized by Google

Obmissis omnibus divisionibus mensurarum que dicta sunt, et his que ostenduntur in arboribus, videndum est quomodo figurantur note dictarum divisionum mensurarum seu prolationum. Primo incipiendum est a nota brevi, que primo prolata fuit ad mensuram temporis perfecti non majoris neque minimi, sed minoris seu medii, reducti et divisi per punctos, momenta, uncias, et athomos. Quod tempus potest dividi usque ad athomum, et reduci usque ad largam, et potest ipsum tempus earum cognosci per plures figuras, tamen proportionaliter in forma quadrangulari consistit ad similitudinem quatuor partium mundi, in quibus Trinitas in sexta etate apparuit in carne humana, ut superius dictum est, et per unitatem istius temporis supradicti, et ad evitandum figuras superfluas, quibus tempus majus, minus, vel minimum cujuscumque divisionis seu prolationis sit, potest per modum predicti temporis figurari, quamvis dictum sit superius, quia brevis nota, que est valoris unius temporis, habeat prolationes figuras, hoc est verum, tamen ut dicitur supra, principaliter figuratur in forma quadrangulari, ut inferius ostendetur.

Et sicut per musicum figuratur tempus prolatum, ita per eum figuratur tempus obmissum, seu pausatum; que pausa unius temporis brevis per modum infrascriptum per ordinem demonstratur, videlicet pausa unius temporis est quoddam filum, quod truncat, vel continet in se unum spatium, videlicet ab una linea usque ad aliam, ut in exemplari infra monstrabitur. Itaque si ligatur pausa, seu filum cum dicta nota, valor illius pause copulatur cum prefata nota, et per unitatem dicte note brevis et pause seu fili, quod filum demonstrat signum longitudinis, prefata nota caudata per filum seu pausam, vocatur longa, aliquando perfecta et aliquando imperfecta secundum genus suum. Queritur qualiter longa perfecta et imperfecta esse potest in eadem figura. Respondetur, quia ubicumque sunt due note tam large quam longe, breves, semibreves, aut minime, nisi secunda divisa sit ad reinveniendum perfectionem mensure, que nisi per alterationem alique note aliquando ad perfectionem ternarii numeri non ascendent, potest per modum perfectum alterari, nisi per divisionem modi aliter distinguatur.

De altera aliquid dicere oportet.

Qualiter et quomodo dicatur altera dicendum est. Altera enim dicitur ad differentiam recte, que recta dicitur brevis unius temporis. Et altera dicitur illa que duorum temporum est valoris secundum genus eorum, tamen in secunda predictarum partium, quarum dicta longa composita est, nunquam alterari debet, quia est illud filum, quod dicitur pausa. Et de hoc specialiter notatur quod pausa nunquam alterari debet. Et hoc quare: quia nos in modo perfecto neque imperfecto necessitas non astringit. Et est notandum quod, quando predicta pausa seu filum vult componere longam, semper vult se ligari cum nota ex parte dextra, quia, ut superius dictum est, Deus vult genus humanum salvare dextrum, et non sinistrum. Etiam musicus prius incepit mensuram super nota prolata quam pausa, ita primo licet ostendere figuram note quam pause terminationem, et ambe simul, ut superius dicitur, componunt longam, ut inferius per figuram demonstrabitur. Et si duplicatur corpus dicte longe, potest duplicari et triplicari valor. Et quando valor predicte longe duplicatur, predicta duplicata vocatur imperfecta larga, vel duplex longa, et potest sub eadem figura ascendere ad perfectionem perfecte large secundum genus suum. Ratio quare predicta nota duplicata potest esse de modo perfecto, et de tempore im-

Digitized by Google

perfecto, et de modo imperfecto, et de tempore perfecto, ut superius sufficienter declaratur, quia ad evitandum superfluas figuras notarum, nota perfecta et imperfecta, quamvis in valore differant, tamen in figura, ut supra notatur, sunt idem. Potest ergo prefata nota per modum predictum duplicata esse larga perfecta et imperfecta, aut duplex longa, que idem est quam imperfecta larga cum omnibus conditionibus predictis ad libitum compositoris cantus, in quo predicta nota invenitur.

De speciebus figurarum.

Notandum est quod quot sunt species figurarum largarum, tot sunt species longarum. Sed quia magis utimur cantare super mensuram longarum quam largarum, et quia per figuras longarum possunt cognosci figure predictarum largarum, principaliter tractandum est de speciebus antedictarum longarum, que universaliter sunt decem, videlicet quinque sunt simplices, et quinque composite; que composite demonstrantur ubi tractabitur de proprietatibus. Sed quia primo invenimus notam simplicem quam compositam seu ligatam, primo de simplicibus est tractandum. Et ideo principaliter de principali longa, que figuratur, sic : ; aut sic : .

Longa plicata ascendens et descendens longiorem tractum habet a parte dextra quam a sinistra, ut hic :



aut in corpore aliquando, ut hic : , tamen perfecta ultima plicata numquam fieri debet, nisi ubi precedit pausam, seu crochetum.

Brevis vero unitum habens tempus, nullum habet tractum et proprie dictum est, quia ad reinveniendum mensuram perfecti modi, aliquando ipsa brevis potest alterari, ut infra dicetur, tamen formatur sic :



Brevis plicata ascendens et descendens, tractum habet longiorem sinistrum quam dextrum, ut hic :



Semibrevis autem formatur tripliciter, nam aliquando disjuncta ad modum losenge, ut patet hic :



Aut conjuncta, seu ligata cum ligatura ascendente, cum corpore quadro cum filo sursum ducto, aut opposite proprietatis, ut hic :



aut in corpore obliquo tam ascendendo quam in descendendo, ut hic :



Nota quod semibrevis simplex numquam plicari debet. Sciendum est quod de valore predictarum specierum semibrevium, de ligatis et non ligatis idem est judicium.

Dicto de speciebus simplicium longarum et brevium, et aliqualiter de semibrevibus ligatis, modo dicere oportet de ligaturis.

Cum igitur dictum sit superius quia universaliter sunt decem species figurarum notarum lon-

Digitized by Google

garum, videlicet quinque simplices et quinque ligate, et dictum etiam sit quia ipse ligate inveniuntur ubi tractabitur de proprietatibus, hoc est verum. Tamen igitur scire debemus primo quod omnis ligatura notarum est ascendens aut descendens; de ipsis ascendentibus et descendentibus ultra quod dicte sunt prime note in principio ligature, et sunt ultime in fine ipsius ligature notate. Omnes alie inter istas primas et ultimas existentes medie breves appellantur.

Et de ascendentibus sic notabis : Omnis ligatura ascendens aut formatur super primam notam nullum tractum habentem hoc modo, ut patet hic :



Que prima nota cum proprietate dicitur, et brevis appellatur.

Aut formatur super primam habentem tractum a parte dextera, ut patet hic :

Que prima nota sine proprietate dicitur, et longa prima dictarum specierum appellatur.

Omnis ligatura aut a prima nota descendit habente tractum a parte sinistra, ut hic :

Que prima nota cum proprietate dicitur, et brevis computatur.

Aut descendit a prima nota nullum tractum habente, ut hic patet :



Que prima sine proprietate, et longa secundi modi dictarum specierum ligaturarum appellatur. Unde per regulam dicitur :

Omnis ligatura cum proprietate brevis existit, et sine proprietate longa demonstratur, ut in predictis quatuor exemplis proximis plenissime est declaratum.

Ideo prius dictum est de nota prima omnis ligature sive ascendentis sive descendentis, quia ut ait quidam, a capite est reddenda ratio. Nunc autem de nota omnis ligature ultima videamus.

Scias igitur quando ultima nota superior recte remanet, ut hic patet :

Longa tertii modi ligaturarum appellatur.

In ligatura autem ascendente, quandocumque in fine ligature nota quadrata sub penultima invenitur, ut hic :



Longa quarti modi predictarum ligaturarum dicitur, et si plicaretur predicta nota a parte superiori, ut hic :



Adhuc ipsa ultima ligatura descendente longa quarti modi vocatur dictarum ligaturarum, quamvis predicta plicatura, quia habemus propriorem modum figurandi, possit evitari, ut si inveniretur nota in corpore obliquo non caudata ex parte sinistra, ut hic :



Digitized by Google

Tunc prima, ut superius dicitur, quinti modi predictarum specierum ligaturarum appellatur longa.

Divisiones medie inter predictas sunt breves; si autem due note in uno corpore obliquo inveniuntur sive in fine, plicate tractu ascendente, ut hic:



vel etiam descendente, ut patet hic:

brevis ultima vocatur.

DICTO DE PRIMA ET ULTIMA NOTA TAM CUM PROPRIETATE QUAM SINE PROPRIETATE, ET SICUT LONGE LIGATE TAM PRIME QUAM ULTIME PER QUINQUE SPECIES COGNOSCUNTUR, ET QUOD OMNES MEDIE TAM ASCENDENTES QUAM DESCENDENTES SUNT BREVES; DICENDUM EST DE OPPOSITA PROPRIETATE, QUE COGNOSCITUR PER MODUM INFRASCRIPTUM VIDELICET, ET QUID SIT, UT HIC EXPONITUR.

Opposita proprietas est ubicumque in prima duarum notarum ligaturarum ascendentium tractus ascendens invenitur a parte sinistra, ut hic:



vel descendentium, ut patet hic:



tunc prime due note sunt semibreves, et note ligate cum cauda opposite proprietatis pro uno tempore ponuntur, sed specialiter pro tempore imperfecto, et plures semibreves quam duo pro uno tempore non componuntur ligate, et semibreves cum corpore quadro in fine ligaturarum descendentes, ut hic:



manere non debent, ut dictum est superius, et inferius patebit modus perfectus reducitur per ternarium numerum, et imperfectus modus per binarium, in quo modo binario nunquam nota debet alterari, nec ad perfectionem ascendere nisi per signum perfectionis, et ubi tractabitur de sincopis.

De pausis.

Nota quod superius et inferius in notis per ternarium et binarium numerum debita mensura temporis demonstratur, ita et in pausis sequentibus observatur idem numerus et mensura; propterea pause inequaliter figurantur. Pausa ergo vel ejus mensura figurata per tria spatia longe perfecte in se continet valorem. Pausa duo spatia comprehendens mensuram brevis alterius vel imperfecte longe demonstrat: pausa vero solum spatium tenens, rectam brevem insinuat. Pausa semibrevis, que pausa dicitur crochetus, ponitur sub linea. Pausa, seu crochetus minime note ponitur super lineam; et hoc quare: quia crochetus positus super lineam est minor quam crochetus positus sub linea. Quia sicut filus tractus deorsum addit, ita filus tractus sursum diminuit, ut sepius dictum est in figuratione opposite proprietatis. Pausa que omnia spatia comprehendit, ibi finiri debeat, finis punctorum merito appellatur. Quare exemplum infra patet, ut nunc in presenti videtis:



Digitized by Google

Nota quod duo sunt prolationes modi, ad quas omnes modi reducuntur, videlicet perfectus et imperfectus; sed principaliter tractandum est de modo perfecto. Dicendum est ergo, quod longa ante longam valet tria tempora, ut hic :



Duplex longa, aut imperfecta larga figuratur, sic : . Et tunc vocantur longe de modo perfecto. Ipsa autem longa imperficitur aliquando, quia, ut patet per regulam antedictam, nota fit tantum per binorum temporum. Et hoc est quando sola brevis, vel valor sequitur ipsam, ut patet hic :

Nisi per divisionem modi aliter distinguatur, ut hic :

Quia tunc causa illius signi divisionis sequens brevis non potest imperficere precedentem longam, imo debet reduci ad longam sequentem, et ipsam imperficere. Et hoc quare brevis vel valor debet imperficere longam : quia ab ipsa perfecta longa descendit, et ad ipsam debet reduci, et simul facere perfectionem vel si brevis, vel valor precedit longam, imperficit ipsam, ut hic patet :



Nisi per divisionem modi aliter distinguatur, ut etiam patet hic :



Et tunc precedens brevis per virtutem istius signi perfectionis imperficere non potest sequentem longam, et longa tria tempora continens est perfecta. Et prefata brevis precedens, vel valor, refertur ad aliquam aliam notam, vel valorem, cum qua possit facere perfectionem, quia sola non debet manere, tamen non ad longam punctatam. Et si perfecta non inveniretur nisi per errorem, debet reduci secundum modum imperfectum. Nota quod de valore semibrevium ligatarum et non ligatarum idem est judicium.

Est enim notandum quod de largis, longis, brevibus et semibrevibus est idem judicium. Et sicut per illum punctum perfectionis perficitur longa, ita per eum perficitur larga, etiam brevis, et semibrevis, quia potestatem habet addendi, ut inferius patebit. Et sicut brevis imperficit longam, ita longa imperficit largam, semibrevis brevem, et minima semibrevem.

Dicto de temporibus largarum et longarum, et de earum perfectionibus, nunc videndum est de temporibus brevium, et earum equalitatibus et inequalitatibus.

Est enim notandum quod omnes breves note sunt equales, nisi septem modis, quod secunda brevis debet alterari; videlicet primus modus est quando due note breves sunt inter duas longas, ut hic :



tunc prima brevis vel valor habet unum tempus, secunda vero brevis, quia sine alteratione aliqua perfectio ternarii numeri, ad quam tenemur dare respectum, non reinveniretur per regulas antedictas, debet alterari, et ambe pro una perfectione computantur, ita quod ambe longe sunt

Digitized by Google

perfecte, nisi per divisionem modi aliter distinguatur, ut hic :



Tunc due breves sunt equales, et prima brevis imperficit primam longam, et secunda brevis imperficit secundam longam.

Iste punctus, qui est inter predictas notas, aliquando habet addendi et aliquando dividendi potestatem; dividendi habet principaliter, ubi reducitur secundum modum perfectum et numeratur, quia aliquando longe imperficiuntur a brevi, vel a valore brevis. Et breves imperficiuntur a semibrevi, vel a valore semibrevis; et semibreves a minima, vel a valore minimę imperficiuntur, nisi per illud signum salvaretur. Potestatem habet addendi principaliter, ubi reducitur secundum modum imperfectum. Et hoc quare : quia modus imperfectus non ascenderet ad ternarium numerum, non per illud signum perfectionis, et fit causa sincopationis.

Secundus modus per quem secunda brevis debet alterari est, quando due breves longam precedunt, ut hic :



Tertius modus est, quando de duabus brevibus una ponatur ante, et alia post longam, ut hic :



eo tamen quod non sequitur alia brevis.

Quartus modus est, quando divise sunt aliter per signum divisionis, tamen rare invenitur.

Quintus modus est, quando remanet in fine post reductionem factam perfectionis cantus, ut hic :



Sextus modus est, quando precedunt pausam perfectam, ut hic :



Septimus modus est, quando precedunt pausam imperfectam, tamen si brevis vel valor sequitur post pausam, ut hic :



Si autem tres breves inter duas longas inveniantur, vel valor earum, taliter quod ultima sit in forma brevi, ipse tres breves erunt equales, et ambe longe erunt perfecte, ut hic :



Sunt quamplures opiniones cantorum inter quos aliqui sunt qui bene credunt opinari, quando dicunt quod nota debeat alterari per punctum. Ad quod respondetur, quia alteratio permittitur causa necessitatis, et hoc quando perfectio ternarii numeri per alterationem secunde duarum, ut in pluribus locis, debet inveniri, et quia per illum punctum dividuntur ipse note, tamen brevis vel ipsius valor nisi necessitate non astringitur, eo quod predictus punctus habeat aliquando dividere, et aliquando perficere. Cum doctrinam volumus non latere, aperte dicimus ipsam alterationem esse per punctum evitandam videlicet, ut patet hic :

Digitized by Google

Tamen per quem modum due erunt manentes tantum mediante longa, ut superius; ideo secunda illarum debet alterari, et ambe ipse breves debent simul facere perfectionem; quia per regulas antedictas ultima secunda debet alterari, et prefata longa signata erit sincopa de valore trium temporum.

Si quarta predictarum brevium inter duas longas inveniatur, videlicet ut hic :



Vel quocunque modo, tunc prima brevis imperficit primam longam, nisi post ipsam signum ponatur perfectionis, ut hic :



Quod tunc ultima longa erit sincopa, et quarta brevis refertur ad ultimam, et simul faciunt perfectionem, que ultima, ratione duarum, quia est secunda, alteratur.

Si erunt quinque breves vel valor ipsarum, ut patet hic :



Tunc tres prime breves erunt equales et ponuntur pro una perfectione. Quarta etiam recta erit brevis; quinta, quia est in fine manentium, debet alterari.

Quandocumque predictarum brevium sex inveniantur vel valor, ut patet hic :



Tunc per ternarium numerum debet computari, et quilibet ternarius numerus perfectione computetur, et omnes erunt equales.

Si erunt septem breves, vel valor earumdem, ut sic patet :



Tunc prima dictarum brevium debet primam longam imperficere, et alie sex sequentes debent per ternarium numerum computari, videlicet tres, et tres. Et quilibet ternarius numerus unius perfectionis seu longe perfecte est valoris. Et ipse longe perfecte per ternarium numerum dividi debent et reduci. Ex ista dicta causa breves reducuntur per ternarium numerum, tamen in modo perfecto, quia ab ipsa longa tres descendunt breves, ut dictum est superius.

Si vero octo breves, vel valor ipsarum erunt inter predictas longas, vel absque, ut etiam patet hic :

debemus ipsas reducere per ternarium numerum, videlicet ter et ter; et tunc iste sex sunt valoris binarum perfectionum, et secunda illarum binarum brevium in fine manentium debet alterari. Ita quod de octava ultima alteratur, tamen si predicta manet in corpore brevi.

Si erunt novem, vel valor ipsarum brevium, omnes erunt equales, quia computando in ternario numero omnes iste novem sunt valoris trium perfectionum.

Si plures aut minus quam novem erunt, computandum est per ternarium numerum, et si sola brevis in fine remaneat, predicta brevis debet imperficere primam longam, et si in fine due remaneant, secunda duarum, et per regulam superius notatur, debet alterari.

Digitized by Google

ORDINANDE SUNT PRINCIPALES DIVISIONES, POSTQUAM VISUM EST DE TEMPORIBUS BREVIUM, ET EARUM EQUALITATIBUS ET INEQUALITATIBUS CUM PROPRIETATIBUS EA SIVE CUJUSMODI LIGATE ET NON LIGATE DICUNTUR, ET DE DIVISIONIBUS, FIGURATIONIBUS, ET DE ALIIS, QUE OSTENDUNTUR IN ARBORIBUS, TAM PERFECTIS QUAM IMPERFECTIS.

Ordinande sunt principales divisiones quoad figurationem per quas figuras omnes divisiones tam de perfectis quam de imperfectis cognoscere, figurare, et cantare poterimus, videlicet sex de tempore perfecto diminuto, et de tempore imperfecto quatuor. Et per istas quatuor divisiones omnes modi et divisiones cognosci, figurari, et practicari possunt, ut per exemplum patet inferius.

Queritur quare divisio duodenaria, et octonaria non figuratur. Respondetur, quia cum tempus duodenarium sit compositum ex tribus temporibus quaternarie divisionis, et tempus divisionis octonarie ex duobus, et in ipsis divisionibus, videlicet in duodenaria et octonaria requiruntur multe figure varie et divise, et specialiter semibreves caudate variis et divisis modis, et ipse et alie divisiones possunt figurari et cognosci per tres solas notas, videlicet per semibrevem majorem, minorem et minimam, et istas tres possumus figurare, et cognoscere per duas solas figuras, videlicet per semibrevem et minimam, quia minima, per quam cognoscuntur omnes divisiones, cognoscuntur per solum parvum filetum positum in semibrevem sursum dictum.

Et ideo ad evitandum superfluitates figurarum, et ad sequendam, brevitatem debent per modum divisionis quaternarie figurari, nam dicit Philosophus : frustra fit per plura quod fieri potest per pauciora, sive per unum.

De istis quatuor divisionibus figurationum, per quas omnes divisiones cognoscere possumus, prima a tempore divisionis novenarie incipiendum est dividere, quod tempus non divisum figuratur, sic : . Dividitur enim hoc tempus in duas semibreves, ut hic :



aut ut hic :  vel ut hic : vel ut sic :  . Et tunc secunda istarum semibrevium ad reinveniendum perfectionem mensure secundum regulam antedictam debet alterari.

Potest etiam dictum tempus dividi in duas partes, et facere primam majorem, et secundam minorem, ut hic :  . Et hoc quare : quia facile est a semibrevi, vel a valore semibrevis imperficere brevem, sicut brevi imperficere longam, quia ut superius dicitur, ab ipsa derivatur et ad ipsam debet reduci. Et per hunc modum prima pars major dicitur brevis imperfecta, quia in forma remanet brevis.

Nota quod quandocumque semibrevis vel valor sequitur, vel precedit brevem, imperficit ipsam signum divisionis, ut hic :



Tunc semibrevis imperficit brevem sequentem; aut perfectionis, ut patet hic :



Et per hoc signum perfectionis predicta semibrevis sequens et precedens imperficere non potest predictam brevem, quia per virtutem illius signi prefata brevis est sincopa, et perfecta, et secunda dictarum semibrevium per regulas antedictas debet alterari ; et ultima quia non imperficitur ab aliquo est perfecta. Potest predictum tempus et divisionis novenarie in tres equales partes dividi, ut hic :



Digitized by Google

aut ut sic :



vel sic :



et sicut patet hic :



Et unaqueque istarum partium vocatur major semibrevis, et hoc quare; quia trinarum minimarum est valoris, ut superius dictum est.

Adhuc predictum tempus dividi potest in tres equales partes per plures modos, ut hic :



Et tunc prima pars intelligitur tempus seu brevis imperfecta, secunda pars vocatur minima; que minima sic manens semper refertur ad primam imperfectam modi brevem, que quinque minimarum est valoris; nisi per divisionem modialiter distinguatur, ut hic :



Tunc prima pars major semibrevis vocatur, secunda vero minima, que ad sequentem brevem refertur valoris quinque minimarum, aut ut hic :



Et tunc prima pars erit minor, secunda vero minima, et tertia altera semibrevis vocatur, aut sic :



Tunc omnes erunt equales majores.

Nota quod semper minima refertur ad precedentem notam, nisi per signum divisionis seu perfectionis, quia ab ipsa descendit, et ad ipsam debet reduci.

Et sicut predictus punctus habet potestatem super longam, ita habet potestatem addendi super brevem et semibrevem, et sicut alteratur secunda binarum longarum inter duas largas, secunda binarum brevium inter duas longas, et secunda binarum semibrevium inter duas breves, ita secunda binarum minimarum alterari potest inter predictas, aut inter semibreves majores. Etiam causa sincopationis prefatum tempus principalibus modis dividi potest in duas inequales partes, ut hic :



Tunc prima pars erit imperfecta brevis valoris quinque minimarum, secunda erit sincopa de valore trium minimarum, et tertia pars est minima, que reducitur ad imperfectam brevem, quia sola non debet manere, vel e converso, ut hic :



aut ut hic :



Et tunc prima minima, secunda vero sincopa dictum valorem trium minimarum et tertia brevis

Digitized by Google

imperfecta aut altera semibrevis de valore quinque minimarum, et prima minima reducitur ad ultimam imperfectam brevem, aut ad alteram semibrevem.

Dividitur adhuc prefatum tempus in quatuor partes, ut hic :



vel hic :



aut sic :



seu sic :



Et tunc prima pars erit minima, secunda altera minima que est valoris duarum minimarum, et alie due sequentes sunt majores, vel e converso, ut hic :



vel sic :



seu sic :



Quod tunc due prime sunt majores, tertia vero minima, et ultima minima alteratur; aut sic :



Tunc prima pars est minor, secunda minima, et alie due sequentes majores, vel e converso, ut hic :



Quod due prime erunt majores, tertia vero minor, et ultima minima, velut etiam patet hic :



Secunda vero minima, tertia altera minima, et ultima major. Aut ut sic :



vel sic :



Quod prima pars erit major, secunda minor, tertia minima, et ultima major. Aut ut sic :



Tunc prima pars erit minima, secunda vero major, tertia minima, altera autem, et ultima erit major.

Queritur qua de causa tertia pars, que est in forma minime, non nunc imperficit ultimam semibrevem, sed alteratur, cum dictum sit superius quia brevis precedens imperficit longam sequentem, et de longis, brevibus, et semibrevibus, si idem judicium. Respondetur, quia tam de duabus brevibus, quam semibrevibus, aut minimis se-

Digitized by Google

cunda debet alterari ita quod secunda illarum duarum minimarum, quia alio modo non inveniretur mensura, alterari de necessitate debet, et ultima non potest imperfici. Et hoc quare ? Quia predicta minima sola non debet manere; vel ut patet hic :



Quod est tunc prima minima, secunda vero major, tertia minor, et quarta major erit.

Querendum qualiter imperfici potest ista tertia semibrevis, cum ipsam sequitur semibrevis, et non minima, nec valor minime, ut etiam dictum est, quia de longis, brevibus, et semibrevibus sit idem judicium. Ergo sicut longa ante longam valet tria tempora, et brevis ante brevem valet tres semibreves, ita semibrevis ante semibrevem debet valere tres minimas. Respondetur, quia hoc est verum. Tamen sicut brevis precedens imperficit longam sequentem, et semibrevis brevem, ita minima potest imperficere semibrevem. Tamen causa illius signi perfectionis, imperficere non potest precedens minima primam semibrevem sequentum ita quod debet imperficere semibrevem secundam, nisi per aliquod impedimentum alicujus signi, ut hic :

Tunc ultima que est minima refertur ad primam semibrevem. Et hoc quare : quia, ratione illius signi perfectionis, unaqueque illarum punctatarum semibrevium sincopa secundum genus suum est perfecta; vel ut sic :



Tunc secunda pars, que est minima, ad ultimam refertur semibrevem, et simul reducitur ad perfectionem. Et hoc quare : quia quelibet per se punctata sincopa est in suo esse et perfecta; aut ut hic :

Tunc ambe ille, que sunt punctate aut signate, perfecte sunt, et sincope illarum duarum minimarum secunda per regulas antedictas alteratur; vel ut sic :



Tunc prima erit major, secunda vero, quia imperficitur a minima sequenti, remanet minor, et ultima erit major, vel e converso, ut sic :



Tunc prima per virtutem illius signi sequentis predicte prime semibrevis non imperficitur a sequenti minima, sed est perfecta; secunda vero minima imperficit semibrevem sequentem, major erit et ultima, vel trium minimarum valoris; aut ut sic:



Tunc prima minima ad sequentem semibrevem refertur, et ipsam imperficit, et alie due sequentes erunt majores; vel sic :



Tunc due prime erunt majores; duarum minimarum in fine manentium secunda alteratur; vel e converso, ut hic :



Digitized by Google

Et tunc prima, quia imperficitur a sequenti minima, erit minor, et due sequentes vocantur majores; aut ut patet hic :



vel sic :



Et dicta prima erit major, secunda vero, quia imperficitur ab ultima, que est minima, vocatur major. Et hoc quare : quia predicta minima, ratione illius signi perfectionis, non potest imperficere ipsam precedentem semibrevem, ergo ad aliam primam precedentem debet referri, et ipsam imperficere, et simul facere reductionem ad mensuram, seu ad perfectionem; aut ut hic :



Tunc tres prime erunt minime, que reducuntur simul pro uno tempore semibrevi, et quarta erit imperfecta brevis, et senarum minimarum valoris; aut ut hic :



Tunc prima erit imperfecta brevis, et tres sequentes erunt minime; vel sic.:



aut ut hic :



Quod tunc prima erit minima, secunda vero altera, ratione illius signi, aut minor semibrevis, quod idem est in valore, et tertia erit minima, que ad quartam, que est imperfecta brevis, videlicet quinque minimarum valoris refertur, vel e converso sic :



aut ut hic :



Et tunc prima erit imperfecta brevis tamen quinque minimarum valoris, secunda vero minima erit, que ad primam imperfectam predictam refertur, et secunda illarum duarum manentium erit altera minima aut minor semibrevis, quod dicitur superius idem est in valore; tamen preclariori loco ipsius minime altere dicimus esse ponendam simplicem semibrevem videlicet, quando sequitur ipsam alia minima; aut ut hic :



vel sic :



Tunc prima erit minima, secunda vero minor aut altera minima, quod idem est, tertia erit imperfecta brevis quinque minimarum valoris, ad quam ultimam, que est minima, refertur et simul reducitur ad perfectionem; vel e converso ut hic :



Digitized by Google

aut sic :



Et tunc prima, que est minima ad secundam imperfectam brevem, que est quinque minimarum valoris, refertur, et secunda duarum sequentium erit altera minima aut minor, quod idem est in valore, et simul faciunt unitatem; vel ut sic :



Et tunc prima erit minor, secunda vero minima que ad primam minorem debet referri; tertia imperfecta brevis, verumtamen quinque minimarum, et cum quarta, que est minima, valoris binarum perfectarum semibrevium ; aut ut hic :



Tunc prima imperficitur a prima sequenti, ad quam predicta minima refertur et erit minor; tertia minima ad quam imperfecta brevis, que remanet in valore quinque minimarum, ut pluries dictum est, debet reduci; aut e converso, ut hic :



Et tunc prima imperfecta brevis quinque etiam minimarum valoris, ad quam secunda minima refertur, appellatur; tertia etiam minima ad quartam que est minor semibrevis, quia simul faciunt perfectionem et reductionem.

De nota punctata.

Est enim notandum, quod punctata nota a latere dextro, nunquam imperfici potest a sequenti vel precedenti nota, neque a valore note. Et si ad predictam notam videlicet per predictum modum punctatum sequitur aut precedit nota, aut valor note, debet reduci ad primam sequentem, aut precedentem notam, verumtamen non punctatam.

Est etiam notandum, quod aliqua nota, secundum genus, suum aliquando deberet esse imperfecta, aut minor, aut minima. Et ex vigore illius puncti seu signi copulat prefata punctata, aut signata in se valorem aliarum notarum, que ista de causa remanent imperfecte, et ipse punctàte per dictum modum ad perfectionem ascendunt, et recte sincope vocantur.

Potest etiam prefatum tempus novenarie divisionis in quinque partes dividi, sic :



vel sic :



seu sic :



aut sic :



et tres prime erunt minime, et due sequentes erunt majores, ut patet hic :

seu ut hic :



Digitized by Google

vel sic :



vel sic :



Et due prime erunt majores et tres sequentes minime appellantur, ut sic :



aut ut patet hic :



Et tunc prima sic erit minima, et refertur ad secundam, que dicitur minima semibrevis, tertia et quarta vadunt sicut prima et secunda, videlicet tertia minima, et quarta altera minima aut minor, quod idem est et ultima major, aut e converso ut patet hic :



Et tunc erit prima major, secunda vero minor, ad quam tertia, que minima est, refertur, quarta etiam minor et ultima, que reducitur ad quartam predictam minorem ipsam precedentem, et simul reducitur ad perfectionem, aut sic :



vel sic :



Quod tunc prima erit minima que ad secundam, que est altera, aut minor, ad perfectionem refertur, tertia vero erit major ; illarum binarum secunda alteratur, aut erit minor, quod idem est in valore, aut ut patet hic :

Tunc prima erit pars minor, secunda vero minima, que ad primam refertur. Tertia major, quarta minor, et ultima minima, que ad quartam refertur ad perfectionem, vel sic :

aut sic :



Quod tunc secunda illarum minimarum debet alterari in minima per regulas antedictas, nisi per signum divisionis, aut perfectionis ad precedentem notam refertur ; tertia vero erit major, aut sic :



Tunc prima et ultima sunt majores, quia ille tres medie, que sunt minime per se, videlicet pro uno tempore semibreve, vel ut sic :



Tunc tres prime minime pro tempore semibrevi ponuntur, quarta refertur ad quintam imperfectam brevem que quinque minimarum est valoris, vel e converso, ut sic :



Digitized by Google

Et tunc prima imperfecta brevis quinque minimarum valoris appellatur, ad quam sequens minima reducitur ad perfectionem, ut sicut hic :

Tunc tres prime erunt minime, que simul faciunt perfectionem. Quarta vero quinque minimarum est valoris imperfecte brevis, ut pluries dictum est; quinta vero erit minima, que ad precedentem imperfectam brevem debet referri, et unam simul facere perfectionem, seu reductionem.

POSTQUAM VISE SUNT DIVERSITATES QUINQUE NOTARUM PRO PREDICTO TEMPORE NOVENARIE DIVISIONIS USQUE AD SINCOPAS, VIDENDE SUNT DIVERSITATES EARUM MEDIANTIBUS SINCOPIS.

Sunt itaque ille que inferius ostenduntur punctate a latere dextro in divisas divisiones quinque predictarum notarum pro uno tempore superius dicto; que quandoque possunt sincopari, videlicet sic :

Tunc prima erit minima, secunda vero ratione puncti aut signi perfectionis erit valoris trium minimarum, que sincopa, secundum genus suum, perfecta appellatur. Tertia causa illius sincope, ad quam prima minima non potest referri, dicitur minor, et facit perfectionem cum prima minima illarum binarum sequentium, secunda per regulas antedictas debet etiam alterari, vel sic :



Et tunc prima minima, ut dicitur superius, ratione illius signi perfectionis, non potest imperficere, neque facere unitatem cum semibreve ipsam precedente, imo ad primam aliam sequentem notam tamen non punctata refertur, et simul reducitur ad perfectionem, et quarta minima unitatem seu reductionem facit ad perfectionem, cum ultima, que minor semibrevis appellatur, aut e converso, ut patet hic :



Et tunc prima pars, quia imperficitur a sequenti minima, et simul reducuntur ad perfectionem, erit minor; tertia etiam erit minima, quod per regulas pluries notatur, quia sola minima post reductionem factam non debet manere, sed debet referri ad ultimam que tunc, quamvis sit secunda, non opportet alterari, et simul ascendunt ad perfectionem. Quarta, quia non imperficitur ab aliquo, et semper sic manente, aut punctata aut non, erit sincopa secundum genus suum, et perfecta; aut sic :



Tunc due prime erunt minime, due vero sequentes, ratione illius signi, sunt majores, et ultima minima, ita quod tunc aliqua illarum semibrevium punctatarum seu sincopatarum non imperficitur ab aliqua predictarum minimarum, sed omnes tres minime ad perfectionem simul reducunt.

Queritur quare secunda illarum duarum minimarum nunc non alteratur, cum dictum sit superius quia, tam de longis, brevibus, semibrevibus quam de minimis in modo perfecto, secunda, nisi mediante signo divisionis aut perfectionis, debet alterari. Respondetur quia nunc predicta minima alterari non debet, cum ultima que est etiam minima, remaneret sola, quod, ut superius notatur, non debet, et unitatem neque

Digitized by Google

perfectionem facere non potest cum aliqua illarum punctatarum semibrevium, quia, ut superius dicitur, ratione illius signi prefate signate sunt sincope, secundum genus earum, et perfecte; ita quod de causa prefata ista ultima minima ad predictas duas minimas debet referri, et simul facere unitatem seu perfectionem; adhuc figuratur sic:



Et erit tunc prima minima, et due sequentes per regulas predictas erunt majores, et alie due sequentes minime, et tunc illarum duarum secunda, quia prima minima remaneret sola, non debet alterari, que prima ad predictas ultimas refertur, et simul reducuntur ad perfectionem; aut sic:



Et tunc prima pars erit minima, que ad sequentem imperfectam brevem videlicet quinque minimarum valoris refertur, et tres erunt minime sequentes equales, que ad perfectionem simul reducuntur.

VISIS DIVERSITATIBUS DIVISIONUM MANERIERUM ET FIGURATIONUM, UT SUPERIUS PATET, VIDENDUM EST QUIA PER PLURES MODOS POTEST DIVIDI IN SENARIUM SUPRADICTUM TEMPUS NOVENARIE ETIAM DIVISIONIS.

Quando tempus predictum novenarie divisionis in sex plures modos dividitur, et diversitates principaliter patet sic:



Tunc prima est minima et ad secundam semibrevem refertur, et per predictum modum tertia ad quartam, et quinta ad sextam refertur, aut e converso; ut sic patet:



Quod tunc vadunt per hunc ordinem, videlicet minor et minima usque ad ultimam; aut sicut patet:



Tunc tres prime erunt minime, quarta vero major, quinta minima, et sexta, quia secunda est, alteratur; vel e converso ut hic:



vel ut etiam sic:



Quod tunc prima pars erit minima, secunda vero altera vel minor, quod idem est quoad valorem; tertia major, et tres sequentes erunt minime, aut sic:



Quod tunc, et quandocumque inter quinque minimas in tali divisione ponatur nota quadrata in forma brevis vel in principio vel in fine, non aliqua illarum minimarum, que per hunc modum per novenario tempore posite erunt cum breve, tenetur alterari, immo sunt omnes equales, et brevis prefata non nisi quatuor minimarum remanet in valore; aut hic:



Digitized by Google

Quod tunc prima erit minima que ad secundam minorem refertur, tertia ad quartam, que debet alterari, quinta erit minor ad quam ultima minima refertur; vel ut sic :



Quod erit tunc prima minor, secunda minima, tertia minor, quarta minima; illarum duarum minimarum sequentium per predictas regulas secunda alteratur; aut sic :



Et tunc prima erit major, secunda minor, tertia minima, et facit perfectionem cum precedente nota; si minima tertia prefata non per signum dividatur, tres sequentes erunt minime, simulque faciunt perfectionem, aut sic :



vel sic :



Et tunc prima major, secunda vero minima, tertia aut altera minima aut minor, que in valore sunt idem, et tres sequentes erunt minime.

Tamen ista alteratio in minima, quando sequitur ipsam alia minima, et pro predicta potest poni figura simplicis semibrevis, debet, ut supra notatur, evitari. Unde pro clariori loco ipsius minime altere dicimus esse ponendum simplicem semibrevem, videlicet quando sequitur ipsam alia minima, aut ut hic :



Et tunc prima erit major, tres sequentes minime simul ad perfectionem reducuntur; aliarum duarum minimarum sequentium, quia alio modo non inveniret mensura, debet secunda alterari; aut ut patet hic :



Et tunc tres prime erunt minime, quarta erit major, quinta minor, ultima minima, que reducitur ad predictam precedentem minorem.

Videndum est etiam sicut predicte sex possunt sincopari.

Ostendendum est quia aliquando possunt sincopari, ut hic :



Prima pars erit tone minima; secunda, ratione illius signi perfectionis, erit sincopa valoris trium minimarum, predicta prima minima refertur ad primas duas minimas post sincopam prefatam, et sexta illarum duarum in fine manentium, per regulas antedictas et ad reinveniendum mensuram, debet alterari; aliquando sic :



Et tunc prime tres erunt minime, quarta etiam erit minima, quinta major que, causa illius signi perfectionis, imperficere non potest precedentem notam, sed debet reduci ad ultimam que, ex causa necessitatis, debet alterari; aliquando possunt figurari, ut sic :



Due prime, ratione illius signi divisionis, tunc quia secunda illarum non potest alterari, sunt minime, tertia vero, quia est punctata, est sin-

Digitized by Google

copa de valore trium minimarum; quarta erit minima et reducitur ad primas duas minimas, et due sequentes erunt minime, quarum secunda alteratur; et aliquando possunt sincopari ut sic:



Et tunc prima istarum erit minima, secunda autem, quia imperficitur a precedente erit minor, tertia, quia remaneret sola, ad ultimas duas quarum, ratione illius divisionis, nulla potest alterari, reduci debet, et quarta erit sincopa, que trium minimarum est valoris; adhuc, ut patet, possunt figurari videlicet ut hic:



Et tunc prima erit minima, secunda quatuor minimarum imperfecta brevis, et omnes alie erunt minime; vel e converso, ut patet hic:



VISIS DIVERSITATIBUS DIVISIONUM UT SUPRA, VIDENDE SUNT DIVERSITATES QUANDO DIVIDITUR IN SEPTEM PREDICTUM TEMPUS.

Quando dividitur predictum tempus in septem plures modos et diversitates principaliter, ut patet hic:



Tres prime tunc erunt minime, et simul faciunt perfectionem, quarta minima refertur ad quintam que est minor, et sexta ad septimam; vel e converso, ut sic:



Tunc prima minima refertur ad secundam; tertia ad quartam que est minor, et tres sequentes minime; vel ut hic:



Tunc prima erit minor, secunda minima, tertia minor, et quarta minima, et tres sequentes minime; vel ut sic:



Tunc prima est minima, que ad sequentem semibrevem refertur, et ambe erunt valoris trium minimarum; tres etiam medie erunt minime; illarum sequentium per supradictas regulas secunda alteratur; vel sic:

Prima erit tunc minor, secunda vero minima que ad primam minorem refertur et simul faciunt perfectionem; tres medie erunt minime; sexta erit minor, et ultima minima; aut sic:



Prima erit minima que refertur ad secundam que est minor, tertia minima ad quartam minorem; et tres sequentes minime, aut possunt figurari sic:



Tunc prima erit minima, secunda vero minor, tres medie erunt minime, sexta etiam erit minor,

Digitized by Google

et ultima que est minima ad ipsam minorem refertur, aut sic :

Et tunc prima erit minor, secunda minima, que reducitur ad precedentem minorem, tres medie erunt minime, que simul faciunt perfectionem, et sexta, que minima est, refertur ad ultimam minorem, vel sic :



Tunc tres prime erunt minime, quarta erit major, et tres etiam sequentes erunt minime, vel ut hic:



Tunc tres prime vadunt pro uno tempore semibrevi, alie tres medie pro alio, et ultima major erit, vel e converso ut sic :



Tunc prima erit major, tres sequentes minime pro una perfectione semibreve computent, et alie tres ultime pro alia.

Videndum est etiam predicte septem note pro supradicto tempore sicut possunt sincopari, et qualiter demonstratur per figuras. Dicendum est quod aliquando sic ostenduntur :



Tunc prima, que est minima causa illius signi, imperficere non potest sequentem semibrevem, imo debet reduci ad alias minimas, et per ternarium in tempore divisionis predicte minime perfectione semibreve computentur, aliquando et sic :



Tunc due prime ratione illius signi divisionis erunt minime, tertia que est punctata per signum perfectionis est sincopa et perfecta secundum genus suum, quia trium minimarum est valoris, quarta minima ad duas primas minimas, quia alio modo remaneret sola, quod esse non debet, reducitur, et tres ultime erunt minime, vel sic:



Et tres prime erunt minime et reducuntur simul, quarta refertur ad ultimas duas notas, et hoc quare : quia cum sequente semibreve, ratione illius signi, unitatem seu perfectionem facere non potest.

Querendum est quare secunda illarum duarum in fine manentium nunc non alteratur, cum dictum sit superius, quia de duabus semper secunda alteratur, seu debet alterari. Respondetur quia per regulas dicitur quia minima non post factam reductionem debet sola manere. Et tunc remaneret sola, que manet in quarto loco aliquando, ut sic patet :



Tunc prime due erunt minime que, ratione illius signi, unitatem seu perfectionem faciunt cum ultima minima, tres etiam medie erunt minime, et simul faciunt perfectionem et sexta erit sincopa valoris trium minimarum ; aliquando sic :



Digitized by Google

Tunc prima erit minima, que ratione illius signi unitatem neque perfectionem facere non potest cum sequente semibreve, ita quod ad primas duas minimas sequentes refertur, et tres sequentes erunt minime, et simul ad perfectionem reducuntur.

VISO QUOMODO FIGURANTUR SEPTEM NOTE PRO TEMPORE NOVENARIO, VIDENDUM EST SICUT FIGURANT OCTO PRO DICTO TEMPORE.

Quando octo ponuntur, aliquando figurantur, sic :



Tunc tres prime minime vadunt pro uno tempore semibreve, tres medie pro alio, septima est minima, et octava minor, aliquando, ut hic :



Tunc omnes per ternarium computantur, et quilibet numerus pro una perfectione semibreve ponatur; et si due in fine remaneant minime, secunda alteratur; aliquando, ut sic :



Tunc tres, et tres computari debent, septima vero erit minor, et ultima minima, vel e converso, ut sic :



vel ut patet hic :



Tunc prima erit minima, secunda minor, aut altera minima, quod idem est, et omnes alie per ternarium numerum computentur. Et illa secunda minima ex vigore illius signi divisionis alterat, et tres sequentes ultime minime vadunt simul; aliquando possunt predicte figurari, ut sic :

Tunc tres prime erunt minime, secunda illarum duarum que sunt in mędio ex vigore illius signi debet alterari, et tres sequentes ultime minime vadunt simul; aliquando possunt predicte figurari, ut sic :

que simul faciunt perfectionem. Quarta erit minor, quinta minima erit, et ad precedentem minorem refertur, et tres ultime erunt que simul reducuntur ad perfectionem etiam possunt aliquando sincopari, sit :

Tunc ratione illius signi divisionis, secunda alterari non potest, immo quarta que est minima ad faciendum perfectionem ad ipsas primas refertur; tertia, que est minor, cum quinta facit perfectionem, tres etiam ultime minime simul ad perfectionem reducuntur, vel e converso, ut hic:

Tunc tres prime erunt minime, due etiam medie cum secunda dictarum mediarum nunc per regulas antedictas, quia ultima remaneret sola, alterari

Digitized by Google

non potest, sunt minime; et ad ipsas, causa implendi perfectionem, prima minima post predictas reduci debet. Sexta erit minor, ad quam ultima minima ad perfectionem novem pro predicto tempore erunt, omnes erunt equales, ut patet hic :



Notandum est quod plures sunt varietates figurationum et sincopationum, sed quia per predictas omnes diversitates ipsarum nascuntur, de aliis est tacendum.

VISIS OMNIBUS, UT SUPRA PATET, DE TEMPORE NOVENARIO VIDENDE SUNT DIVERSITATES FIGURATIONUM TEMPORIS IMPERFECTI SEXTE DIVISIONIS.

Predictum tempus dividitur in duas equales partes principaliter, ut hic : , aut ut hic : , vel ut patet hic : , seu ut sic : Tunc unaqueque dictarum partium semibrevis major appellat; aliquando potest prefatum tempus dividi in duas partes, ut hic : , vel sic :  . Minima reducitur cum precedente, vel cum sequente breve, quia ab ipsa, ut dicitur superius, derivatur et ad ipsam debet reduci. Aliquando prefatum tempus in duas inequales partes potest dividi, ut hic : , vel sic : . Tunc major pars appellari potest brevis quarta, et minor pars semibrevis minor que ad precedentem, seu ad sequentem brevem refertur. Dividitur etiam prefatum tempus in tres inequales partes, ut hic :



Tunc prima erit minima secunda vero minor, ad quam prima ad perfectionem reducitur tertia erit major, vel e converso, ut hic :



Et tunc prima erit major, secunda vero minor, et ultima minima, aut sic :



Tunc prima erit minor, secunda vero minima, que nisi per divisionem modi ad primam minorem reducitur, et tertia, nisi per divisionem modi ad primam minorem reducitur, et tertia, nisi prima punctata sit, erit major, vel ut hic :



Tunc istarum duarum minimarum causa implendi perfectionem oportet alterari, ut sic :



Et tunc prima erit major illarum duarum minimarum secunda debet alterari; insuper predicte tres possunt sincopari, sic :



Tunc ratione illius signi perfectionis media semibrevis est sincopa valoris trium minarum, et secunda illarum minimarum per regulas antedictas debet alterari, aut ut sic :



Et tunc ultima minima imperficere non potest precedentem semibrevem, quia perficitur per illud

Digitized by Google

signum, ita quod ad primam debet reduci, et facere simul perfectionem. Dividitur etiam predictum tempus aliquando in tres minores, ut hic :



Et tunc omnes erunt equales, et unaqueque est valoris duarum minimarum. Potest etiam prefatum tempus dividi in quatuor partes principaliter, ut hic :



vel sic :



Tunc prima pars erit minima, secunda minor, aut altera minima, quod idem est, que prima perfectionem facit cum secunda, et per predictum modum tertia cum quarta facit perfectionem, vel e converso sic :



Et prima pars erit minor, secunda vero minima, tertia minor, et ultima minima. Figurant etiam, ut hic :



Tunc prima erit minima, secunda vero minor, et simul reducunt ad perfectionem, tertia minor, et ultima minima et simul reducunt, vel etiam sic :



Tunc prima pars erit minor, secunda vero minima, que ad precedentem minorem refertur, quarta etiam minima, que reducitur ad sequentem que est minor. Predicte etiam quatuor semibreves possunt, causa sincopationum, principalem modum figurari, sic :



Tunc prima erit minima, que non potest sequentem semibrevem imperficere propter prefatum signum perfectionis, sed est sincopa, et perfecta secundum genus suum, que prima minima quia sola non debet manere, oportet reduci ad ultimas duarum quarum ista de causa nunc secunda non debet alterari, vel e converso ut hic :



Et tunc due prime erunt minime, et quia ultima remaneret sola, non debet secunda alterari, tertia erit sincopa valoris trium minimarum, et ultima erit minima, que ad duas primas minimas reducitur ad perfectionem. Potest etiam prefatum tempus in quinque partes dividi, ut hic :



Tunc tres prime erunt minime, que simul reducunt ad perfectionem, et prefata ultima minor appellatur, aut ut hic :



Tunc tres prime erunt minime, et secunda illarum duarum sequentium causa implendi perfectionem debet alterari, vel sic :



Digitized by Google

aut sic :

Tunc prima erit minima, secunda vero minor, aut altera minima, quod idem est, et tres sequentes minime, vel sic :



Tunc prima erit minor, secunda vero minima, et ambe pro uno tempore semibreve ponuntur; et tres sequentes erunt minime, et simul pro alio tempore semibrevi ponuntur sive reducuntur; adhuc figurari possunt, sic :

Tunc tres prime erunt minime et simul pro uno tempore semibrevi reducuntur. Quarta erit minor, cum qua ultima minima facit perfectionem. Possunt predicte ratione sincopationum figurari, ut hic :



Tunc omnes tres, et media valoris duarum minimarum erit minor, quando prefatum tempus predicte sex in sex partes dividitur, ut patet sic :



Tunc omnes erunt equales, et per ternarium numerum reducuntur ad perfectionem.

DICTO DE DIVERSITATIBUS MANERIERUM FIGURATIONUM PERFECTI TEMPORIS, ET REDUCTIONUM NOVENARIE DIVISIONIS, ET SEXTI IMPERFECTI TEMPORIS A PREDICTO PERFECTO TEMPORE DERIVATO. DICENDUM EST DE DIVERSITATIBUS MANERIERUM DIVISIONUM SEU REDUCTIONUM, ET FIGURATIONUM TEMPORIS PERFECTI MINIMI SEU DIMINUTI, QUOD IDEM EST SENARIE ETIAM DIVISIONIS.

Quod tempus, ut dictum est superius et patet in arbore, in duas inequales partes dividitur quoad valorem, ut hic :



vel sic :



Tunc secunda pars altera semibrevis appellatur, tamen quatuor minimarum est valoris, et prima pars, que est minor, duarum minimarum est valoris, et minor semibrevis appellatur, vel sic : . Que prima est minor semibrevis, et minor pars appellatur, et major pars brevis quarte minime perfectionis et majoris principalis appellatur, vel e converso sic : . Et tunc major pars brevis quarte majoris principalis et minime imperfectionis appellatur. In duas inequales partes prefatum tempus dividi potest, ut sic : , vel e converso sic : . Et tunc minor pars, que est minima, nisi per signum divisionis aut perfectionis ad sequentem vel precedentem brevem refertur. Et hoc quare : quia ab ipsa breve descendit, et ad ipsam debet reduci. Potest etiam prefatum tempus in duas equales partes dividi, tamen mediante signo perfectionis, ut hic : . Et tunc unaqueque istarum semibrevium trium minimarum est valoris, et major semibrevis appellatur. Prefatum tempus in tres equales partes dividitur, ut etiam patet hic :

Digitized by Google



Tunc unaqueque dictarum partium minor appellatur, et duarum minimarum est valoris. Dividitur etiam in tres inequales partes, sic :



Tunc due prime erunt minime, et tertia altera minor appellatur, vel sic :



sic :



et hic :



Quod erunt tunc omnes minores, aut sic :



Tunc prima pars ratione illius signi perfectionis erit major, et secunda illarum duarum, quia alio modo non inveniretur mensura, oportet alterari, aut ut hic :



Et tunc secunda istarum minimarum duarum ratione illius signi debet alterari, et ultima erit major, vel sic :



Et tunc due prime erunt minime, et ultima brevis quarte minime imperfectionis et majoris prolationis appellatur, vel e converso, ut sic :



vel sic :



Tunc prima pars, et illa que est in medio minimarum duarum brevis, quarta vero erit, et due sequentes erunt minime, aut ut videtur hic :



Tunc prima erit sincope valoris trium minimarum, secunda vero minima, que ad tertiam minorem refertur, aut sic :



Tunc prima pars erit minor, ad quam secunda que est minima refertur, tertia vero major semibrevis appellatur, aut ut hic :



Tunc prima erit minima, que unitatem seu perfectionem ratione illius puncti facere non potest cum sequente semibrevi, sed ultimam que est minor, debet reduci, vel e converso sic :



Digitized by Google

Et tunc prima erit minor, ad quam ultima que est minima, reducitur, mediaque punctata ex se facit perfectionem, et trium minimarum est valoris, et major semibrevis; que est sincopa, vocatur. Potest prefatum tempus in quatuor partes dividi, ut hic:



vel sic:



et sic:



Tunc due prime erunt minime, et due sequentes minores, vel e converso ut patet hic:



vel sic:



et sic:



Et tunc due prime erunt minores, et due sequentes minime, aut sic:



Tunc prima erit et ultima minor, et due medie, nisi divise sint, erunt minime, vel e converso ut sic:



Et tunc prima et ultima erunt minime, et ambe medie erunt minores, vel ut hic:



Tunc prima erit minima, secunda minor, tertia minima, et ultima minor, vel e converso sic:



Et tunc prima erit minor, secunda vero minima, tertia et ultima minima, que ambe minime simul faciunt perfectionem. Possunt etiam sincopari, ut hic:



Tunc prima erit minima, secunda vero sincopa que trium minimarum est valoris, et ultima due erunt minime, aut ut hic:



Et tunc due prime erunt minime, tertia vero sincopa, que trium minimarum est valoris, et ultima erit minima, aut ut hic:



Tunc omnes iste tres prime erunt minime, et ultima erit major, vel e converso ut patet hic:

Digitized by Google



Et tunc prima que est punctata est sincopa de valore trium minimarum, alie tres sequentes minime appellantur. Tempus prefatum in quinque partes dividi potest, ut hic :



Tunc quatuor prime erunt minime, que duorum minorum sunt valoris, et ultima erit minor, vel e converso ut hic :



Tunc prima pars erit minor, et omnes alie sequentes que per binarium numerum reducuntur ad perfectionem. Et hoc quare : quia prefatum tempus ut dicitur superius et in arbore demonstratur, ex tribus minoribus componitur. Et unaqueque minor, ut patet exemplo, duarum minimarum est valoris, ut hic :

Tunc illa semibrevis que caret tractu, minor semibrevis appellatur, et due prime et ultime erunt minime, que per binarium modum ad perfectionem reducuntur. Possunt etiam sincopari prefate quinque, ut hic :

Reduci debet prima minima ad tertiam, et ista que caret tractu, minor est sincopa, et alie due sequentes erunt minime, aut sic :



Et tunc due prime erunt minime et simul reducuntur, tertia vero minima reducitur ad ultimam medie predictarum minorumque sincopa appellatur. Potest etiam prefatum tempus dividi in sex partes, ut hic :



Et tunc omnes erunt equales, et per binarium numerum reducunt ad perfectionem.

VISIS DIVISIONIBUS MANERIERUM ET FIGURATIONUM TEMPORIS PERFECTI NOVENARIE DIVISIONIS, ET IMPERFECTI SENARIE AB IPSO DERIVATO, ET TEMPORIS PERFECTI DIMINUTI, SEU MINIMI SENARIE ETIAM DIVISIONIS, DICENDUM EST SICUT DIVIDITUR TEMPUS DIVISIONIS QUATERNARIE QUE DESCENDIT A DICTO TEMPORE PERFECTO DIMINUTO.

Dividitur predictum tempus quaternarie in duas partes, est quoad valorem equales principaliter, ut hic : , vel sic :  , aut sic : , vel etiam ut sic :  . Tunc omnes quoad valorem erunt equales, et unaqueque istarum duarum minimarum est valoris. Etiam in equales partes potest dividi, videlicet quoad valorem, ut hic : . Tunc ex vigore illius signi perfectionis, secunda que est punctata, est sincopa, que in se trium minimarum continet valorem, et major appellatur; et illa minima prima cum prefata reducitur ad mensuram; vel e converso, ut hic :  . Tunc prima erit sincopa, et etiam trium minimarum est valoris, ad quam sequens que est minima, causa implendi mensuram seu numerum, reduci debet. Dividitur etiam prefatum tempus in tres partes, que possunt figurari, sic:



Digitized by Google

Tunc prime due sunt minime, tertia vero minor; vel e converso, ut patet hic :



Quod tunc prima erit minor, et due sequentes minime; aut ut hic :



Et tunc prima et ultima sunt minime et faciunt simul reductionem, et media est sincopa duarum minimarum valoris. Et quando erunt quatuor pro supradicto tempore, sic :



Omnes erunt equales, et minime vocantur :

DE MINIMA, QUANDO DEBET MUTARE FIGURAM.

Ut dictum est superius, quia per tres notas, videlicet per semibrevem majorem, minorem, et minimam divisiones et subdivisiones tam de tempore perfecto majore, minore et minimo, imperfecto majore, minore et minimo, quam semiperfecto et semimperfecto majore, minore et minimo, tam etiam majoris, minoris, quam minime prolationis omnes cognoscuntur; hoc est verum. Tamen quia aliquando divisio minoris prolationis miscetur cum majori, et minima cum minori, et quia inter predictas esset magna confusio quia non bene reducerentur ad perfectionem, oportet quod de necessitate una prolatio cognoscatur ab alia minime minoris prolationis inter minimas majoris; aut minime prolationis inter minimas minoris mutentur aliqualiter in figura, videlicet ut patet hic :

Et quod minima mutet figuram non requiritur, nisi quando prolatio minor cum majore, aut minima prolatio cum minore.

FINITO LIBRO SIT LAUS GLORIA XPTO.

DEXTERAM SCRIPTORIS SALVET EAM DEUS CUNCTIS HORIS. AMEN.

EXPLICIT LIBER DE MUSICA MAGISTRI JOHANNIS VERULI DE ANAGNIA.

XV

FRATRIS THEODORICI DE CAMPO

DE MUSICA MENSURABILI

Omnis ars sive doctrina honorabiliorem habet rationem quam artificium quod manu et opere artificis exerceretur. Multo enim majus est scire quid quis faciat, quam scire quid ab alio discit.

Digitized by Google

Etenim artificium corporale quasi serviens famulatur; ratio vero quasi domina imperat. Cum multi sint qui musicam digitis operentur vel sono promant, ejus tamen vim atque naturam minime intelligunt, hic accidit ut corporales artifices non ex musice disciplina, sed ex ejus ipsis potius instrumentis acceperint vocabula. Musicus enim non ab aliquo instrumento, sed ab ipsa musica nomen accepit. Non enim dicitur musicus quia voce vel manibus operatur tantummodo, sed quia de musica novit regulariter loqui et certis rationibus ejus sensum plenius enodare.

Est enim musicus qui, ratione perpensa, canendi scientiam non servitio operis, sed imperio speculationis assumpsit. Quisquis igitur, qui hujus scientia armonie vim atque rationem penitus ignorat, frustra sibi nomen cantoris usurpat. Non enim est cantor, nisi qui sciat, neque qui litteras legit, sed qui eas intelligit, lector sufficiens nuncupatur.

Cum etiam nostre intentionis sit aliquid de musica tractare, primo videamus, quid sit musica, que sunt ejus partes, et unde dicatur.

Musica est disciplina quantitatis relate ad aliquam virtutem proportionum, contemplativa ad notitiam qualitatum; vel musica est peritia modulationis sono canoreque consistens; et dividitur musica in naturalem et artificialem. Naturalis que est tripartita; nam alia est mundana, alia humana et alia est vocalis. Mundana est in elementis, in temporibus, in stellis fixis et errantibus. Humana quidem in humoribus corporum, in virtute anime et in conjunctione corporis et anime procreatur; de qua sunt varie et multiplices divisiones.

Vocalis musica in vocibus animalium naturalium et instrumentorum procreatur. De mundana, Pytagoras in « Περὶ τόνου » ; de humana, Boetius; de naturali, quidam usu tractaverunt, quam causa brevitatis pretermitto.

Musica artificialis est que arte et ingenio excogitata est et inventa. Hujus autem sunt due partes : armonica et instrumentalis. Musica armonica vocum coadunatio dicitur; vel musica armonica est motus vocum.

Musica instrumentalis tripartita est : scilicet cytharizantium, id est instrumentis sonantibus per cordas; ac tibicinantium, id est instrumentis per ventum; et pulsantium, id est instrumentis que pulsu atque percussione sonum emittunt.

Musica dicitur a *Moys* que est *aqua*, et *ycos* scientia; vel dicitur a musis per derivationem, quia per musas vox carminum at vocum modulatio habetur.

Partes sunt novem vocem humanam in vocibus operantes, ut duo labia, quatuor dentes principales, plectrum, lingua, palatum.

Has poete filias jovis in memoria fixerunt. Et alii dicunt Menoyas et Tobie filias ipsas.

Musica enim armonica in tribus dividitur : in prosaicam, metricam, et rithmicam. De istis expressum est in tractatu *Magistri Johannis de Ypra;* sed premissa brevitate collegi ad habendum musice divisionem.

Item armonica dividitur in musicam immensurabilem, et mensurabilem.

Musica immensurabilis est per quam cantatur divinum officium secundum gamma, manus vel monocordum, et secundum tropos, abusive tonos denominatos, principales et collaterales, de quibus Beatus Jeronymus et Gregorius et Guido cum pluribus aliis tractaverunt; et immensurabilis est, quia sine certo numero temporum cantatur, secundum voluntatem cantantis pronunciatur.

Musica mensurabilis est vere perfecteque canendi scientia, omnium musicalium vocum speculatrix, gubernatrix et magistra; vel musica mensurabilis est que per tempora pausasque recte mensuratur. Tempus in musica mensurabili est motus mora naturalium alterum alteri concur-

Digitized by Google

rentium, pulsu atque percussione cantantium secundum majus et minus, prius ac posterius sonum in tempore relatum, et in sui esse quanto commensurato et limitatur in modulis. Motuum alii sunt tardi, alii veloces in tempore, alii tardiores, alii velociores. Tardi longos sonos faciunt, et sic possumus intelligere longas. Tardiores longiores sonos faciunt, in quibus intelligimus duplices longas et maximas. Veloces sonos celeres faciunt, et sic habemus breves, et per velociores semibreves et minimas intelligimus.

De longa, brevi et minima.

Sex species motuum longitudinum, et brevitatum sonorum secundum majus et minus in tempore canentium requiruntur, scilicet : longus, longior, longissimus ; brevis, brevior, brevissimus.

Per longum longas notas de tempore perfecto vel imperfecto intelligimus.

Per longiorem duplices longas de tempore perfecto vel imperfecto intelligimus.

Per longissimum maximas de tempore perfecto vel imperfecto intelligimus.

Per brevem breves perfectas vel imperfectas.

Per breviorem, semibreves perfectas vel imperfectas.

Per brevissimum, minimas que ternario numero censentur equaliter, vel minimas que quaternario numero censentur; possumus intelligere de quibus inferius probemus ostendere.

Carissimi, presentem summulam vobis mira cum divisione premissa quam in nomine vestro, prout in tractatibus *Magistri Johannis de Ypra, Magistri Petri de Cruce, Magistri Franconis*, ac etiam in artibus plurium musice mensurabilis auctorum vidi plenius contineri, sub brevi compendio compilavi in quo sunt quatuor capitula breviter ordinata. Primum capitulum de notitia qualitatis notularum. — Secundum ex eorum pretio et valore. — Tertium de pausis. — Quartum et ultimum de copulis tam appropriatis quam non appropriatis, tam quadratis quam configuratis. Que etiam ad instructionem vestram ac novitiorum studium propalavi, omnes illos exorans humiliter, quod hujus modi contenta in presenti summula perceperint, ut in quantum me excedit scientia et subtilitate, si sermo incultus et imperitus et enormitas cantus eorum aures doctas protulerit imperitie venuam tribuant, tractatus mei negligentiam subportantes.

De cognitione brevium et longarum.

Duo sunt principales modi notularum, scilicet brevium et longarum.

Brevis notula est illa que simpliciter est quadrata, vel que ad sinistram partem est appropriata, brevis simpliciter quadrata talis est :



Brevium appropriatarum alie sunt appropriate deorsum, videlicet :



et alie desursum, ut hic :



Item brevium alie sunt simpliciter breves, et alie semibreves. Simpliciter breves tales sunt :



Semibreves sunt oblique, ut tales :

Digitized by Google



Obliquarum quedam appropriantur a parte superiori, que minime vocantur, ut tales sunt :



At quidam musici antiqui predictas appropriaverunt a parte inferiori, ut hic :



et deorsum et desursum, ut hic :



Que pro multis rationibus per totum vacant.

Longa notula quadrata est a parte dextra approprietata tam deorsum, ut hic :



quam desursum, ut hic :



Longarum alie simplices ut tales :



alie duplices vel maxime de quibus declarabitur in capitulo sequenti, ut tales :



et debent esse majores facture quam longe et appropriari a dextra parte tam deorsum quam desursum.

Et sciendum est quod aliquando una nota est appropriata ab utraque parte, tam deorsum quam desursum, sed debemus videre a qua parte proprietas superetur in longitudine, quia, si proprietas sinistre partis sit longior dextra, sive deorsum sive desursum, notula est brevis, ut hic :



et si e converso, ut hic, longa :



Nec debent predicte quadrate in usu moderno appropriari ab una parte, proprietate ascendente, et alia, descendente, ut hic :



vel e converso :



Tamen antiquitus erant in usu, et judicabantur per proprietatem longiores que modo solo aliqua ratione, non figurantur.

De valoribus notularum in suis generibus.

Ad probandum generaliter valorem cujuslibet notule in genere suo, secundum majus et minus, prius ac posterius, et principaliter antiqui musice mensurabilis doctores sex modos cantus mensurabilis ponebant.

Digitized by Google

Primus modus fit ex longa et brevi, ut hic :



Veni sancte Spiritus.

Secundus e converso ex brevi et longa, ut hic :

Che sunt amours.

Et possunt fieri in istis duobus modis longe et breves per equipollentes notulas.

Et notandum quod in istis duobus modis predictis, brevis valet unum tempus, longa vero duo. Plenius dicetur postea de perfecta, et imperfecta longa. Predicta mensura observatur in modis prenominatis, dum teneant suum rectum ordinem.

Tertius modus fit ex una longa et duabus brevibus et longa sequente, ut hic:



Chorus Innocentium.

Quartus fit e converso ex duabus brevibus et una longa, ut etiam hic :



Je ne puis oublier.

Et in istis duobus modis prima brevis valet unum tempus et secunda dicitur altera, valens duo tempora, et longa tria. Dum teneant suum ordinem antedictum, etiam breves et altere possunt fieri per equipollentes valores.

Quintus fit ex omnibus longis cujuslibet valorest trium temporum, ut etiam patet hic :



Contenta in tertio modo, quarto et quinto notentur de perfecta mensura, de qua ulterius limpidius declarabitur.

Sextus modus fit ex omnibus brevibus, cujuslibet valor est unius temporis, ut hic :



Et sub isto modo includitur septimus modus, qui fit omnibus semibrevibus equalibus non caudatis sursum nec deorsum.

Et sciendum quod omnes alie notule, de quibus non fit mentio in ista divisione modorum, possunt introduci in modis predictis, considerando valorem equipollentem in mensura cujuslibet modi.

De valore cujuslibet notule.

Post premissa generaliter memorata quasdam regulas speciales ad sciendum cujuslibet notule valorem, prout continetur in actibus modernis cantus mensurati, compendiose studui propalare, quoniam totius quantitatis mater et totius numeri principium est unitas. Qualitas alternitatis, ternaritatis et inequalitatis, hec tria principalia possunt pro perfectione accipi in quibus principium, medium et finis ex integro discernuntur; et licet unitas sit indivisibilis, nihilominus in unitate temporis perfecti possunt denotari hec tria et discerni.

Primi doctores musice mensurabilis imposuerunt principaliter solum notule valorem unius temporis. Cujus figura est quadrangularis, quia Magister in suo tractatu dicit quod naturalis proprietas figurarum sonum mellicum in suo tempore secundum magis et minus representantium

Digitized by Google

est quadrangularitas, eo quod ex quatuor proprietatibus sonorum mellicorum, et in tempore valorum arsi et thesi, longo et brevi habeat procreari. Hoc plenius declarat *Magister Johannes* in tractatibus suis de musica; sed de proprietate me volui expedire. Et quamvis unitas sit indivisibilis, et punctus quadratus figuratur pro tempore brevi, secundum antiquos, ille motus brevis, secundum modernos dividitur in breviori, et in brevissimo, sicut dictum est.

De equalitate brevium.

Et ponitur brevis perfecta et brevis imperfecta. Et primo de perfecta videamus in qua est inequalitas. Unde scribitur in numero : Deus impare gaudet. Brevis perfecta est que in tribus brevioribus sive semibrevibus equaliter dividitur; et perfecta mensura est ternaritas vel per ternarium numerum computata.

Notandum est quod brevis immediate precedens brevem vel pausa brevem imperfectam, perfecta mensura vocatur, ut hic :



Et simili modo omnes alie notule majoris vel minoris mensure perfectionem dictam continens in genere suo, sunt perfecte, ut hic :



Et etiam, quando notule precedunt immediate notulas valori majoris, sunt perfecte, ut hic :



Nisi dicte precedentes imperficiantur a parte ante; quia si jungantur vel computentur antedicte majores cum notula a qua posset imperfici, valore dicte puncte sive computate imperficiuntur, ut hic :



Non autem sue similes possunt imperfici, ut hic :



Et dividitur perfecta brevis in tribus semibrevibus equalibus cum perfectione ordinantibus. Semibrevis est notula obliqua simpliciter, ut dictum est in primo capitulo. Sciendum est quod quotiescunque due semibreves ponuntur inter breves a parte ante vel a parte post, prima tertiam partem brevis tenet, ut hic :



Et secunda, que dicitur altera, duas partes habet. Quoniam sicut unitas est mater et principium totius numeri, sic dualitas alternitatis; aliquo modo in dicto tempore perfecto ternarius numerus observatur; et si plures semibreves simplices ponantur, semper debent per tres equaliter computari.

Notandum quod motuum temporis alii perfecto pronunciantur, et alii imperfecto de perfectis. Quantum ad brevem satis expressum est.

Imperfecti autem fiunt per conjunctionem, et per prius et per posterius; quia quotiescunque semibrevis jungitur cum brevi, vel equipollens tertie partis cujuslibet notule perfecte secundum genus suum jungitur sive computatur cum aliqua notula perfecta majoris vel minoris mensure a

Digitized by Google

parte ante vel post, brevis vel alia notula perfecta imperficitur a valore dicte partis, ut hic :



Et jungitur semibrevis vel equipollens predictis cum brevi vel cum alia notula alterius mensure perfecte a parte ante vel a parte post per punctum divisionis, ut hic :



Et dicitur punctus divisionis, et punctus perfectionis.

Punctus perfectionis est quando post notam positus est, et signat eam esse perfectum. Quotiescunque punctus ponitur post aliquam notam cujuslibet mensure, signat notam predictam esse perfectam, nisi fiat divisio de notulis imperfectis minoris mensure in majori mensura, et etiam in semibrevibus, quando perfecte dividuntur; ut hic :



Precedens exemplum dividitur imperfecte. Per modum mensure fit notula imperfecta, quia ut dictum est, duo modi sunt motuum temporis sive mensure, videlicet modus perfecte mensure, de quo mentio premittitur, et modus imperfecte. Modus imperfecte mensure, sive brevis imperfecta in duabus semibrevibus equalibus dividitur. Quia sicut perfecta mensura ternario numero censetur, ita imperfecta mensura in binario numero numeratur. Nec fit alteratio valoris aliquo modo in imperfecto predicto, ut hic :



Iste ordo imperfectus observatur in omni genere notularum, ut hic :



Nisi punctus perfectionis apponatur alicui notule, ut etiam patet hic :



Habito de motu brevi temporis perfecti et imperfecti, modo videamus de breviori.

De breviori motu.

Motus brevior temporis, ut supradictum est, vocatur per notulam obliquam simplicem que semibrevis nuncupatur, ab antiquo valens tertiam partem perfecte brevis vel mediam imperfecte. Eodemque modo quo brevis perfecta vel imperfecta dividitur in semibrevibus ternario numero per perfecta, atque binario per imperfecta equaliter observatis; ita semibrevis sive brevior perfecta in tribus modis equalibus et imperfecta in duabus equalibus modis.

Minime quedam signantur ex proprietate ascendente, et moderni volunt ut differant ab aliis. Quando due minime ponuntur vel computantur cum semibrevi perfecta ante vel post, vel per punctum jungantur ante, prima minima tertiam partem semibrevis tenet et secunda dicitur altera, valens duas partes, ut hic :



Notandum quod alteratio fit in mensura perfecta brevium et longarum, semibrevium et minimarum, ut hic :

Digitized by Google



Quoties due breves ante longam immediate vel post longam, longam sequente vel pausa longa, vel jungitur per punctum a parte ante, secunda dicitur brevis altera, et potest prima fieri per equipollentes notulas, ut super est in exemplo. Talique modo alteratio fit in mensura semibrevium et brevium, et potest prima semibrevis fieri per equipollentem valorem, ut dictum est de brevibus, et sic de minimis et semibrevibus, ut dictum est.

Breves alterantur per longas, quia perfectio longarum dividitur in brevibus. Semibreves alterantur per breves quia perfectio brevium dividitur in semibrevibus; et minime alterantur per semibreves, quia semibreves omnes dividuntur in minimis; et sic notule dividentes alterantur modo supradicto notulas dividendas, nam alie majores, alie minores, ut hic :



Tamen inveniuntur breves alterate per duplices longas, ut in tenore de « *Presidentes* »; et in veteribus motetis inveniuntur semibreves alterate per longas quod non mihi videtur consonum rationi, quia semibreves non dividuntur immediate a longis, sed a brevibus, et ideo non sunt de genere longarum, sed brevium.

Si tres minime ponuntur sunt equales, ut hic :



Semibrevis imperficitur a minima computata vel injuncta per punctum divisionis ante vel post cum antedicta semibrevi, ut hic :



Pro imperfecta semibrevi due minime equales pronuntiantur, nec in talibus fit alteratio. Et si punctus perfectionis semibrevi talis mensure post ponatur, signat eam esse perfectam. Sed si punctus divisionis post semibrevem dicte mensure jungatur cum majori notula que imperficitur a dicta semibrevi, dicta semibrevis tenet suam mensuram imperfectam, ut hic :



De brevibus perfectis et alteratis, et de imperfectis.

Premissis solemniter consideratis, brevis perfecta potest dividi in novem minimis equalibus; altera quoque brevis in octodecim; brevis si quidem imperfecta in sex, altera ejusdem mensure in duodecim. Et si fiat brevis perfecta, divisa in tribus semibrevibus imperfectis, in sex equalibus minimis, dividitur altera ejusdem mensure in duodecim; imperfecta vero ejusdem mensure in octo minimis. Breves perfecte divise in tribus semibrevibus imperfectis, et breves imperfecte divise in duabus semibrevibus perfectis tenent eumdem modum et eumdem numerum minimarum. Sed in hoc differunt, quia breves perfecte in prima divisione ternarium tenet numerum, et in secunda binarium et breves imperfecte e converso, ut hic :



Et eadem concordantia motus et numerari habetur in longis multiplicando tempora que diffiniunt modo supradicto.

Digitized by Google

Capitulum de semininis.

Nonnulli asserunt promere minimas dimidias in instrumentis, sive levissimis vocibus, quod mihi videtur irrationabile in numero, etsi minime dicantur non a semis, quod est dimidium, sed a semis, quod est imperfectum; derivantur verum potius promere quatuor semiminimas equales pro semibrevi perfecta in motu, quarum tres minime dicantur. Si quatuor, quelibet earum est festinantior, et referuntur ad binarium numerum, videlicet ad duas semibreves imperfectas equaliter prolatas, et tantum prolixiores sunt; tres et due tenent eumdem motum et etiam dicte minime recipiunt augmentum alterationis; sed non possunt imperfici, nisi numerando quaternarium numerum pro ternario.

Et omnis simplex notula est quadrangularis, ut jam dictum est, que ad perfectionem ternarii numeri reducitur; nam quatuor tres sunt duodecim ex integra brevis unitate minime dividende. Tales notule diversimodo signantur, quia quedam sunt que dictas appropriant de proprietate, ut minimas; sed proprietas parum est recurvanda ad modum hami, ut hic:

Alii quidam signant dictam proprietatem de clavi.

Quidquid id est, derivantur ab aliis divisionibus.

Potest minima imperficere omnes notulas a parte ante et post de suo valore, referendo ad primam semibrevem majoris notule dictam minimam, nisi semibrevis sit imperfecta. Omnis notula tam perfecta quam brevis potest imperfici ante vel post a notula sue tertie partis; et etiam dicta notula potest fieri per equipollentes notulas vel equipollentem mensuram.

Notandum est quod veteres musici semibrevibus nec minimis non apponebant proprietates; immo ipsi dividebant semibreves per punctum divisionis; et semper ille punctus discernebat inter semibreves valorem unius temporis modo sequenti. Si due semibreves ponuntur inter brevem notulam sive notulam majorem mensure et punctum, sive inter breves et longas, sive inter brevem et longam, et e converso inter duos punctos modo perfecto, prima valet tertiam partem temporis, alteratur vero secunda; si tres, sunt equales; si quatuor, due prime pro tertia parte quarum prima est minima; secunda altera minima; vel prima semibrevis imperfecta, secunda minima, hoc ad voluntatem cantantis; et aliarum duarum quelibet tertiam partem temporis, scilicet semibrevem; si quinque, due prime sunt sicut due prime quatuor, sequentes due tali eodem modo, et quinta semibrevis; si sex, due et due modo antedicto; si septem, tres prime minime due et due; si octo, tres et tres et due; si novem, tres et tres et tres equaliter proferuntur, ut patet in exemplo:

Et si mensura imperfecta sit, tali modo pronuntietur: si due semibreves ponuntur, ut prius dictum est, dicte due equales sunt; si tres, prima est minima, et secunda altera, vel prima semibrevis imperfecta et secunda minima, et terti

Digitized by Google

semibrevis. Sed aliqui pronuntiant predictas tres scilicet: primam semibrevem perfectam, secundam minimam, tertiam alteram minimam sive semibrevem imperfectam, et hoc ad voluntatem cantantis; si quatuor, due et due modo perfecto; si quinque, tres minime et due; si sex, tres et tres minime equaliter proferentur, ut patet hic :



Quidam deorsum appropriaverunt notulas obliquas eis imponentes valorem semibrevis, ut hic : , qui per multas rationes errant.

Alii predictis approprietatis dant valorem brevis imperfecte, ut hic : .

Alii quidam predictas signaverunt deorsum et desursum dantes talibus notulis valorem semibrevis imperfecte, prout in Rondello : *Douce dame d'amours*. He parum fuerunt in usu; et adhuc a quibusdam ponuntur que ab ipsis *Dragma* vocantur, gallice *Fusiel*.

Sepe accidit in motetis et in aliis cantibus mensuratis quod mensura variatur, videlicet in perfecto modo, quoties notule imperfecte miscentur cum perfectis dicte mensure perfecte, et e converso in imperfecto modo perfecte interponuntur cum imperfectis; ea propter quedam signa apponuntur in hujus modi cantibus mensuratis, scilicet circulus rotundus notulis perfectis prescribitur, signans per circulum rotundum notulas esse perfectas ut in motecto « *de Garison* » et pluribus aliis; et notulis imperfectis preponitur semicirculus denotans notulas sequentes esse imperfectas, ut in eodem « *de Garison* » exemplum de tenore dicti moteti :

Alio modo signantur perfecta vel imperfecta mensura sicut pausa semibrevis, ut hic :

Quia perfectis notulis proponuntur tres exiles tractus; imperfectis vero duos tractus, ut hic :



In longa mensura quidam fecerunt aliam signationem, scilicet in modo perfecto notam vacuam habentem in vacuo corpore dicte note tres parvas lineas, ut hic : .

Et in imperfecto modo talem notulam habentem duas lineas, ut hic : .

Aliqua generaliter fit signatio perfecti sive imperfecti videlicet partibus rubris vel vacuis notulis in valore debito signatis, ita quod si mensura sit perfecta, rubre vel vacue sunt imperfecte, ut in tenore de *In nova,* et pluribus aliis cantibus mensuratis; et si mensura sit imperfecta, dicte rubre vel vacue sunt perfecte, ut in tenore: *In arboris,* et pluribus aliis cantibus mensuratis.

De motu longe.

Superius dictum est de motu brevi et ejusdem divisionis scilicet breviore et brevissimo, prosequendum est de longa, et ejusdem divisionis atque multiplicatione, scilicet longiore et longissimo; et primo de longis notulis. Longa notula immediate precedens longam, longam pausam vel punctum perfectionis perfecta dicitur valere tres breves perfectas sive imperfectas, ut hic :

Digitized by Google



Et si due breves quarum secunda alteratur, vel tres equales breves sive valor trium temporum ponantur inter duas longas vel inter longam et pausam longam, precedens longa est perfecta, ut hic :



Imperficitur, cum brevis a parte ante vel post juncta est vel comparata valore unius temporis, ut hic :

Notandum est quod longa perfecta, ut dictum est, dividitur in tribus brevibus perfectis sive imperfectis : Si in tribus perfectis, longa valet viginti septem minimas, quia quelibet brevis perfecta dividitur in novem minimis ; si in tribus imperfectis, videlicet octodecim minimis, quia quelibet brevis imperfecta dividitur in sex minimas. Et dividitur perfecte quoties prima divisio earum fit de tribus equalibus brevibus. Et si mensura in divisione semibrevium sit imperfecta, ita quod brevis tantummodo dividitur in quatuor minimis, scilicet longa perfecta divisa in tribus talibus brevibus, videlicet duodecim minimis, et sic longa perfecta divisa in viginti septem minimis.

In prima divisione est perfecta, videlicet in tribus brevibus.

In secunda divisione est perfecta, quia quelibet brevis est perfecta.

Et in tertia est perfecta, quia quelibet semibrevis est perfecta.

Si longa perfecta, in octodecim dividitur minimis, in prima divisione est perfecta, ut dictum est ; et etiam in secunda est perfecta.

Et tertia divisio est imperfecta, quia quelibet semibrevis valet tantummodo duas minimas. Vel alio modo secunda divisio potest esse imperfecta, quia quelibet brevis potest esse imperfecta, et quelibet semibrevis perfecta.

Si longa perfecta, videlicet si continet octodecim minimas, prima ejus divisio est perfecta, secunda est imperfecta, quia quelibet brevis valet duas semibreves ; et tertia est imperfecta, quia quelibet semibrevis valet duas minimas.

Longa perfecta fit in modis perfectis, scilicet in tertio, quarto in quinto.

Et imperfecta mensura longa juncta vel comparata cum brevi vel ejus equipollente precedenti vel subsequenti est imperfecta, ut hic :



Et in primo, secundo et sexto modo sunt longe imperfecte, dum teneant rectum ordinem. Et etiam imperfecta mensura longe valet duo tempora, nisi punctus perfectionis sibi apponatur.

Longa imperfecta dividitur in duabus brevibus perfectis sive imperfectis. Si in duabus perfectis dividitur longa imperfecta, videlicet in octodecim minimas, quia breves sue divisionis sunt perfecte, et etiam semibreves, si in duabus brevibus imperfectis duodecim minimas, quia breves sunt perfecte et semibreves imperfecte ; vel e converso, potest fieri per breves imperfectas et semibreves perfectas. Et si omnis divisio sit imperfecta, prima, secunda et tertia longa imperfecta est talis mensure, videlicet octo minimarum.

Duplex longa continens longiorem motum est longa duplicata in figura, valens duas longas perfectionis sive imperfectionis potest imperfici a brevi ante, ut hic :

Digitized by Google



vel post, ut hic:



A brevibus ante et post ut hic, et potest fieri brevis vel breves:



perequipollent unum tempus.

Et hoc notandum est, quando duplex longa dividitur in duabus longis perfectis, quia prima brevis imperficit primam longam, et brevis sequens secundam longam imperficit. Et si de semibrevibus sive de minimis, divisio ejusdem duplicis longe reducitur ad divisionem longe duplicatam secundum quamlibet mensuram.

Maxima longa signatur sicut duplex longa continens maximum motum, id est tres longas perfectas sive imperfectas, et in tali mensura fit alteratio longarum et talis maxima imperficitur a longa ante et post, et perficitur a longis tribus sive duabus in suo genere sicut continentur in aliis mensuris, sed particulariter fiunt in usu.

Quidam etiam dictas maximas signant per caudas; ponunt in figura dicte maxime plures caudas, et quot sunt caude in dicta maxima, tot valent, ut hic:



Sed modicum, ut hic, sunt in usu. Et hec de valore atque divisione notularum ad presens dicta sufficiant.

Capitulum de pausis.

Sicut refertur ad modum cantare, similiter refertur in cantu ad modum pausare. Pausa est mora cantandi perfecta per quantitatem temporum a tempore sive parte temporis mensurata et per exilem tractum pene signata de sursum incipientem, et deorsum incidentem per lineas atque spatia secundum pausarum quantitatem. Sicut duo sunt principales modi notularum, scilicet brevium et longarum, ita duo principales modi sunt pausarum, videlicet brevium et longarum.

Pausa brevis que facit tantum moram pausando quantum unum tempus perfectum, sive imperfectum pronuntiando, et est signata per tractum comprehendentem unum spatium atque tangentem duas lineas, ut hic:

Et est sciendum quod pause in modo suo tenent mensuram pausando notularum inter quas signantur, nisi dicte pause signentur de signis perfectionis sive imperfectionis, ut dictum est in capitulo precedenti. Ac etiam dicte pause perficiunt et imperficiunt in sua mensura notulas, quia pausa brevis imperficit longam et perficit brevem. Et simili modo alie pause perficiunt et imperficiunt quamlibet in mensura sua, ut dictum est de notulis sine pausis, licet quidam contrarium asserunt.

Brevium pausarum quedam sunt breves, de quibus dictum est, quedam semibreves et quedam minime. Pausa semibrevis est que facit tantam moram pausarum quantum semibrevis perfecta sive imperfecta pronuntiando, et signantur per tractum tangentem de sursum lineam et incidentem in spatium deorsum, ut hic: 

Quidam signaverunt unam pausam signatam in spatio super lineam et incidentem per lineam in spatio sub linea per unum tractum valentem

Digitized by Google

duas partes temporis perfecti, que particulariter sunt in usu, ut hic : 

Pausa minima est que facit tantam moram pausando quanta est minima nota pronuntiando, et signatur per tractum desursum incipientem in spatio et in linea incidentem, ut hic :  .

Longa pausa valet duo tempora et tria; si valet duo tempora, signatur per tractum tangentem tres lineas per duo spatia tracta, ut hic : 

Et si spatia sit trium temporum, signatur per tractum tangentem quatuor lineas et per tria spatia tracta, ut hic : 

Nec est in mensura musice major pausa mensurabilis.

Capitulum de copulis.

Ubi multitudo, ibi confusio, sicut dicitur, sed nobis cura est ad presens, excepta confusione, determinare de copulis per ordinem notularum in quibus presentialitas sive multitudo notularum continentur. Unde primo videndum est quid sit copula.

Est autem copula quedam congregatio notularum insimul propter affinitatem ligatarum cantanti per sui dispositionem suum designans valorem. Tres modi sunt principaliter copularum. Primus modus est de notulis quadratis tam ascendentibus quam descendetibus. Secundus modus est de notulis configuratis tam ascendentibus quam descendentibus. Tertius modus est de notulis appropriatis ascendentibus quam descendentibus, tam quadratis quam configuratis.

Omnis copula cujus secunda notula ascendit signat primam esse brevem, ut hic :  , nec decet illam configurari, ut hic : 

Ille notule dicuntur configurate que in uno corpore configurantur, ut tales :



Omnis copula cujus secunda notula discendit, signat primam esse longam tam quadratam, ut hic :  , quam configuratam, ut hic : 

Omnis copula cujus prima notula appropriatur desursum, signat primam notulam et secundam esse semibreves, tam in copulis duarum notularum quam trium, tam in quadratis quam in configuratis notulis, tam in copulis ascendentibus, quam descendentibus, ut hic :



Duarum tamen quarum ultima longa sit per naturam artis quia tunc non operatur talis proprietas, ut hic : 

Sed antiquitus prima erat brevis et altera longa, que modo non sunt in usu.

Sunt etiam aliqui qui ponunt pro uno tempore duas notulas copulatas quadratas et descendentes sic appropriatas : , que est contra regulam nisi ultima sit longa per naturam artis.

Est autem notularum quedam proprietas que tam per se quam copulata aliquando per exiles tractus penne factos est, aliquando per situationem notularum.

Omnis copula appropriata deorsum, cujus secunda nota descendit, signat primam esse brevem tam in notulis quadratis, ut hic :  , quam configuratis, ut hic :  , nec decet illam proprietatem assignare in copulis, quarum secunda notula ascendit, ut hic : 

Et si proprietas dextro latere patet notule quadrate, dicta prima esset longa, ut hic :

Digitized by Google



Notandum quod brevis notula, tam per se quam copulata, non debet sola proprietate signari, ut hic :



Nisi in copulis quarum secunda notula descendit, vel de semibrevibus, ut dictum est. Tamen antiquitus erunt predicte in usu.

Omnes medie notule sunt breves, nisi proprietas ascendens proponatur copule, et dicte due prime sunt semibreves, ut dictum est. Ille note dicuntur medie que ponuntur inter primam et ultimam copule.

Omnis notula finalis recte ascendens signat illam esse brevem, ut hic : , nisi, ut dictum est, prima duarum approprietur desursum, et nisi dicta finalis approprietur dextro lateri, ut hic :



quia est longa.

Si in recto super penultimam finalis ascendit, longa est, ut hic :



Omnis notula finalis et descendens, longa est, ut hic, tamen in corpore quadrato :



Si sit configurata, brevis est, ut hic :



nisi in copulis duarum tantum semibrevium opposita proprietas proponatur, ut hic :



quia sunt semibreves, ut prius dictum est.

Antiqui musice mensurabilis auctores opposuerunt notulis singularibus et finalibus copularum quasdam proprietates ascendendo vel descendendo, de predictis notulis subtrahentes aliquam partem ipsarum scilicet semibrevium, minimarum, in alia voce de sursum, si proprietas ascendit, ut talis : ; et deorsum, si proprietas descendit, ut etiam talis : ; de quibus proprietatibus sive substitutionibus non utuntur moderni, quia in modo dictorum modernorum notandi libros notula usque ad minimam proprie figuratur et signatur. Quod e causa semibrevis sive minime substricte a notulis predictis certius figurantur per notulas in debito valore quam per proprietates. Nam notula est notitia motus vocum, et proprietas, ut dictum est, quedam notitia de valore notularum et non de motu vocis; et ideo signari debent potius per notulam quam per proprietatem, ubi evitare possit.

Diffinitio semiminimarum.

Sunt aliqui magistri qui volunt minimas subdividere, et tales sic subdivisas semiminimas nuncupare. Nota quod, secundum suum vocabulum, improprie dicerentur minime, quia secundum diffinitionem Philosophi, non est dare minimum minimo. Sed debet sane intelligi, quia cum musica mensurata, nisi cum aliquis cantus accipitur sub aliqua temporis quantitate ipsum protrahendo seu abre-

Digitized by Google

viando distincte et infallibiliter secundum voluntatem cantoris, nec non et ipsum tempus sic sumendo quod per partes ejus, secundum certum numerum, intelligibiliter dividi et subdividi possint, semper servata ipsius temporis debita proportione, et hoc secundum omnes cantores veteres et modernos.

Igitur attendendum est quod, cum in tali mensura non sit per aliquem diffinitum, quantum ipsum tempus debeamus protrahere vel breviare, quin ipsum sub eodem dicere, secundum quod dictum est, longius vel velocius in modo vel tempore conjunctum vel divisum, perfecte vel imperfecte semper in musica dictus numerus accipitur, possit assumi vocis agilitate pensata secundum quam agilitatem tot semibreves tales poterint pro uno tali tempore ponere quot per se proferre valebit mensura determinata servata. Et illa semibrevis apud talem cantorem minima et non semiminima poterit nuncupari, que in suo divisionis tempore indivisibilis continebit; tamen ut communis prolatio de talibus semibrevibus possit salvari, et manutentio declarari, secundum quod cum diversi magistri preteriti et moderni subdivisis diffinitionibus et prolationibus ipsum tempus assumperint dicti temporis partes ad certum numerum reducendo, ut pote quia *Magister Franco* qui fuit artifex ipsius musice mensurate per figuras certas numeris temporibus demonstrans, posuit ipsius temporis diffinitionem in tam modicam temporis quantitatem, quod non possit, nisi in tres semibreves equales, dividi quarum nulla dictarum divisionem aliquam paterent secundum conceptum suum.

Magister vero Philippus, flos et gemma cantorum, aliter distinguit dictum tempus, quia de talibus tribus temporibus quantum ad eorumdem prolationem, secundum dictum *Franconis,* unum tempus instituit quod recte per divisionis partes ejus et per ternarium numerum distinguitur; quia quidem ternitas perfectionem denotare videtur, tempus perfectum appellat. Sed *Marchetus de Padua,* volens artem tradere qualiter cantus de Italia cantatur, distinguit tempus perfectum in duodecim partes equales, quod si bene attenditur respiciendo partes, potius posset dici imperfectum quam perfectum; nam si predictum tempus volumus imperficere, dempta tertia parte ipsius temporis, remanebunt due quibus multiplicatis per binarium numerum sepius habebimus tempus dicti *Marchetti,* et quantum ad valorem et quantum ad ipsius cantus prolationem; quia ut plurimum cantus in Italia cantatur sine mensura, cantus Gallici, cantatus proportionabiliter, ad binarium numerum reducitur; et binarius numerus imperfectus esse ab omnibus diffinitum est.

Et cum supradicti magistri dicta tempora sic distincta et diffinita per divisas partes dividant secundum divisas melodias, et actus divisos cantandi sive in modo perfecto et tempore imperfecto, et e converso, vel in modo et tempore perfecto vel imperfecto predictas partes temporis per divisa nomina positiva sive comparativa sive superlativa nuncupentur videlicet per duas minores et minimas, et sic de aliis.

Et sic clare apparet ex dictis quod talis comparatio fit potius respective quam realiter, quia tanto dicimus illam notam majorem vel minorem, quanto plures vel pauciores ipsius temporis partes continet; et illam dicimus minimam que extremam partem dicti numeri assumpti pro tempore continet secundum supradictorum traditionem seu quorumcumque aliorum; idcirco quia nullus potest sub tali proportione accipere magnum vel parvum tempus quod alius non habeat arbitrium accipiendi illud majus vel minus secundum quod dictum est.

Quare sequitur quod, dicto arbitrio stante, quidquid ex agilitate vocis apte et pulchre supradictum numerum pretaxatum quis facere poterit, semiminimam poterimus respective nuncupare, sicut dicimus parvum montem et magnum vultum; nec

Digitized by Google

dictis semibrevibus fuerunt dicta nomina imposita, videlicet majoritatis et minoritatis ut ex toto eis aliter pervenirent, nec per respectum ad alias majores vel minores, sed ut possumus partem quamlibet dicti temporis per aliquid nomen sibi convenientius impositum unam vel alteram recognoscere, et hoc patet ut diversi eas diversimode nuncuparent.

Nam Magister Franco vocat semibreves illas que, quantum ad prolationem, secundum Philippum, possent vocari minime; et sicut apparet in quatuor gradibus semibrevis que valet tertiam partem temporis, secundum Philippum, uno modo vocat eam brevissimam quod non minus quam minimam denotatur, alio modo vocat eam parvam. Et sic constat quod considerata duplici significatione vocabulis aliis suprascriptis secundum quod habet se vel ad medium vel ad imperfectum, non tantum semiminima posset dici, sed semiminissima, si grammatica pateretur; et agilitas vocis se tantum extenderet quod dictam semiminimam subdividere posset, quia, quando aliquid remanet indivisibile proportionabiliter secundum mensuram ipsius cum adjunctione dicti adjecti semi, congrue potest ipsi nomen imponi respective vel significative; nec propter hoc est contra diffinitionem Philosophi positam, ubi dicit: quod non est dare minimum minimo. Nam si unus parvus lapis inter maximos poneretur, ille talis lapis quantum ad alios minimus vocaretur; tamen si dictus lapillus adhuc divideretur, per frustra oporteret frustrum quodlibet alio nomine nuncupari, et inter dicta frustra quantumcumque parvum compartitionem facere videtur aliquid ipsorum majus et minus vel minimum asserendo necessario expediret. Propterea si minima, ut minima describitur, partitur alterationem, sicut in quatuor gradibus invenitur, quia non posset pati subdivisionem, mensura debita observata probationibus supradictis. Unde valde bene posse fieri sive tolerari quod semiminima nuncupatur, ubi mihi occurrit, salvo ideo meliori.

De pausa, utrum possit alterari vel non.

Cum venerabilis Magister Franco, primus inventor artis musice mensurabilis, posuit tempus mensuratum per multas figuras varias et diversas, longas, breves et semibreves ac etiam pausas et in gradu ternario quelibet supradictarum notarum alteratur, modo videndum est utrum pausa possit alterari, cum consistat in dicto tempore et gradu ternario. Respondendum est quod pausa non est nota, sed est representatio note quantum ad valorem, et quia nota, que representatur vel significatur per pausam cujuscumque figure, sit ipsa pausa, dicta nota aliquando perficitur ab illis notis que descendunt ab ipsis tam perfectis quam imperfectis et ad ipsas debent reduci; et ista de causa note imperficiuntur ab aliis notulis, cujuscumque generis sint, sed a supradicta pausa non descendit nota alicujus forme nec in corporibus quadratis nec obliquis ut ad ipsam possunt reduci. Idcirco non perficitur nec imperficitur, et ideo non patitur alterationem, posito quod in dicta pausa tempus parvum est obmissum et vacuum; et quod est vacuum, non facit vocem quia vox procedit ab ore animalis prolata secundum Philosophum. Tamen alteratio permittitur causa necessitatis; hec est venia; sed modus perfectus et imperfectus necessitatem non habent ut pausa alteretur. Sed bene potest ipsa pausa facere notas alterare, specialiter longas, breves et semibreves et minimas que reducuntur per ternarium numerum in gradu ternario; sed minima nunquam imperfici potest nec ante, nec post.

Et est sciendum quod nota que alteratur, semper habet valorem duplicatum in modis perfectis vel divisionibus ubi posita est. Et notandum quod nota, que recipit imperfectionem, non potest recipere alterationem prout minimam; et si aliquando videtur quod pausa imperficiatur ab aliqua nota, non est verum, quia tunc computatur in reductio-

Digitized by Google

ne ternarii numeri propter modum perfectum quod semper reducetur per ternarium numerum. Et de hoc specialiter et diffuse notatur in tractatu *Reverendi Magistri Johannis Veruli de Anagnia* musice doctoris, quod pausa nunquam alterari potest.

DE MINIMA UTRUM POSSIT IMPERFICI VEL NON.

Quia larga, longa, brevis et semibrevis imperficiuntur a notulis minoribus vel a valoribus, quelibet in genere suo, nunc videndum est quomodo simplex minima possit imperfici a semiminima que est minoris valoris quam dicta simplex minima, cum de similibus sit idem judicium. Dicendum est quod dicta simplex minima sit per oppositam proprietatem minuta ad differentiam aliarum semibrevium, quia opposita proprietas semper diminuit valorem note in quacumque nota ponatur, et quia de dicta minima non descendit alia forma note minoris valoris de qua possit imperfici, sicut descendunt ab aliis notis, quia brevis non potest imperficere aliam brevem, et sic de similibus; ac etiam nota que imperficitur potest recipere perfectionem per punctum perfectionis, et statim nota efficitur perfecta in genere suo; et quia minima non potest recipere perfectionem predicti puncti quia efficeretur perfecta valoris trium minimarum, que nunquam inventa fuit, ideo non imperficitur nec etiam perficitur, quia minima, ubicunque ponatur, minimum locum tenet; et si dicitur quod imperficiatur a semiminima, quia minima valet duas semiminimas, non est bona ratio quia nulla nota imperficitur a duabus notis similibus suis formulis, sed a tertia partis sui valoris tantum, et sic evitandum est, quia minima et semiminima unum corpus, unam figurationem habet. Posito quod semiminima sit aliquantutum divisa in capite ad modum hami, tamen minima est in divisione unde habet originem suam; sed propter agilitatem vocis prolationes invente fuerunt et nuncupantur semiminime respective ad differentiam prolationum et divisionum majorum, et dicitur semiminima non a semis quod sit dimidium, sed a semis quod est imperfectum. Tamen per simplicem minimam omnes divisiones reducuntur ad perfectionem, quelibet in numero suo, salvo semper dicto meliori.

XVI

PROSDOCIMI DE BELDEMANDIS

TRACTATUS DE CONTRAPUNCTO

TRACTATUS PRIMUS.

DE CONTRAPUNCTU.

PROLOGUS.

Scribit Aristoteles, secundo Elencorum capitulo ultimo, facile fore inventis addere, et ex hoc dignissimum esse de inventis infinitas inventoribus habere grates, quod etiam assero. Qua de re in hoc meo opusculo, in quo intendo de contrapuncto determinare, non intendo in aliquo precessoribus nostris, qui circa hanc artem laboraverunt, obviare, sed eadem tangere que et ipsi

Digitized by Google

tetigerunt, licet diversimode, aliqua tamen per modernos usitata reprobando.

CAPITULUM PRIMUM.

Quia igitur cantum contra cantum sumere duobus modis inveniri potest, scilicet quando plures note contra unicam solam notam sumuntur, et supra vel infra ipsam scribi vel cantari habent, et quando unica sola nota contra aliam unicam solam sumitur, et supra vel infra ipsam scribi vel cantari habet. Est sciendum, quod contrapunctus potest sumi dupliciter, scilicet communiter sive large, et proprie sive stricte. Contrapunctus largo modo sive communiter sumptus, est plurimarum notarum contra aliquam unicam solam notam in aliquo cantu positio, et de tali non intendo hic determinare, nec talis vere contrapunctus nominatur.

Contrapunctus vero proprie sive stricte sumptus, est unius solius note contra aliquam aliam unicam solam notam in aliquo cantu positio, et de tali hic bene intendo determinare, cum hic vere contrapunctus nominari habeat, eo quod in ipso est vera contrapositio, quia scilicet contrapositio note contra notam, que contrapositio vere est interpretatio istius termini contrapunctus, cum contrapunctus dicatur quasi contrapositio note scilicet contra notam, quando scilicet nota supra vel infra notam scribi vel cantari habet, et est hujusmodi proprie contrapunctus sumptus. Alterius communiter sumpti fundamentum eo quod habita notitia hujus, statim haberi potest notitia alterius, saltim apud usitatos circa cantum fractibilem.

Item sciendum quod hujusmodi contrapunctus, scilicet proprius est duplex, scilicet vocalis et scriptus. Vocalis qui profertur, et scriptus qui scribitur; de quibus ambobus intelligenda sunt omnia que de contrapuncto inferius dicentur. Ex quo sequitur contrapunctum communiter acceptum, qui ex proprio accepto sequitur et super ipso fundatur, etiam esse duplicem, scilicet vocalem et scriptum, et vocalem esse illum, qui profertur, et scriptum, qui scribitur.

Item sciendum, quod hec ars contrapuncti artem practice cantus plani presupponit absque qua nihil hujusmodi scientie haberi poterit.

Item sciendum, ne admiratio aliqua tibi insurgat, quod in hoc meo tractatulo non intendo omnia tangere que ab aliis in hac arte tracta sunt, sed solum illa tangere intendo que huic arti mihi necessaria videbuntur.

TRACTATUS SECUNDUS.

CAPITULUM PRIMUM.

De declaratione combinationum.

His ergo sic declaratis, ad declarationem combinationum vocum accedamus. Unde dico quod vocum combinatio est duorum vocum consonantiam vel dissonantiam auribus reddentium insimilis aggregatio; et intelligo per voces, voces musicales, que sunt sex, scilicet : *ut, re, mi, fa, sol, la.*

Ulterius dico quod combinationes vocum in hac arte nominari solite ab omnibus nostris precessoribus quamplures esse recitantur; scilicet : unisonus, secunda, tertia, quarta, quinta, sexta, septima et octava que tantum valet quantum unisonus, quoniam omnis cantus inceptus in uno sono inchoari potest in octava, et e contrario. Item una nona que tantum valet quantum una secunda propter causam dictam, et una decima propter causam dictam uni tertie assimilatur, et undecima quarte, et duodecima quinte, et tertia-decima sexte, et quarta-decima septime, et quinta-decima unisono et octave, et sexta-decima due et none, et septima-decima tertie, et decime et octava-

Digitized by Google

decima quarte et undecime, et nona-decima quinte et duodecime, et vigentesima sexte et tertie-decime, et una et vigesima septime et quarte-decime, et duo et vigesima unisono octave et quinte-decime; et sic ulterius isto modo in infinitum procedendo, si in infinitum voces vel instrumenta elongari possent.

Unisonus est quando ambe voces contrapunctum facientes in eadem parte manus musicalis et voce reperte sunt, et dicitur notabiliter in eadem parte manus musicalis et voce, quum possent esse due voces in eadem parte manus musicalis, et tamen non unisone, sicut est de *fa* et *mi* que in *b fa, b mi,* reperiuntur; que, licet sint in eadem parte manus musicalis, ut apparet, non tamen sunt unisone, quia in eadem voce non sunt nec existere possunt.

Secunda est quando una vox in secundo loco manus musicalis a loco alterius reperitur; tertia vero quando in tertio, et sic ultra.

Item de istis combinationibus scire debes quod quedam sunt combinationes consonantes sive concordantes, sive bonas consonantias auribus humanis resonantes, sicuti sunt unisonus, tertia, quinta et sexta et sibi equivalentes, scilicet: octava, decima, duodecima, tertia-decima, quinta-decima et hujusmodi. Et quedam sunt dissonantes, sive discordantes, sive dissonantias auribus humanis resonantes sicuti sunt secunda, quarta, septima et sibi equivalentes, uti sunt nona, undecima, quarta-decima et hujus modi. Scias tamen quod quarta et sibi equivalentes minus dissonant quam alie conbinationes dissonantes, imo quodammodo medium tenent inter consonantias veras et dissonantias, in tantum quod, secundum quod quidam dicunt, ab antiquis inter consonantias numerabantur.

Item sciendum quod combinationum consonantium quedam sunt perfecte et quedam imperfecte; perfecte sunt, scilicet: unisonus, quinta et istis equivalentes, uti sunt octava, duodecima et hujusmodi; et dicuntur perfecte quia perfectissimam consonantiam reddunt auribus humanis. Imperfecte sunt, scilicet: tertia, sexta et sibi equivalentes uti sunt decima, tertia-decima et hujusmodi; et dicuntur imperfecte quia licet consonantiam bonam reddant auribus humanis, non tamen perfectam, sed imperfectam.

Item sciendum quod duplex reperitur quelibet consonantia preter unisonum, et etiam omnis dissonantia, scilicet major et minor, sed de dissonantia nullam faciam mentionem quantum ad suam majoritatem vel minoritatem, quum nulla dissonantia in contrapuncto proprie sumpto reperiri debet, licet bene in cantu fractibili reperiatur, sed tunc non est cura, utrum talis tunc major vel minor existat. Major ergo tertia est illa que in se duos continet tonos; minor vero illa que in se tonum cum semitonio retinet.

Quinta vero major est illa que in se tres continet tonos cum uno semitonio, et est illa quinta que inter consonantias perfectas numerata est, et quam dicunt auctores musice in proportione sexquialtera consistere.

Quinta vero minor est illa que in se continet duos tonos cum duobus semitoniis, et nullam in se firmam retinet proportionem, nec consonans combinatio est, sed inter combinationes vere discordantes numeratur.

Sexta vero major est illa que in se quatuor continet tonos cum uno semitonio. Minor vero sexta est illa que in se tres continet tonos cum duobus semitoniis.

Octava major est illa que in se quinque continet tonos et duo semitonia, et hec est illa octava que inter consonantias perfectas numerata est, et quam auctores musice antiqui necnon moderni in proportione dupla consistere dixerunt.

Octava vero minor est illa que in se quatuor

Digitized by Google

continet tonos cum tribus semitoniis, et hec octava inter combinationes vere discordantes numeranda est, nec in se aliquam firmam retinet proportionem; reperitur etiam octava maxima, et est illa que in se sex continet tonos et unum semitonium, que octava maxima etiam inter combinationes vere discordantes numeranda est. Et ut brevius et utilius notitia harum vocum combinationum majorum vel minorum habeatur, notande sunt infrascripte regule.

Prima ergo regula est hec, quod quantitas discreta in se comprehendens tonos et semitonia in istis combinationibus vocum tam concordantibus quam discordantibus reperta, in eodem numero consistit a quo denominata est combinatio illa, una unitate dempta, ut verbi gratia, si de numero binario a quo denominata est, secunda subripiatur unitas, remanet unitas alia, que est quantitas tonorum sive semitoniorum in secunda repertorum, quia secunda non habet nisi tonum aut semitonium unum. Similiter si de numero ternario a quo denominata est tertia removeatur unitas, remanet numerus binarius qui est quantitas tonorum et semitoniorum in tertia repertorum, quia tertia non habet nisi duos tonos, vel tonum cum semitonio. Similiter si de numero quaternario, a quo denominata est quarta, removeatur unitas, remanet numerus ternarius qui est quantitas tonorum et semitoniorum in quarta repertorum, quoniam quarta non habet, nisi tres tonos vel duos cum uno semitonio. Similiter si de numero quinario, a quo denominata est quinta, removeatur unitas, remanet numerus quaternarius qui est quantitas tonorum et semitoniorum in quinta repertorum, quia quinta non habet nisi tres tonos cum uno semitonio, vel duos tonos cum duobus semitoniis, et sic per simile de omnibus aliis vocum conbinationibus tam concordantibus quam discordantibus.

Secunda regula est hec, et per simile communis ad omnes vocum combinationes tam concordantes quam discordantes, quod omnis vocum combinatio major ab unisono exclusive usque ad quintam exclusive reperta in se nullum continet semitonium. Minor vero unicum solum in se continere semitonium inventa est. Omnis vero major vocum combinatio a quinta exclusive usque ad octavam exclusive reperta, in se unicum solum continet semitonium. Minor vero duo semitonia in se continere reperta est, omnis vero major vocum combinatio ab octava inclusive usque ad duodecimam exclusive reperta est, in se duo continet semitonia, minor vero tria. Omnis vero major vocum combinatio a duodecima inclusive usque ad quintamdecimam exclusive reperta tria in se continet semitonia, minor vero quatuor; et sic deinceps semper de combinatione perfecta in combinationem imperfectam immediatam unicum solum addendo semitonium, et dicitur major combinatio, quia per majorem distantiam dilatam; minor vero quia per minorem.

Tertia regula est hec, quod quelibet combinatio major ipsammet combinationem minorem excedit per semitonium diatonicum, quod majus semitonium apud musicos appellatur, ex quo sequitur quod in reducendo majorem combinationem ad ipsammet minorem vel e contrario, non oportet nisi addere vel diminuere tale semitonium majus sive diatonicum.

Quarta et ultima regula est hec, quod omnia semitonia in combinationibus reperta sunt semitonia enarmonica, que apud musicos semitonia minora nuncupantur, quorum semitoniorum tam majorum quam minorum investigatio ad propositum non spectat, sed solius theorici musici est speculatio, cum simplex practicus propter quid rei est inquirere non debeat, sed ad solum quia est rei, debet contentus permanere.

Digitized by Google

CAPITULUM SECUNDUM.

De ordinatione combinationum.

Pro ordinatione autem harum combinationum in contrapuncto proprie sumpto has nota regulas.

Prima ergo regula hec est, quod discordantie superius nominate, scilicet : secunda, quarta, septima et quinta minor, octava minor et maxima, et sibi equivalentia, nullo modo in contrapuncto usitande sunt, eo quod propter ipsarum dissonantiam cordiali armonie et nature inimicantur; que armonia finis hujus artis existere videtur. Usitandum tamen in cantu fractibili, eo quod in ipso propter velocitatem vocum earum non sentiuntur dissonantie.

Secunda regula est hec, quod contrapunctus nunquam finiri vel incipi debet nisi in combinationibus perfectis, scilicet in unisono, vel in quinta majori vel in octava majori, vel in his equivalentibus; et ratio hujus est, quoniam, si auditor per armonias mulceri habet, oportet ipsum primitus admoveri per armonias dulciores et nature amicabiliores, que sunt consonantie perfecte superius nominate, et sic ipse preponende sunt. Demum et ipse auditor dimitti debet cum dulciore et armonia nature delectabili, ne ipsius auditoris anima dulci consonantia precedente mota, duritie consonantie finalis ab eo quod per armoniam intenditur, scilicet gaudio et delectatione amoveatur.

Tertia regula est hec, quod insimul cum cantu supra vel infra quem contrapunctamus, nunquam ascendere vel descendere debemus cum eadem combinatione perfecte concordante, ut cum unisono vel quinta majori, vel octava majori, vel cum his equivalentibus, licet bene cum diversis vocum combinationibus perfecte concordantibus hoc agere possumus; et ratio hujus est, quum idem cantaret unus quod alter, dato quod in diversis vocibus insimul concordantiam habentibus quod contrapuncti non est intentio, cum ejus intentio sit, quod illud, quod ab uno cantatur, diversum sit ab illo quod ab altero pronuntiatur, et hoc per concordantias bonas et debite ordinatas.

Quarta regula est hec, quod contrapunctare non debemus cum combinationibus imperfecte concordantibus, continue nullam combinationem perfecte consonantem interponendo, quum tunc ita durum esset hoc cantare, quod in ipso nulla penitus reperietur armonia, que armonia finis totalis musice existere videtur.

Quinta regula est hec, quod in combinationibus perfecte consonantibus nunquam ponere debemus *mi* contra *fa*, nec e contrario, quum statim ipsas vocum combinationes perfecte consonantes minores vel maximas constitueremus, que discordantes sunt, ut supra dictum est.

Sexta et ultima regula est hec, quod cum combinationibus perfecte consonantibus majoribus sive minoribus ascendere vel descendere possumus insimul cum cantu supra vel infra quem contrapunctamus, combinationes tamen perfecte concordantes interponendo, cujus ratio est; quia ex hoc consurgit cantus diversus et non idem propter ineptitudinem quam habet natura ad has combinationes imperfecte consonantes, ac tamen tum harmonia est delectabilis. Unde scire debes quando inter quaslibet duas consonantias perfectas immediatas cadit una imperfecta, ut verbi gratia inter unisonum et quintam cadit tertia, inter vere quintam et octavam cadit sexta, inter vero octavam et duodecimam cadit decima, et sic ulterius; et quando fit accessus ab aliqua istarum consonantiarum imperfectarum ad aliquam perfectarum inter quas ipsa imperfecta combinatio ponitur, fit dulcissimus modus cantandi. Reperiuntur etiam et alii modi dulcissimi cantandi, quos scribere foret valde difficile, et forte im-

Digitized by Google

possibile, cum tales modi quodammodo infiniti sint, et diversis diversimode delectabiles; quapropter insurgit diversistas contraponentium et ideo a scriptura relinquendi.

TRACTATUS TERTIUS.

CAPITULUM PRIMUM.

De ficta musica.

His visis, aliquid de ficta musica, que huic arti necessaria est, est pertractandum. Unde ficta musica est vocum fictio, sive vocum positio in loco ubi esse non videntur, scilicet ponere *mi* ubi non est *mi*, et *fa* ubi non est *fa*, et sic ulterius. De qua ficta musica est primo sciendum quod ipsa nunquam ponenda est nisi loco necessitatis, eo quod nihil ponendum est in arte sine necessitate.

Item sciendum est quod ficta musica inventa est solum propter consonantiam aliquam colorandam, que consonantia aliter colorari non posset, quam per fictam musicam. Et ex istis duobus notabilibus apparere potest, quomodo quasi omnes cantuum compositores circa hanc fictam musicam sepissime errant, quum ipsa multotiens utuntur in loco ubi non est necessitas, sicut verbi gratia quando ad clavem de natura ponuntur *b* rotundum sive molle, scilicet in clave *mi* gravi, quia tunc illud *b* molle sive rotundum ponere possent ad clavem ♮ quadri sive duri, scilicet in *b fa*, ♮ *mi*, acuto absque aliqua ficta musica, et idem in opere proveniret, scilicet in eorum discantibus, sicuti apparere potest cuilibet subtiliter consideranti.

Item sciendum quod signa hujus ficte musice sunt duo, scilicet *b* rotundum sive molle, et ♮ quadratum sive durum; que signa nobis demonstrant vocum fictionem in loco ubi tales voces esse non possunt. Unde ubicumque ponitur *b* rotundum sive molle, dicere debemus hanc vocem *fa*, et ubicumque ponitur ♮ quadrum sive durum, debemus dicere hanc vocem *mi*, sive tales voces ibidem sint sive non; cujus ratio est quia in hac ditione *b fa*, ♮ *mi*, in qua ponitur utrumque istorum B, immediate ante *fa* ponitur *b* rotundum sive molle, et tali voci *fa* famulatur; immediate vero ante *mi* ponitur ♮ quadrum sive durum, et tali voci famulatur *mi*; et ideo ad *b* rotundum sive molle dicimus *fa*, et ad ♮ quadrum dicimus *mi*.

Item sciendum est quod hec duo signa sunt signa totaliter opposita, eo quod modo opposito totaliter operantur; quum si sit in ascensu *b* rotundum sive molle, ascensus diminuitur, et ♮ quadrum ipsum augmentat. Si vero sit in descensu, fit e contrario, quoniam tunc *b* rotundum descensum augmentat, et ♮ quadrum ipsum diminuit; et non addunt vel diminuunt ista duo signa nisi semitonium diatonicum sive majus, quod semitonium est excessus quo major combinatio ipsamet minorem excedit, ut supra dictum est. Scias tamen quod, quando hec signa ponuntur propter aliquam consonantiam colorandam, semper poni debent immediate ante notam que in voce propter talem consonantiam colorandam varianda est, sive talis nota sit in tenore sive in discantu; et sive ipsa sit in linea sive in spatio, cum quodlibet tale signum non deserviat, nisi note immediate sequenti ipsi.

Item ultimo pro notitia collocationis istorum duorum signorum, scilicet *b* rotundi et ♮ quadri, est sciendum quod octavis, quintis et his similibus ponenda sunt hec signa secundum quod oportet addere vel diminuere ad ipsas reducendum ad bonas consonantias, si prius foret dissonantias, eo quod tales combinationes in contrapuncto semper majores sive consonantes esse debent. Sed in vocum combinationibus imperfecte consonantibus, sicuti sunt tertia, sexta, decima et hujusmodi, ponenda sunt etiam hec signa secundum quod oportet addere vel diminuere in

Digitized by Google

ipsas reducendo ad majoritatem vel minoritatem opportunas, eo quod tales combinationes in contrapuncto alii majores et alii minores esse debent; et si hanc diversitatem scire cupis, quando scilicet ipse debent esse majores et quando minores, considerare debes locum ad quem immediate accedere debes post tuum recessum a tali consonantia imperfecta. et tunc videre debes an locus a quo recedis magis distet a loco ad quem immediate accedere intendis, faciendo talem consonantiam imperfectam majorem, an in faciendo minorem, quum illam semper sumere debes que minus distet a loco ad quem immediate accedere intendis, sive illa sit major sive minor, et debes tunc facere ipsam per signa superius posita, de majori minorem vel e contrario, scilicet de minori, majorem secundum quod oportet, cujus ratio est et non alia quam dulcior armonia.

Sed quia hec dulcior armonia ex hoc proveniat, potest talis assignari ratio satis persuasiva, quam si de ratione imperfecti sit sui appetere perfectionem, quod aliter esse non potest, quam propter approximationem sui ad rem perfectam. Hinc est quod quanto consonantia imperfecta magis appropinquat perfecte ad quam accedere intendit, tanto perfectior efficitur, et inde dulcior armonia cantus; et ut melius supradicte intelligantur, pono hoc exemplum:

Unde si hec signa in hoc exemplo posita bene consideras, primum ♮ quadrum in cantu superiori positum facit illam sextam minorem esse majorem, eo quod in sua majoritate minus distat a loco ad quem accedere intendit, scilicet ab octava majori immediate sequenti, quam in sua minorate; *b* vero molle sive rotundum in cantu superiori repertum facit illam sextam majorem esse minorem, eo quod in sua minoritate minus distat a loco ad quem accedere intendit, scilicet ab octava majori immediate sequenti, quam in sua majoritate. Et persimile ponitur primum ♮ quadrum in cantu inferiori et propter eamdem causam, quum talis sexta in sua minoritate minus distat a loco ad quem immediate accedere intendit, scilicet ab alia sexta immediate sequenti, quam in sua majoritate; ♮ vero quadrum secundum in cantu superiori repertum positum est et primum ipsius cantus superioris; sed ♮ quadrum secundum in cantu inferiori positum facit illam tertiam majorem esse minorem, eo quod in sua minoritate minus distat a loco ad quem accedere intendit, scilicet ab unisono immediate sequenti quam in sua majoritate; et hec omnia comprehendere poterit quilibet boni ingenii, si ipsa subtiliter speculabitur.

SUFFICIANT ERGO ISTA DE CONTRAPUNCTO PER MUSICORUM MINIMUM PROSDOCIMUM DE BELDEMANDIS PATAVII, ANNO DOMINI 1412, IN CASTRO MONTAGNANE PADUANI DISTRICTUS BREVITER COMPILATA.

EXPLICIT TRACTATUS.

Digitized by Google

XVII

PROSDOCIMI DE BELDEMANDIS

TRACTATUS PRACTICE DE MUSICA MENSURABILI.

Quoniam multitudo scripture lectoris animo sepius fastidium non parum infert, in tantum quod operis prolixi ob hoc quam multi nullatenus finem attingere valeant, idcirco ego Prosdocimus de Beldemandis, Patavus, musicorum minimus, intendo quedam que prolixius in quibusdam expositionibus super tractatum cantus mensurabilis Johannis de Muris per me expeditis tradita sunt, in isto tractatulo sub compendio readunare; modum ipsius Johannis de Muris quas in totum observando, dubia et prolixa in ipsius expositionibus per me tradita quasi dimittendo, et hoc ut brevitate gaudentes citius ad finem optatum pervenire valeant.

Tractatum ergo meum incipiendo dico quod sex sunt figure quibus utimur in cantu mensurabili, scilicet maxima que alio nomine duplex longa nominatur, longa, brevis que alio nomine tempus nominatur, semibrevis, minima et semiminima, et tales per ordinem sic figurari habent:



Et si alique reperiredtur figure nullam istarum figurationem totaliter habentes, subtiliter est intuendum quoniam reperiretur eas ad aliquam supradictarum reduci debere.

Istarum autem sex figurarum solum quatuor prime sunt perfectibiles et imperfectibiles; perfectibiles namque sunt, quando sunt imperfecte, imperfectibiles vero, quando sunt perfecte.

Perfecte namque et imperfecte tres prime istarum possunt esse dupliciter, scilicet quo ad totum et quo ad partem vel partes : quo ad totum sunt perfecte, quando valent tres de immediate sequentibus; imperfecte vero quo ad totum sunt, quando de eis valent solum duas; et intelligo figuram sive notam mediate vel immediate sequi respectu ordinis sub quo prius numerate sunt, et sic semper in posterum intelligam, quando de immediatione sive mediatione notarum faciam mentionem. Verbi gratia : nam maxima tunc est perfecta quo ad totum, quando valet tres longas; imperfecta vero quo ad totum, quando valet solum duas. Longa etiam tunc quo ad totum est perfecta, quando valent tres breves, imperfecta

Digitized by Google

vero quo ad totum est, quando valet solum duas. Brevis etiam tunc quo ad totum perfecta est, quando valet tres semibreves; imperfecta vero tunc quo ad totum est, quando valet solum duas. Semibrevis etiam, que non potest imperfici nisi quo ad totum, perfecta est, quando valet tres minimas; imperfecta vero tunc quo ad totum est, quando valet solum duas.

Quo ad partem vel partes vero perfecte sunt tres prime figure, quando ipsarum pars vel partes sunt perfecte. Imperfecte vero quo ad partem vel partes tunc sunt, quando ipsarum pars vel partes imperfecte sunt, verbi gratia: nam maxima tunc quod ad partem vel partes perfecta est, quando aliqua ipsius longa, vel brevis, vel semibrevis, vel alique ipsius longe, vel breves, vel semibreves, que sunt partes ipsius maxime, ex eo quod quelibet nota minoris valoris note majoris valoris dicitur esse pars, perfecte sunt. Imperfecta vero, quo ad partem vel partes tunc est, quando aliqua ejus longa, vel brevis, vel semibrevis, vel alique ejus longe, vel breves, vel semibreves sunt imperfecte. Longa etiam tunc quo ad partem vel partes est perfecta, quando aliqua ejus brevis, vel semibrevis, vel alique ejus breves, vel semibreves sunt perfecte. Imperfecta vero quo ad partem vel partes tunc est, quando aliqua ejus brevis, vel semibrevis, vel alique ejus breves, vel semibreves sunt imperfecte. Brevis etiam tunc quo ad partem vel partes est perfecta, quando aliqua ejus semibrevis, vel alique ejus semibreves sunt perfecte. Imperfecta vero quo ad partem vel partes tunc est, quando aliqua ejus semibrevis, vel alique ejus semibreves sunt imperfecte. Semibreves vero quo ad partem vel partes nullo modo potest imperfici, ex eo quod ejus partes, que sunt minima et semiminima non sunt perfectibiles nec imperfectibiles; et hoc est quia nulla ipsarum in tres partes sibi immediatas est divisibilis, quod etiam asserit Johannes de Muris. Sed licet in rei veritate ita sit, major tamen pars modernorum oppositum affirmat, sibi pro firmo stabilitans, quod minima et semiminima per punctum possint perfici, quod puto fore falsissimum, quoniam si minima et semiminima per punctum possent perfici, sicut et alie figure majores, tunc ita deberent aliquando esse perfecte sine puncto sicut et alie figure majores, sed hoc non est, ergo ipse non possunt per punctum perfici. Item adhuc, si per punctum possent perfici, ut dicunt isti moderni, tunc quelibet ipsarum deberet ita habere unam mensuram sibi appropriatam in qua per punctum perficeretur uti habent alie figure majores sicut statim dicetur; hoc nunquam visum est, nec ipsi concederent; ergo perficere non habent minimam nec semiminimam per punctum quod fuit declarandum; relinquenda est ergo eorum opinio.

Ultra predicta est sciendum quod quelibet supradictarum quatuor figurarum perfectibilium et imperfectibilium suam habent mensuram sibi appropriatam. Maxima namque, que prima est in ordine hanc, mensuram que modus maximarum sive modus major dicitur, pro se habet et sic difinitur : modus maximarum est mensura cujus perfectio et imperfectio per perfectionem et imperfectionem maximarum habet mensurari. Longa vero, que secunda est in ordine, hanc mensuram que modus longarum sive modus minor dicitur, pro se possidet, et sic diffinitur modus : longarum est mensura cujus perfectio et imperfectio per perfectionem et imperfectionem longarum habet mensurari. Brevis vero habet hanc mensuram que dicitur tempus, et sic describitur : tempus est mensura cujus perfectio et imperfectio per perfectionem et imperfectionem brevium habet mensurari. Semibrevis vero habet hanc mensuram, que prolatio dicitur, et sic diffinitur : prolatio est mensura cujus perfectio et imperfectio per per-

Digitized by Google

fectionem et imperfectionem semibrevium habet mensurari; per perfectionem et imperfectionem notarum positam in istis descriptionibus intelligendo perfectionem et imperfectionem ipsarum notarum quo ad totum, et non quo ad partem vel partes.

Item est sciendum quod quelibet istarum quatuor mensurarum quatuor primis figuris correspondentium bipartitur, quoniam ipsarum quelibet, aut est perfecta, aut imperfecta, et ideo notanter dixi in earum diffinitionibus sive descriptionibus cujus perfectio et imperfectio et cetera.

Modus ergo maximarum qui primum mensurarum locum obtinet, ut dixi, est duplex, scilicet perfectus et imperfectus : modus perfectus maximarum tunc est, quando maxima de sui natura est perfecta et propter hoc dicimus quod tunc ille cantus est de modo perfecto maximarum, quando sic se habet quod omnes maxime in ipso reperte de sui natura sunt perfecte. Modus vero maximarum tunc est perfectus, quando maxima de sui natura est imperfecta, et propter hoc etiam dicimus quod tunc ille cantus est de modo imperfecto maximarum, quando sic se habet quod omnes maxime in ipso reperte de sui natura sunt imperfecte.

Modus vero longarum etiam est duplex, scilicet perfectus et imperfectus : modus longarum tunc perfectus est, quando longa de sui natura est perfecta, et propter hoc dicimus quod tunc ille cantus est de modo perfecto longarum, quando sic se habet quod omnes longe in ipso reperte de sui natura sunt perfecte. Modus vero longarum tunc est imperfectus, quando longa de sui natura est imperfecta, et propter hoc dicimus quod tunc ille cantus est de modo imperfecto longarum, quando sic se habet quod omnes longe in ipso reperte de sui natura sunt imperfecte.

Tempus vero etiam duplex est, scilicet perfectum et imperfectum : tempus perfectum tunc est, quando brevis de sui natura est perfecta propter quod dicimus quod tunc ille cantus est de tempore perfecto, quando omnes breves in ipso reperte de sui natura sunt perfecte. Tempus vero imperfectum tunc est, quando brevis de sui natura est imperfecta propter quod dicimus quod tunc ille cantus est de tempore imperfecto, quando omnes breves in ipso reperte de sui natura sunt imperfecte.

Prolatio vero etiam est duplex, scilicet perfecta et imperfecta, sive major et minor quod idem est : prolatio namque perfecta sive major tunc est, quando semibrevis de sui natura est perfecta propter quod dicimus quod tunc ille cantus est de prolatione perfecta sive majori, quando omnes semibreves in eo reperte de sui natura sunt perfecte Prolatio vero imperfecta sive minor tunc est, quando semibrevis de sui natura est imperfecta, propter quod dicimus, quod tunc ille cantus est de prolatione imperfecta sive minori, quando omnes semibreves in ipso reperte de sui natura sunt imperfecte.

Sed quia in declaratione membrorum, que nunc antea declarata sunt, ponebatur ista particula de sui natura, est notandum quod hic per notam de sui natura intelligo notam in sua propria figuratione non punctatam, nec ab aliqua nota vero imperfectam, nec evacuatam, nec aliquo modo variatam, sed simpliciter in sui figuratione positam.

Item notandum, quod quilibet cantus bene compositus esse debet de qualibet quatuor mensurarum quas superius declaravi, scilicet de modo maximarum, de modo longarum, de tempore, et de prolatione; de modo maximarum, quia aut de modo maximarum perfecto aut imperfecto; de modo longarum, quia aut de modo longarum perfecto aut imperfecto; de tempore, quia aut de tempore perfecto aut imperfecto; de prolatione, quia aut de prolatione perfecta sive ma-

Digitized by Google

jori aut de prolatione imperfecta sive minori; et ad complementum omnium istarum mensurarum advertere debemus, quoniam in compositione cantuum ita complere debemus unam sicut aliam quod autem quilibet cantus bene compositus esse debeat de qualibet quatuor mensurarum, ut dictum est, satis patet, quoniam non majori ratione dicere habemus aliquem cantum esse talis vel talis mensure quam omnium mensurarum.

Pro majori declaratione supradictorum notande sunt quamplures regule quarum prima est hec, quod quicquid quo ad totum imperficitur, in sue proprie mensure perfectione imperficitur, verbi gratia, nam maxima imperficitur quo ad totum in modo maximarum perfecto, et non in modo maximarum imperfecto. Item longa imperficitur quo ad totum in longarum modo perfecto, et non in modo longarum imperfecto. Item brevis imperficitur quo ad totum in tempore perfecto, et non in tempore imperfecto. Item semibrevis imperficitur quo ad totum in prolatione perfecta sive majori, et non in prolatione imperfecta sive minori. Et ratio est quoniam quelibet nota perfectibilis et imperfectibilis in sua imperfectione sive in imperfectione sue mensure de sui natura semper est imperfecta quo ad totum, et ergo in ipsa nota nullo modo quo ad totum potest amplius imperfici.

Secunda regula est ista, quod similis ante similem ejus nullo modo ab aliqua alia figura vel ipsius pausa vel valore quo ad totum potest imperfici, sicut maxima ante maximam, longa ante longam, brevis ante brevem, et semibrevis ante semibrevem. Ista regula probatur, quoniam dato opposito regule, et vellemus unam minimam gratia exempli in principio alicujus cantus repertam reducere ad ultimam aliquarum sex semibrevium majoris prolationis post ipsam minimam immediate sequentium, tunc nos oporteret qualibet quinque primarum semibrevium puncto perfectionis punctuare, vel ipsam minimam inter duo puncta claudere; sed cum frustra fit per plura quod fieri potest per pauciora, ut vult Aristoteles primo et secundo Physicorum, et sequitur regulam nostram esse bene positam, quoniam ipsa observata talem pluralitatem punctorum abjiciemus. Quid autem sit pausa et quid punctus, in propriis capitulis determinabitur.

Tertia regula est ista, quod quocienscunque aliqua nota per punctum perficitur, ipsa per talem punctum quo ad totum perficitur, et non quo ad partem vel partes, ista regula de se clarissima est, quoniam de ratione puncti perfectionis est perficere totum cui additur, et non partem vel partes, ut patere potest bene intelligenti.

Quarta regula est ista, quod omnis imperfectio que fit per evacuationem vel transmutationem ad alium colorem, fit quo ad totum, et non quo ad partem vel partes, et ratio est, quoniam omnis imperfectio, facta per evacuationem vel transmutationem ad alium colorem, solum concernit mensuram note que per talem evacuationem seu transmutationem ad alium colorem imperficitur; et ergo talis nota per talem evacuationem seu transmutationem ad alium colorem solum quo ad mensuram propriam imperficitur; et si sic, ipsa quod ad totum imperficitur, et non quo ad partem vel ad partes. Quid autem sit evacuare notam vel ipsam ad alium colorem transmutare in proprio capitulo determinabitur.

Quinta regula est ista, quod omnis nota que imperficitur a nota minori sibi immediate vel ejus pausa vel valore, imperficitur solum quo ad totum, et ratio est quoniam ab ipsa solum abstrahitur tertia pars valoris respectu cujus quo ad totum dicitur esse perfecta vel imperfecta.

Sexta regula est ista, quod omnis nota que imperficitur a nota minori sibi mediata vel ejus pausa vel valore, quo ad partem solum imperficitur et non quo ad totum vel partes, patet

Digitized by Google

quoniam talis nota imperficitur et non imperficitur quo ad totum, quoniam forsan primo erat imperfecta quo ad totum; per talem tamen imperfectionem non abstrahitur ab ipsa tertia pars valoris respectu cujus quo ad totum, dicitur esse perfecta vel imperfecta, nec imperficitur quo ad partes, quoniam ab una figura sola non evenire potest imperfectio plurium partium, si bene advertis. Relinquitur ergo quod imperficitur quo ad partem quod fuit declarandum, cum omnis imperfectio fiat aut quo ad totum, aut quo ad partem, aut quo ad partes.

Septima regula est ista, quod omnis nota que imperficitur a pluribus partibus mediatis sibi; vel earum pausis, non tamen valentibus unam partem sibi immediatam sufficientem ipsam notam quo ad totum imperficere, si quo ad totum perfecta est, quo ad partes imperficitur vel quo ad partem probatur, quoniam talis nota tunc imperficitur, et non imperficitur quo ad totum; quoniam ille partes, a quibus illa nota imperficitur, non possunt constituere unam partem tali note immediatam que sufficiat ipsam notam quo ad totum imperficere, et ergo imperficitur quo ad partem vel partes; quo ad partem, ut si brevis majoris prolationis imperficeretur a duabus semiminimis, quo ad partes, ut si ipsa imperficeretur a duabus minimis.

Si vero tales partes tali note mediate possent constituere unam partem sibi immediatam sufficientem talem notam quo ad totum imperficere, si quo ad totum perfecta foret, tunc talis nota non imperficeretur quo ad partem vel partes, sed quo ad totum, quoniam tunc ab ipsa abstraheretur tertia pars ipsius valoris respectu cujus quo ad totum perfecta vel imperfecta dicitur, vel ipsius valor, et hoc etiam vult Johannes de Muris.

Sed licet hoc verum sit, possemus tamen probabiliter substentare, quod tales partes tali note mediate et divise que possunt constituere unam partem sibi immediatam sufficientem talem notam quo ad totum imperficere, si talis nota quo ad totum perfecta foret, non imperficiunt ipsam notam quo ad totum, sed quo ad omnes partes ejus sibi immediatas, verbi gratia: nam possemus dicere quod brevis perfecta majoris prolationis posset imperfici a tribus minimis quo ad omnes ejus semibreves, et non quo ad ipsam totam imo ipsa tota adhuc perfecta remanente, quoniam ita adhuc valeret tres semibreves sicut et prius, licet iste sue semibreves tunc essent imperfecte, ubi prius fuissent perfecte. Et si contra hoc argueretur sic, ab ipsa abstrahitur tertia pars valoris respectu cujus quo ad totum perfecta vel imperfecta dicitur vel ipsius valor, ergo ipsa imperficitur quo ad totum, et ideo valet ratio, quoniam hoc non requiritur ad hoc ut nota quo ad totum imperficitur, sed solum requiritur quod a tali nota, que quo ad totum imperficitur, abstrahatur tertia pars valoris respectu cujus quo ad totum perfecta vel imperfecta dicitur; sed modo sic non est hic, quia a tali brevi non abstrahitur una de tribus semibrevibus respectu quarum quo ad totum perfecta vel imperfecta dicitur, quoniam ita valent adhuc semibreves sicut et prius, ut paulo ante dictum est.

Octava regula est ista, quod quotiens aliqua nota quo ad se totam vel quo ad ipsius partem vel partes est divisibilis in tres partes sibi immediatas, totiens potest imperfici per abstractionem illius tertie partis immediate vel valoris ejus; et quando cessat talis divisio, cessat talis imperfectio; hec regula satis evidens est bene advertenti.

Nona regula est ista, quod quando imperficiens preponitur illi quod imperficitur, tunc illud quod imperficitur dicitur imperfici a parte ante quando vero imperficiens post ponitur illi quod imperficitur, dicitur imperfici a parte post, et hec regula satis etiam patet de se.

Digitized by Google

Decima regula est ista, quod quando inter aliquas duas figuras a figura minori vel ejus pausa ibidem imperfectibiles reperitur aliqua figura minor vel valor sufficiens imperficere figuras majores inter quas ponitur, tunc illa figura minor vel ejus valor imperficit figuram precedentem ipsam, et non sequentem, nisi punctus ponatur inter ipsam et figuram majorem precedentem; qui punctus tunc impediret talem imperfectionem; et nisi nota precedens major sit impedita per aliquam imperfectionem precedentem, taliter quod amplius ab ista figura minori sequente vel ipsius valore non possit imperfici. Et ratio regule est, quoniam naturaliter de ratione figure minoris est insequi figuram majorem in ejus perfectione, quando ipsas in cantu proferimus; et hoc potest quilibet in se experiri, quoniam inveniet se ex proprio instinctu nature, levius imperficere notam a parte post quam a parte ante, et hoc saltim in imperfectionibus minoribus; patet etiam hoc ex communiter praticantibus in ipso cantare, qui in ipso modicam noverunt artem praticandi; nam isti in cantando cantum majoris prolationis, si inveniunt minimam inter duas semibreves nigras plenas, et prima sit punctatu, propter quem punctum minima vadat cum semibrevi sequente, et ipsam imperficiat a parte ante, propter modicam praticam quam habent, semper mandant talem minimam cum semibrevi precedente, et non cum sequente, et hoc non faciunt nisi a natura coacti, quia facilius est eis imperficere notam a parte post quam a parte ante, ut dictum est; et hoc est propter inclinationem naturalem quam habet nota minor ad notam majorem ipsam precedentem in ejus perfectione. Exemplum regule in omni mensura est hoc:



Exemplum prime exceptionis regule in omni mensura est hoc:

Exemplum secunde exceptionis regule in omni mensura est hoc:



Undecima regula est ista, quod quando inter aliquas duas figuras ibidem imperfectibiles reperiuntur due figure minores, quarum quelibet sit sufficiens ipsas duas notas majores inter quas ponuntur imperficere quo ad totum, vel saltim secundam ipsarum, vel reperitur ipsarum valor, dummodo ultima sit sufficiens secundum figurarum majorum imperficere quo ad totum, tunc prima nota, inter quas ponuntur, dicitur esse perfecta, nisi sit impeditio puncti vel imperfectionis precedentis. Si vero quelibet talium figurarum minorum, vel saltim ultima, non esset sufficiens tales duas notas majores, inter quas ponuntur, imperficere quo ad totum, vel saltim secunda ipsarum, sed bene quo ad partem vel partes, vel si ultima ipsarum sit pausa, tunc prima talium duarum notarum majorum ab omnibus istis figuris intermediis semper imperficitur, et si non ab omnibus saltim ab aliquibus vel aliqua ipsarum, nisi sit impeditio puncti vel imperfectionis precedentis. Alii autem dicerent quod non semper sed aliquando sic et aliquando non, deductis impedimentis recitatis, quia aliquando ille intermedie figure remanerent sole, et ad ipsas reduceretur aliqua tertia pars vel valor pro complemento

Digitized by Google

perfectionis, sed de hoc plenius videbitur in septima-decima regula istius capituli.

Prima pars regule patet, quoniam si non sint impeditiones supradicte, in illis duabus figuris minoribus vel valore repertis inter illas duas notas majores, bene possumus perfectionem invenire, scilicet secundam alterando. Quid autem sit alteratio in suo proprio capitulo patebit.

Secunda vero pars regule patet per rationem adductam ad probationem regule immediate precedentis, scilicet decime. Exemplum prime partis regule in omni mensura est hoc :



Exemplum prime exceptionis prime partis regule in omni mensura est hoc :

Exemplum secunde exceptionis prime partis regule in omni mensura est hoc :

Exemplum secunde partis regule in omni mensura est hoc :

Exemplum prime exceptionis secunde partis regule in omni mensura est hoc :

Exemplum secunde exceptionis secunde partis regule in omni mensura est hoc :



Duodecima regula est ista quod, quando inter aliquas duas notas ibidem imperfectibiles, ubi reperiuntur plures duabus figuris, quarum quelibet sufficiat tales duas notas majores imperficere vel earum valore, de perfectionibus quas habent, si quas vel aliquam habent reperitur perfectio completa, tunc prima illarum duarum notarum imperfectibilium cum perfectionibus suis remanent intacta, nisi per punctum divisionis aut per imperfectionem precedentem fuerit impedita, et hoc evidens est, quoniam tunc a nullo imperficitur. Exemplum regule in omni mensura est hoc :

Digitized by Google

Exemplum prime exceptionis regule in omni mensura est hoc :

Exemplum secunde exceptionis regule in omni mensura est hoc :

Tertia-decima regula est ista, quod, quando inter aliquas duas notas ibidem imperfectibiles ubi reperiuntur plures duabus figuris quarum quelibet sufficiat tales duas notas imperfectibiles imperficere vel earum valor, de perfectionibus quas habent, si quas vel aliquam habent, reperitur perfectio incompleta, tunc aut deficit una de tribus partibus talis perfectionis, aut due, cum perfectio consistat in numero ternario et imperfectio in binario. Si deficiunt due, tunc prima illarum duarum figurarum respectu quarum fit numeratio talis perfectionis quo ad totum vel partem, imperficitur a figura eam immediate sequente, potenti ipsam respectu talis perfectionis imperficere, vel ab ipsius valore, nisi sit impeditio puncti, vel imperfectionis precedentis; hoc satis patet per rationem superius adductam ad probationem decime regule.

Si vero deficiat solum unam trium partium, tunc vel ultima ipsarum figurarum intermediarum; si ultima talis perfectionis est sufficiens, aut non; notam majorem immediate sequentem imperficere quo ad totum vel non. Si sic, tunc prima illarum duarum figurarum imperfectibilium respectu quarum fit numeratio talis perfectionis est perfecta, nisi sit impeditio puncti, vel imperfectionis precedentis. Si vero talis ultima nota non sit sufficiens imperficere ipsam notam majorem immediate sequentem quo ad totum, sed bene quo ad partem, vel si ultima talis perfectionis non est nota sed pausa, tunc prima illarum duarum figurarum respectu quarum fit numeratio talis perfectionis semper imperficitur ab aliqua vel ab aliquibus figurarum immediate sequentium potenti vel potentibus ipsam respectu talis perfectionis imperficere, vel ab ipsius valore, nisi sit impeditio puncti vel imperfectionis precedentis, hoc patet ex declaratione undecime regule.

Alii autem dicerent, et credo melius, quod non semper, sed quod aliquando illa prima nota remaneret intacta nisi forent impeditiones supradicte et quod ad illas duas remanentes reducere haberemus aliquam tertiam pro complemento perfectionis; sed de hoc plenius videbitur in regula septima-decima istius capituli

Exemplum prime partis regule in omni mensura est hoc :



Exemplum prime exceptionis prime partis regule in omni mensura est hoc :



Digitized by Google

Exemplum secunde exceptionis prime partis regule in omni mensura est hoc :



Exemplum secunde partis regule in omni mensura est hoc :



Exemplum prime exceptionis secunde partis in regule in omni mensura est hoc :

Exemplum secunde exceptionis secunde partis regule in omni mensura est hoc :



Exemplum tertie partis regule in omni mensura est hoc :





Exemplum prime exceptionis tertie partis regule in omni mensura est hoc :



Exemplum secunde exceptionis tertie partis regule in omni mensura est hoc :



Quarta-decima regula est ista, quod quotienscumque aliqua nota vel ejus valor in numeratione alicujus perfectionis aliis locatis, si alique alie sint, remanet sola, ipsa reduci debet ad priorem locum quem habere potest. Hec regula satis rationabilis est, et evidens de se.

Quinta-decima regula est ista, quod, quando aliquam figuram ibidem imperfectibilem precedit aliqua figura vel ipsius pausa sufficiens ipsam figuram imperfectibilem imperficere vel plures, dummodo omnes simul sufficientes sint ipsam notam imperfectibilem imperficere, et hoc dico nulla alia figura vel ejus pausa precedente, tunc ipsa figura imperfectibilis ab illa figura precedente vel ejus pausa, vel ab ipsis omnibus figuris precedentibus vel ipsarum pausis imperficitur, nisi sit impeditio puncti vel similitudinis, patet regula quoniam talis figura precedens sive tales figure

Digitized by Google

precedentes non videntur habere posse locum habiliorem quam figuram majorem immediate sequentem, nisi sint impeditiones supradicte. Exemplum regule in omni mensura est hoc :



Exemplum prime exceptionis regule in omni mensura est hoc :



Exemplum secunde exceptionis regule in omni mensura est hoc :



Sexta-decima regula est ista, quod quando aliquam figuram ibidem imperfectibilem precedunt due figure minores, quarum quelibet sit sufficiens ipsam notam imperfectibilem imperficere quo ad totum, et hoc dico nulla alia figura precedente, vel precedat ipsarum valor, tunc vel ultima ipsarum est sufficiens illam notam imperfectibilem imperficere quo ad totum vel non, sed bene quo ad partem, et hoc dico si ultimum sit figura.

Si quo ad totum, tunc talis nota imperfectibilis a parte ante remanet intacta, nisi sit impeditio puncti. Si quo ad partem vel si ultimum, sibi antepositum immediate sit pausa, tunc a parte ante semper imperficitur, nisi sit impeditio puncti vel similitudinis, et hoc, secundum aliquos, licet aliqui alii oppositum hujus asserunt, ut in regula immediate sequenti declarabitur.

Exemplum prime partis regule in omni mensura est hoc :

Exemplum exceptionis prime partis regule in omni mensura est hoc :

Exemplum secunde partis regule in omni mensura est hoc :



Exemplum prime exceptionis secunde partis regule in omni mensura est hoc :



Exemplum secunde exceptionis secunde partis regule in omni mensura est hoc :



Septima-decima regula est ista, quod quando aliquam figuram ibidem imperfectibilem precedunt plures duabus figuris ipsa minoribus vel ipsarum valor, quarum quelibet sufficiens sit ipsam notam imperfectibilem imperficere, et hoc dico nulla alia figura precedente, tunc vel numerata ipsius perfectione vel perfectionibus, si quas vel aliquam habet, nihil remanet vel aliquid; si nihil, tunc illa nota imperfectibilis perfecta est, nisi sit impeditio puncti, vel imperfectionis sequentis, hoc patet quoniam ibi a nullo imperfici potest.

Si vero aliquid remanet, vel solum una pars perfectionis remanet vel due; si una, tunc ipsa nota imperfectibilis ab illa parte imperficitur, nisi sit impeditio puncti, vel similitudinis, hoc patet per quartam-decimam regulam, cum ille sit prior locus quam habere possit illa tertia pars perfectionis.

Digitized by Google

Si vero remanent due partes, vel remanent ille due partes numerando perfectionem tali note imperfectibili attributam, vel numerando perfectionem tali note non attributam; si numerando perfectionem tali note non attributam, tunc talis nota imperfectibilis ab illis duabus partibus imperficitur, nisi sit impeditio puncti.

Si vero remanent ille due partes numerando perfectionem tali note imperfectibili attributam, vel tunc ultima figurarum precedentium istam notam imperfectibilem est sufficiens imperficere talem notam imperfectibilem quo ad totum, si ultimum figura sit vel non; sed bene quo ad partem, si quo ad totum, tunc talis nota imperfectibilis a parte ante remanet intacta, nisi sit impeditio puncti; si vero non quo ad totum, sed bene quo ad partem, vel si ultimum non sit figura, sed pausa, tunc talis nota imperfectibilis a parte ante quo ad totum imperficitur, nisi sit impeditio puncti vel similitudinis; reliqua vero pars de duabus partibus remanentibus reduci habet ad priorem locum quem habere potest secundum regulam quartamdecimam, cum sola remaneat, et hoc volunt aliqui.

Aliqui vero alii volunt quod in tali casu talis nota imperfectibilis a parte ante intacta remaneat, et ad hoc probandum adducunt regulam Johannis de Muris, que est quod, quando alique due figure remanent sole, ille non debent partiri, id est ab invicem separari, sed simul computari. Tu tamen qui legis, elige quam partem vis, quoniam utraque satis rationabilis est; sed prima opinio habere regulam Johannis de Muris, absolute negare, vel dicere Johannem de Muris suam regulam intellexisse, quando secunda illarum duarum figurarum per se solas remanentium poterat alterari, et aliter non, vel dicere illas duas figuras non remanere solas, sed solum unam, et hoc forsan est verum, et propria intentio Johannis de Muris. Et hec de perfectione et imperfectione notarum pro nunc sufficiant.

Exemplum prime partis regule in omni mensura est hoc :

Exemplum prime exceptionis prime partis regule in omni mensura est hoc :



Exemplum secunde exceptionis prime partis regule in omni mensura est hoc :



Exemplum secunde partis regule in omni mensura est hoc :



Exemplum prime exceptionis secunde partis regule in omni mensura est hoc :



Digitized by Google

Exemplum secunde exceptionis secunde partis regule in omni mensura est hoc :



Exemplum tertie partis regule in omni mensura est hoc :



Exemplum exceptionis tertie partis regule in omni mensura est hoc :



Exemplum quarte partis regule in omni mensura est hoc :



Exemplum exceptionis quarte partis regule in omni mensura est hoc :



Exemplum quinte partis regule in omni mensura est hoc :



Exemplum prime exceptionis quinte partis regule in omni mensura est hoc :



Exemplum secunde exceptionis quinte partis regule in omni mensura est hoc :



De alteratione.

Sequitur capitulum de alteratione. Unde alteratio in musica non est aliud quam duplatio proprii valoris note que alteratur secundum ipsius

Digitized by Google

note formam; similiter alterare notam in musica non est aliud quam duplare ipsius proprium valorem. Causa vero necessitatis alteratio fuit propter complere perfectiones que aliter compleri non poterant, nisi alterando, ex quo sequitur semiminimam nullo modo debere alterari, eo quod per ipsius alterationem nulla adimpletur perfectio.

Unde de ipsa alteratione observande sunt iste regule, quarum prima est hoc, quod alteratio nunquam debet fieri nisi loco necessitatis in numeratione ipsarum perfectionum; patet regula quoniam ad hunc finem inventa fuit alteratio, ut patet per antedicta.

Secunda regula est ista, quod nulla nota debet alterari nisi ante notam majorem sibi immediatam, sicut longa ante maximam, brevis ante longam, semibrevis ante brevem et minima ante semibrevem, vel ante ipsarum pausas; declaratur regula, nam prima nota non debet alterari ante sibi similem nec ante minorem se, cum in numeratione perfectionis nulla sit ibi necessitas alterandi, quoniam possemus tot de sequentibus sibi similibus vel de minoribus cum ipsa numerare, quod perfectionem compleremus; vel si vellemus ad ipsam notam quam diceret adversarius alterari debere ante sibi similem vel ante minorem se complere perfectionem, possemus ipsam ad figuram immediate majorem transmutare; et sic patet quomodo nulla est necessitas alterandi similem ante similem vel ante majorem se, ergo nullo modo ibi fieri debet alteratio, quod fuit declarandum.

Item non debet alterari nota ante notam sibi majorem mediatam, sicut brevis ante maximam, vel semibrevis ante longam, vel minima ante brevem et cetera, quoniam etiam ibi nulla est necessitas alterandi, cum nota quam diceres debere alterari, possemus transmutare ad figuram immediate majorem, et si sic, posset fieri ipsa duplatio absque ipsius alteratione. Relinquitur ergo veritas regule que est quod nota non debet alterari nisi ante figuram majorem sibi proximam, quoniam si debet fieri alteratio alicujus note, opportet quod fiat talis alteratio vel ante sibi similem, vel ante minorem se, vel ante majorem non proximam, vel ante majorem proximam; sed non ante sibi similem, nec ante minorem se, nec ante majorem non proximam per superius probata; relinquitur ergo quod ante majorem proximam, que fuit regula nostra.

Sed forsan diceret adversarius instando contra regulam, quod etiam non esset necessitas alterandi notam ante proximam majorem, quoniam possemus ipsam figuram quam dicimus alterari debere, ad figuram immediate majorem transmutare, et sic ipsam duplaremus absque ipsius alteratione, et esset illa figura transmutata imperfecta a parte ante.

Domino adversario est respondendum, quod nunquam ante proximam majorem facere debemus talem transmutationem, quoniam si ipsam faceremus, statim in errore contra secundam regulam de perfectione et imperfectione notarum incurreremus, quia similem ante similem imperficeremus.

Ex ista regula una cum causa necessitatis alterationis sequitur, quod maxima nullo modo potest alterari, quia nullam figuram majorem se habet ante quam alterari possit. Item quia assignari non posset perfectio que per talem alterationem completur. Item sequitur quod longa, brevis, semibrevis et minima bene possunt alterari, quoniam quelibet ipsarum habet notam majorem ante quam alterari potest. Item quia cujuslibet istarum alterationem potest alicujus mensure perfectio compleri, nam ex alteratione longarum completur perfectio modi maximarum; ex alteratione vero brevium completur perfectio modi longarum, sed ex alteratione semibrevium com-

Digitized by Google

pletur perfectio temporis, et ex alteratione minimarum completur perfectio prolationis, et sic habemus quomodo duplex est longa, brevis, semibrevis et minima, scilicet recta et altera : recta quando ponitur simpliciter pro sui valore, altera quando ponitur pro duplici, ut patet ex diffinitione alterationis superius posita in principio capituli.

Tertia regula est ista, quod nota nunquam alteratur nisi in imperfectione mensure illius figure ante quam fit talis alteratio, et hoc solummodo fit ut perfectio mensure talis note per talem alterationem compleatur, hec regula satis de se patet bene advertenti.

Quarta regula est ista, quod quando inter aliquas duas figuras majores vel inter punctum et figuram majorem vel inter notam et figuram majorem, scilicet proximam vel ipsarum pausas, imperfectione suarum mensurarum reperiuntur due figure minores vel plures, dummodo in numeratione perfectionum ipsarum mensurarum solum due remaneant vel ipsarum valor sine puncto in medio, tunc ultima alteratur, si ultima sufficiens sit notam ante quam immediate ponitur quo ad totum imperficere, hec regula patet, quoniam aliter compleri non posset perfectio mensure illius note ante quam fit talis alteratio. Et hec de alteratione pro nunc sufficiant. Exemplum regule in omni mensura est hoc :

De puncto.

Sequitur capitulum de puncto, cujus puncti quid nominis tanquam omnibus notum dimitendo unam de ipso talem pono divisionem que est, quod duplex est punctus in musica, scilicet punctus perfectionis et punctus divisionis; nam ubicumque ponatur punctus in musica, saltim mensurata, exercet aliquod istorum duorum, quoniam aut perficit, aut dividit. Et ergo punctus perfectionis dicitur punctus qui perficit et cum hoc ponitur ad notam quam perficit a parte post, sic ergo patet quod duo requiruntur ad hoc quod aliquis punctus sit punctus perfectionis; primo namque requiritur quod aliquid perficiat, secundo requiritur quod addatur note quam perficit immediate a parte post, quorum duorum uno deficiente non est punctus perfectionis. Punctus vero divisionis dicitur punctus qui dividit et cum hoc ponitur ad notam quam dividit immediate a parte ante, vel ponitur inter notas quas dividit sic quod nulli ipsarum videtur esse aditus vel magis declinat ad sequentem quam ad precedentem. Sic ergo patet quod duo requiruntur ad hoc quod aliquis punctus sit punctus divisionis; primo namque requiritur quod aliquid dividat, secundo requiritur quod addatur note quam dividit immediate a parte ante, vel quod ponatur inter duas notas quas dividit sic quod nulli ipsarum videatur esse additus, vel quod saltim magis declinet ad notam sequentem quam ad precedentem, quorum duorum uno defficiente non erit punctus divisionis.

Pro majori declaratione supradictorum notande sunt iste regule quarum prima est hec, quod punctus perfectionis perficit figuram cui additur tam in imperfectione sue mensure quam in ipsius perfectione, et ipsam quo ad totum semper perfectam reddit ut ponit tertia regula de perfectione et imperfectione notarum, hoc evidentissime

Digitized by Google

patet, quoniam in utraque mensura reperibilis est figura que imperfecta foret si puncto tali punctata non foret.

Secunda regula est ista, quod ubicumque ponitur punctus divisionis semper dividit perfectionem alicujus mensure, quoniam aut dividit perfectionem maximarum, et tunc dicimus illum cantum esse de modo perfecto maximarum; aut dividit perfectionem modi longarum, et tunc dicimus illum cantum esse de modo perfecto longarum; aut dividit perfectionem temporis, et tunc dicimus illum cantum esse de tempore perfecto; aut dividit perfectionem prolationis, et tunc dicimus illum cantum esse perfecte sive majoris prolationis, et sic habemus quomodo punctus divisionis ubicumque ponatur ponitur ratione perfectionis alicujus mensure patet regula, quomodo quotiescumque punctus talis alicubi ponitur, aut ponitur causa alicujus imperfectionis, aut causa alicujus alternationis, aut causa alicujus perfectionis, aut propter vitare alterationem aliquam que fieri deberet, si non esset talis punctus, que omnia fieri deberent si non esset talis punctus; que omnia fieri non possunt nisi in alicujus mensure perfectione; ergo nunquam ponitur nisi in alicujus mensure perfectione et si sic, cum ubicumque ponatur punctus divisionis, semper dividat, sequitur quod quidquid dividit talis punctus, dividit imperfectionem alicujus mensure, quod fuit probandum, vel semper dividit perfectionem alicujus mensure quod idem est, que fuit regula nostra.

Tertia regula est ista, quod quotienscumque invenitur punctus immediate post maximam positus, sive ipsi maxime additus a parte post, tunc talis punctus est punctus perfectionis, et nullo modo divisionis, patet, quoniam tunc nichil dividit ut perpendere potes, si inspicere vis, quia ibi non dividit modum maximarum, nec modum longarum, nec tempus, nec prolationem, ergo nihil.

Quarta regula est ista, quod quotiescumque invenitur punctus immediate post minimam vel semiminimam positus, semper est punctus divisionis, et nullo modo perfectionis, patet, quoniam si esset punctus perfectionis, tunc aliquid perficeret, sed non videtur quod ibi aliud perficere debeat quam minimam vel semiminimam post quas ponitur, ergo ipsas perficiet, quod est falsissimum, cum minima et semiminima nullo modo possint perfici nec imperfici quod superius probatur in principio primi capituli.

Quinta regula est ista, quod quotiescumque aliquis punctus addatur alicui note perfectibili et imperfectibili immediate a parte post, tunc talis punctus dicitur esse punctus perfectionis, hoc clarissime patet ex quid nominis puncti perfectionis. Et hec de puncto pro nunc sufficiant.

De signis mensure.

Sequitur capitulum de signis per que mensure distinguntur ab invicem quantum ad ipsarum perfectionem vel imperfectionem, et quia talia signa sunt duplicia, scilicet extrinseca vel non essentialia, et intrinseca vel essentialia, ideo primo prima declarabo, secundo vero secunda.

Dico ergo primo de signis extrinsecis, quod quadrangulus non quadratus cum tribus tractulis in medio ponitur pro modo perfecto maximarum, ut hic : , cum duobus vero tractulis in medio ponitur pro modo imperfecto maximarum, ut hic: . Et tale pono signum pro modo maximarum, eo quod habet longitudinum ad modum maximarum; pono etiam tres tractulos pro perfectione, et duos pro imperfectione, eo quod perfectio consistit in numero ternario, et imperfectio in binario, ut habitum est supra. Dico secundo, quod quadrangulus quadratus cum tribus tractulis in medio, ponitur pro modo perfecto longarum, ut hic:  , cum duobus vero

Digitized by Google

tractulis in medio, pro imperfecto modo longarum ponitur, ut hic : , et tale pono signum pro modo longarum, eo quod habet quadratam figuram ad modum longarum, pono etiam illos tractulos eadem de causa qua ponebantur tractuli in signo modi maximarum. Dico tertio, quod circulus ponitur pro tempore perfecto, ut hic : et semicirculus ponitur pro tempore imperfecto, ut hic : , et ista signa pono pro tanto quoniam circulus inter omnes alias figuras obtinet perfectionem, et ideo pro perfectione temporis ponitur, et semicirculus pro imperfectione. Dico quarto, quod si in isto circulo vel semicirculo reperiantur tria puncta, tunc signum majoris sive perfecte prolationis esse dicitur, ut hic : . Si vero solum duo, tunc est signum minoris sive imperfecte prolationis, ut hic : , et ista puncta pono eadem de causa qua positi fuerunt tractuli in signis modi maximarum et modi longarum. Sunt tamen aliqui moderni qui pro perfectione modorum ponunt unicum solum tractulum, et pro perfectione prolationis unicum solum punctum, ut hic :   et pro ipsorum modorum sive ipsius prolationis imperfectione nullum, ut hic :  . Sed istis nullatenus est adherendum, quoniam absque ratione opperantur, et cetera.

Pro declaratione autem suprascriptorum signorum que est evacuatio notarum seu ipsarum ad alium colorem transmutatio, primo premitto, quod omnis amissio valoris alicujus note per ipsius evacuationem vel ad alium colorem transmutationem non est aliud quam quedam imperfectio, ex quo presupposito sequitur quod nota, que nullo modo potest imperfici, nihil per sui evacuationem seu ad alium colorem transmutationem amittit de suo valore. Secundo premitto quartam regulam positam in capitulo de perfectione et imperfectione notarum et ibidem probatam que talis est, quod omnis nota que per vacuationem vel transmutationem ad alium colorem imperficitur, quo ad totum imperficitur et non quo ad partem vel partes, ex quo presupposito sequitur, quod nota imperfecta quo ad totum per ipsam evacuationem vel ad alium colorem transmutationem nihil amittit de suo valore. Tertio premitto, quod licet minime et semiminime per ipsarum evacuationem vel transmutationem ad alium colorem nihil amittant de sui valore, mutant tamen prolationem per talem evacuationem vel transmutationem ad alium colorem.

Istis sic premissis, dico quod quotienscumque in aliquo cantu reperiuntur figure sic per plenitudinem et vacuitatem vel transmutationem ad alium colorem variate, tunc figure vacue vel ad alium colorem transmutate, si imperfectibilis sunt, quo ad totum recipiunt imperfectionem; si vero non imperfectibiles sunt, efficiuntur minoris sive imperfecte prolationis; et hoc dico propter minimas et semiminimas, que imperfectibiles sunt ut quam pluries dictum est atque superius in principio primi capituli probatur. Nigre vero plene sibi similes in figura quo ad totum sunt perfecte, et non e contra, ut dicunt aliqui, et male, quoniam verissimilius est quod plenitudo et extremus color stet pro perfectione, et evacuatio et medius color pro imperfectione quam e contra. Ex hoc dicto una cum premissis sequitur quod nullatenus maxima in modo imperfecto maximarum, et longa in modo imperfecto longarum, et brevis in tempore imperfecto, et semibrevis in minori sive in imperfecta prolatione sunt evacuande, vel ad alium colorem transmutande, eo quod tales evacuationes vel transmutationes colorum denotarent nigras plenas de earum natura esse perfectas, quod falsissimum

Digitized by Google

est, ut patere potest cuilibet bene consideranti. Ex his ergo poterit cuilibet diligenter advertens perpendere, multos modernos circa tales evacuationes vel transmutationes colorum errare gravissime, et ideo ipsis non est attendendum.

Sed quia sumus in capitulo concernente materiam signorum, pro declaratione quarumdam controversiarum inter cantores repertarum, intendo narrare aliquot signa super que se fundant quamplures moderni cantores in fabricatione multarum extranearum figurationum a via Magistri Johannis de Muris atque aliorum quos in honorem habere debemus multum deviantes, et dum ipsa sic narravero, ut minus male novero eorum dicta improbabo, Johannem de Muris atque alios qui in musica scripserunt antiquitus in quantum potero salvando, et eorum dictis improbatis ponam aliqua per que quilibet boni ingenii poterit cum ratione multas et extraneas figurationes fabricare, nulli antiquorum magistrorum contradicendo.

Ad primum ergo veniendo dico, quod aliqui moderni primo pro principio stabilitant, quod omnis cauda sive inferius sive superius tracta in notis non ligatis habet diminuere, et fundant se super hoc, nam dicunt ipsi quod sicut se habent caude in notis ligatis, ita se habere debent in notis non ligatis; sed in notis ligatis sic se habent caude, quod sive sint superius sive inferius tracte semper diminuunt, ergo etiam sic se habere debent in notis non ligatis, quod semper diminuere debent. Sed quod caude sive superius sive inferius tracte in notis ligatis semper diminuant, declarant sic, nam si capiatur una ligatura descendens cujus prima figura careat cauda, tunc clarum est, quod talis figura assumit denominationem atque valorem longe, ut in capitulo de ligaturis patebit, dum vero sibi additur cauda a parte sinistra sive superius sive inferius tracta, statim diminuitur ad valorem brevis vel semibrevis, patet ergo quod sive trahatur talis cauda superius sive inferius semper diminuit. Item dicunt isti et secundo, quod cauda inferius tracta diminuit subduplum ad illud quod diminuit cauda superius tracta. Item volunt aliqui alii, quod punctus possit evacuari, sic quod si talis punctus evacuatus adderetur alicui note, talem notam augmentaret solum ad duas partes de tribus partibus ad quas ipsam augmentaret, si plenus foret. Item volunt aliqui alii, quod semicirculus dexter ut iste ☽ sit signum universale nobis demonstrans quod cantare debemus figuras ipsum sequentes in proportione sexquitertia ad figuras in suis propriis valoribus, sicut quatuor pro tribus, vel octo pro sex.

Istis ergo sic narratis, et ad secundum accedendo, dico istorum primum presuppositum fore falsissimum, scilicet quod omnis cauda sive inferius sive superius tracta habeat in notis non ligatis semper diminuere, eo quod licet cauda superius tracta hoc semper exerceat, ut omnibus est notum, inferius tamen tracta augmentare debet, cum opposita oppositas debent operari operationes, ut ex dictis philosophorum plerumque colligitur. Item quia si eorum presuppositum foret verum, sequeretur quod brevis per appositionem caude a parte dextra descendentis non assumeret denominationem atque valorem longe, quod est falsissimum ut omnibus est notum, immo potius per talem caudam diminui deberet per eorum dicta. Et ad fundamentum ipsorum respondeo ipsum negando, quoniam si in totum ita se habere deberet cauda in notis non ligatis sicut in ligatis, tunc in notis non ligatis cauda inferius tracta deberet aliquando argumentare, et aliquando diminuere, et aliquando nihil agere, sicut in notis ligatis in quibus cauda inferius tracta aliquando diminuit, ut in exemplo suo superius posito, aliquando vero argumentat, ut in ligatura ascendente, quando prima est nota caudata a parte dextra cauda descendente, et

Digitized by Google

aliquando nihil agit, ut in ligatura ascendente quando prima ut caudata cauda descendente a parte sinistra. Quod tamen ipsi nolunt, quia volunt caudam descendentem etiam semper diminuere, ut habitum est supra per ipsorum dicta.

Item falsum assumunt quando dicunt quod cauda sive inferius sive superius tracta in notis ligatis semper diminuat, quoniam, ut habitum est paulo ante, cauda inferius tracta in notis ligatis aliquando diminuit, et aliquando augmentat, et aliquando nihil agit, et ergo non semper diminuit. Ad secundum vero eorum pressuppositum dico ipsum esse voluntarie positum, et sine ratione aliqua, quoniam nullam habent rationem per quam dicere habeant caudam inferius tractam subduplum diminuere ad illud quod diminuit cauda superius tracta, immo potius dicere haberent, si se fundare volunt super cauda inferius tracta diminuente posita in ligatura, quod ipsa cauda inferius tracta in notis non ligatis habet diminuere sub sexquialterum, vel sub superbipartiens tertium, vel sub sexquitertium, vel sub sexquiquartum ad illud quod diminuit cauda superius tracta, sicut fit in exemplo per ipsos tradito.

Ad aliud vero quod dicunt alii de puncto, dico quod punctus nullo modo potest evacuari, et ratio est, quia ipse est indivisibilis nullam habens magnitudinem neque partem, ut patere potest per initium primi Elementorum Euclidis punctum sic ibidem describentis, punctus est cujus pars non est. Si ergo punctus partes non habet, evacuari non potest, cum evacuatio non sit aliud quam quarumdam partium extractio.

Ad ultimum vero quod alii dicunt de semicirculo dextro quod est signum et cetera, dico quod imaginari non valeo quomodo talis semicirculus magis nobis demonstret quod cantare debeamus in proportione sexquitertia quam in dupla vel sexquialtera vel in alia proportione, licet forsan habere possent rationem quare plus diminuit quam semicirculus sinister qui taliter figuratur : ∈, quam rationem tetigi in alio meo opere quod scripsi super tractatu cantus mensurabilis Johannis de Muris magis late, et hic succinte ipsam recitabo; ratio ergo potest esse ista, quia cum semicirculus sive dexter sive sinister diminuere habeat in respectu ad circulum completum, et cum dexter semicirculus partem imperfectiorem, scilicet sinistram aspiciat, semicirculus vero si sinister partem perfectiorem, scilicet dexteram, sequitur quod semicirculus dexter plus habeat diminuere, quam sinister sive magis imperficere cum diminutio sit quedam imperfectio large sumendo imperfectionem quod est propositum.

Positionibus vero istis sic improbatis et ad tertium accedendo premitto aliqua, ut superius dixi, per que quilibet bene advertens atque intelligens per se infinitas, ut sic loquar, extraneas poterit fabricare figuras, et hoc cum ratione, nemini auctorum antiquorum contradicendo.

Primum premitendum est hoc quod, licet multe sint figure que nullo modo imperfici possunt, ut superius habitum est, ipse tamen diminui possunt tamquam contigue, cum in infinitum contiguum divisibile sit, hoc clarissime de se est manifestum.

Secundum premittendum est hoc, quod omnis cauda superius erecta semibrevique non ligate addita, ipsum semibrevem diminuere habet, hoc ab omnibus tenetur; ideo ipsum aliter non proba.

Tertium premittendum est hoc, quod omnis inferius tracta semibrevique non ligate addita ipsam semibrevem augumentare habet; et ratio est, quia operari debet oppositam operationem operationi quam operatur cauda sibi oppositas operari debent operationes, ut supra dictum est.

Quartum premittendum est hoc, quod ad tantum precipue augumentare debet cauda infe-

Digitized by Google

rius tracta addita semibrevi non ligate ad quam diminuit cauda sibi opposita superius tracta, patet, quoniam non videtur ratio quare plus vel minus augmentare debeat quam diminuat sua sibi opposita; ergo et cetera.

Quintum premittendum est hoc, quod cauda addita semibrevi non ligate potest superius erigi et inferius trahi dupliciter, scilicet recte et a latere, hoc per se evidentissime patet.

Sextum premitendum est hoc, quod cauda superius erecta a latere semibrevi non ligate addita, habet ipsam semibrevem diminuere ad subduplum ad illud ad quod diminuere habet cauda sibi similis recte superius erecta ipsique semibrevi non ligate addita patet, nam primo talis cauda diminuit, cum ipsa superius erecta sit, modo omnis talis diminuere habet per secundum premissum, sed quod ad subduplum satis evidens est, cum quodammodo medium teneat in rectum ascensum et rectum descensum.

Septimum premittendum est hoc, quod cauda inferius tracta a latere semibrevi non ligateque adelita, habet ipsam semibrevem augumentare ad subduplum, ad illud ad quod augumentare habet cauda sibi similis recte inferius tracta ipsi semibrevi non ligateque addita, patet, nam primo talis cauda augmentat, cum ipsa inferius tracta sit, modo omnis talis augmentare habet per tertium premissum, sed quod ad subduplum etiam evidenter apparet, quoniam quodammodo medium tenet, inter rectum ascensum et rectum descensum. Istis sic stantibus poterit quilibet ea intelligens per se extraneas fabricare figuras, ut superius dictum est. Item poterit quilibet ista intelligens, si bene ipsa consciderabit, perpendere quasi omnes extraneas figurationes a modernis fabricatas esse taliter qualiter positas atque sine aliqua ratione mundi.

Sed quia signa superius posita, scilicet caudationes supraposite non sunt signa communia omnibus figuris atque ipsarum pausis deservire potentia, ideo intendo ostendere modum inveniendi aliqua signa communia omnibus figuris atque ipsarum pausis deservire potentia, per que poterimus quamcunque figuram sive ejus pausam diminuere ad quamcunque proportionem nobis delectabilem. Et notanter dico diminuere et non imperficere, quoniam non omnes figure possunt imperfici sicut minima et semiminima, et aliquando alie figure majores et figurarum pause, et hoc dico ab aliis figuris vel pausis, licet bene semper diminui possint, ut superius dictum est.

Unde pro declaratione istorum signorum premitto, quod quotienscunque aliquas figuras ad invicem proportionabo, semper intendo ipsas ad invicem proportionare in respectu ad ipsarum minimas, si minime non erunt; si vero minime essent ipsas ad invicem proportionabo sine aliquo respectu, et quod dico de figuris intelligo etiam de earum pausis. Et ratio premissi est hec, quia si vellemus omnes figuras ad invicem sine aliquo respectu proportionare, ut simile simili, sicut maximam maxime, et longam longe et sic ulterius, tunc nos opporteret in cantu tot ponere signa quod extraneum valde videretur, et ergo teneamus premissum nostrum, et talem pluralitatem signorum haberemus.

Isto premisso dico, quod si cantare volumus in proportione dupla vel duas pro una, tale debemus ponere signum $\frac{2}{1}$. Si vero cantare volumus in proportione tripla vel tres pro una, tale debemus ponere signum $\frac{3}{1}$. Si vero discantare volumus in proportione sexquialtera vel tres pro duabus, tale debemus ponere signum $\frac{3}{2}$. Si vero discantare volumus in proportione sexquitertia vel quatuor pro tribus, tale debemus ponere signum $\frac{4}{3}$. Si vero discantare volumus in proportione dupla sexquiquarta vel novem pro quatuor, tale debemus ponere signum $\frac{9}{4}$.

Digitized by Google

Et sic ulterius procedere possumus fracturas mirabiles inveniendo, dummodo figuram denotantem numerum notarum que mutantur, ponamus a parte superiori; et figuram denotantem numerum notarum que non mutantur, ponamus a parte inferiori. Scire tamen debes, quod signa ista superius posita et omnia alia que facere possumus, ponere debemus immediate ante figuras per ipsa diminutas. Item scire debes, quod iste figure sic diminute habent reduci ad mensuras superius in primo capitulo nominatas, quod videre poteris si bene considerabis, nam figure diminute que in proportione sexquialtera cantantur, sicut tres pro duabus, habent reduci ad perfectiones mensurarum, et possunt perfici, imperfici, evacuari, alterari, et breviter omnes passiones pati quas pati possunt figure recte perfectiones mensurarum habentes. De figuris vero in aliis proportionibus diminutis considera tu, et invenies mensuras ad quas reducuntur si subtiliter speculaberis. Et hec de signis pro nunc sufficiant.

De ligaturis.

Sequitur capitulum de ligaturis. Unde ligatura non est aliud quam quedam note ad invicem ligate per aliquod ligamentum, sive ad invicem conjuncte sine aliquo ligamento; propter quod primo notare debes, quod differentia est inter caudam sive tractum ex una parte, et ligamentum ex alia, nam cauda sive tractus est una linea alicui note addita, inferius sive superiusque erecta, et in nullam notam terminata. Ligamentum vero dicitur esse una linea alicui note addita, inferius sive superiusque erecta, et in notam aliam terminata. Item notandum, quod ligatura est duplex, quia quedam est ascendens et quedam descendens. Ligatura ascendens dicitur esse quando secunda nota in ligatura posita est altior prima. Ligatura vero descendens dicitur esse quando prima nota in ligatura est altior secunda.

Istis sic notatis pono aliquas regulas de ipsis ligaturis sive notis ad invicem ligatis; et primo de prima nota in ligatura posita sit hec regula prima, quod quandocunque ligatura est descendens, et prima nota ligature habuerit caudam sive tractum a parte sinistra descendentem, sive fuerit quadra sive obliqua, assumit denominationem atque valorem brevis. Exemplum regule, est hoc:



Secunda regula est hec, quod quandocumque ligatura est ascendens, et prima nota ligature habuerit caudam sive tractum a parte dextra descendentem, tunc vel ipsa nota est quadrangula non quadrata, vel est quadrangula quadrata. Si est quadrangula non quadrata, assumit denominationem atque valorem maxime. Si vero sit quadrangula quadrata, assumit denominationem atque valorem longe. Si vero nullam habuerit caudam sive tractum, denominationem atque valorem brevis assumit. Exemplum regule, est hoc:



Tertia regula est ista, quod quandocumque ligatura est descendens, et prima nota ligature non habeat aliquam caudam sive tractum, tunc aut talis prima nota ligature est quadrangula non quadrata, aut quadrangula quadrata. Si quadrangula non quadrata, tunc assumit denominationem atque valorem maxime. Si vero sit quadrangula quadrata aut curva, tunc assumit denominationem atque valorem longe. Exemplum regule, est hoc:

Digitized by Google

Quarta regula est ista, quod quandocumque prima nota alicujus ligature sive ascendentis sive descendentis habet caudam sive tractum a parte sinistra ascendentem, sive sit quadra sive obliqua sive quadrangula non quadrata, assumit denominationem atque valorem semibrevis una cum nota secunda secum immediate ligata, ut hic patet :



De nota vero ultima in ligatura sint iste regule : et primo hec et quinta in ordine, quod in omni ligatura sive ascendente sive descendente ultima nota ligature descendens respectu penultime, si sit quadrangula non quadrata, assumit denominationem atque valorem maxime. Si vero sit quadrangula et quadrata assumit denominationem atque valorem longe. Si vero sit obliqua assumit denominationem atque valorem brevis. Exemplum regule est hic inferius positum :



Sexta regula est ista, quod in omni ligatura sive ascendente sive descendente ultima nota in ipsa ligatura stans directe supra penultimam, vel stans a latere, sed tunc habens caudam sive tractum a parte dextra descendentem, si est quadrangula non quadrata, assumit denominationem atque valorem maxime. Si vero sit quadrangula et quadrata, assumit denominationem atque valorem longe. Si vero talis nota ultima stans a latere supra penultimam nullam caudam sive tractum habuerit, assumit denominationem atque valorem unius brevis. Exemplum regule est hoc :

De notis intermediis in ligatura sint iste regule : et primo ista et septima in ordine, quod omnes note in ligatura posite inter primam et ultimam ligature dicuntur breves, nisi prima habuerit caudam sive tractum a parte sinistra ascendentem, quoniam tunc talis cauda faceret duas primas notas in ligatura positas esse semibreves, ut ponit regula quarta.

Octava regula est ista, quod nulla maxima atque longa ligabilis est in medio ligature; hanc regulam affirmant omnes auctores musice, sicut Franco et alii in suis capitulis de ligaturis. ipsam ergo teneamus quoniam nobis licitum non est eis in aliquo obviare; et potest etiam sic persuaderi, nam omnis perfectio solum in principio vel fine consistit, quoniam omnia que perfecta sunt, solum ratione principii vel finis perfecta dicuntur, si sic, ergo cum quelibet longa et etiam maxima dicantur cum perfectione saltim in ligatura posite, ut asserunt ipsimet musice auctores, sequitur quod ipse solum ligari debent in principio vel in fine ligature, a quibus perfectio habet denominari, et non in medio aliquo nulla denominatur perfectio, quod fuit regula nostra.

Nona regula est ista quod nobis est cavendum in quantum nobis est possibile ligare notas ad diversos modos sive ad diversa tempora pertinentes ad invicem. Hec regula sic declaratur, nam in arte, quod clarius est tenendum, est et obscurius ejiciendum, sed clarius est notas non ad diversos modos sive non ad diversa tempora pertinentes ad invicem ligare, quoniam sic faciendo statim nobis punctato aliquo cantu cognoscimus

Digitized by Google

cujus mensure ipse sit, et que suarum figurarum perfectibilium et imperfectibilium sit perfecta, et que non, et que altera, et que non, quam notas ad diversos modos sive ad diversa tempora pertinentes ad invicem ligare, quoniam tunc in majorem laborem incurrimus, quoniam nobis punctato aliquo cantu cognoscere non possumus cujus mensure ipse sit, et que suarum figurarum perfecta sit, et que imperfecta, et que recta, et que altera, nisi prius ipsum numeramus, ergo ligare notas non ad diversos modos sive non, ad diversa tempora pertinentes ad invicem est a nobis observandum, modum ligandi notas ad diversos modos sive ad diversa tempora pertinentes ad invicem in quantum nobis est possibile, abjiciendo quod fuit declarandum. Et hec de ligaturis nunc sufficiant.

De pausis.

Sequitur capitulum de pausis. Unde est notandum, quod sicut inveniuntur alique figure in principio tractatus nominate que sunt signa nobis demonstrantia quantum vocem elongare vel breviare debemus, ita reperiuntur quedam signa nobis demonstrantia quantum a cantu desistere debemus, et talia signa pausas nominamus. Unde pausa sic describitur: Pausa est signum nobis demonstrans quantum a cantu desistere debemus. Sed quia a cantu desistere possumus dupliciter, scilicet mensurate et immensurate, ideo duplex est pausa, scilicet mensurata et immensurata. Pausa immensurata est quidam tractus in prima linearum linee incohatus, usque ad ipsarum ultimam protractus, a minima intermedia spatiaque occupans, atque finem cantus sive ipsius partis nobis immensurate demonstrans, ut hic : . Et vocari etiam potest talis pausa immensurata, alio nomine pausa generalis, sive pausa communis, sive pausa finalis. Pausa generalis namque nominatur eo quod in tali pausa omnes canentes generaliter a cantu desistunt. Pausa vero communis dicitur, quoniam in tali pausa omnes canentes communiter pausant. Pausa vero finalis appellatur, eo quod cantum finit sive ipsius partem. Sed pausa immensurata nuncupatur, quoniam omnes canentes per ipsam pausam a cantu desistunt immensurate. Pausa vero mensurata est quidam tractus in linea incohatus non omnia spatia occupans, quantum a cantu desistere debemus nobis mensurate demonstrans, que etiam appellari potest aliquando pausa generalis et pausa communis propter eamdem causam qua et immensurata. Et talis pausa mensurata est multiplex, quia quedam est pausa semiminime, quedam est pausa minime, quedam est pausa semibrevis, quedam est pausa brevis, quedam est pausa longe, et quedam est pausa maxime, licet raro inveniatur.

Pausa semiminime est quidam tractus in linea incohatus, sursum usque ad medium spatiique erectus, atque in summitate retortus, ut : .

Pausa minime est quidam tractus in linea incohatus, sursum usque ad medium spatiique erectus sine aliqua retortione, ut hic : . Pausa semibrevis est quidam tractus in linea incohatus, deorsumque usque ad medium spatii protractus, sine aliqua retortione, ut hic : . Pausa brevis est quidam tractus in linea incohatus, usque ad lineam linee incohationis immediatam protractus, unum solum occupans spatium; et talis pausa non potest figurari in linea pauciorum linearum tribus, quia aliter fieret immensurata, exemplum pause, est hoc : . Pausa longe est duplex, quia quedam est pausa longe perfecte quo ad totum, et quedam est pausa longe imperfecte quo ad totum.

Digitized by Google

Pausa longe imperfecte quo ad totum est quidam tractus in linea incohatus, usque ad lineam linee incohationis mediatam protractus, solum duo occupans spatia; et talis pausa non potest figurari in linea pauciorum linearum quam quatuor, quoniam aliter fieret immensurata. Exemplum pause, est hoc: . Pausa longe perfecte quo ad totum est quidam tractus in linea incohatus, usque ad lineam linee incohationis mediatam protractus, tria solum occupans spatia; et talis pausa non potest figurari in linea pauciorum linearum quam quinque, quoniam aliter fieret immensurata. Exemplum pause, est hoc:

Pausa maxime est duplex, quia quedam est pausa maxime perfecte quo ad totum; et quedam est pausa maxime quo ad totum et quelibet istarum est duplex, quia quedam est pausa maxime perfecte sive imperfecte quo ad totum cujus omnes longe sunt perfecte quo ad totum, et quedam est pausa maxime perfecte quo ad totum cujus omnes longe sunt imperfecte sive imperfecte quo ad totum.

Pausa maxime imperfecte quo ad totum cujus omnes longe sunt imperfecte quo ad totum est quedam tractus in linea incohatus, usque ad aliam lineam linee incohationis mediatam protractus, solum quatuor occupans spatia; et talis pausa non potest figurari in linea pauciorum linearum quam sex, quoniam aliter fieret immensurata. Exemplum pause, est hoc: 

Pausa maxime imperfecte quo ad totum cujus omnes longe sunt perfecte quo ad totum, vel pausa maxime perfecte quo ad totum cujus omnes longe sunt imperfecte quo ad totum, est quidam tractus in linea incohatus, usque ad lineam linee incohationis mediatam protractus, solum sex occupans spatia; et talis pausa figurari non potest in linea pauciorum linearum quam octo, quoniam aliter fieret immensurata. Exemplum pause est hoc:  Pausa maxime perfecte quo ad totum cujus omnes longe sunt perfecte quo ad totum, est quidam tractus in linea incohatus, usque ad aliam lineam linee incohationis mediatam protractus, solum novem occupans spatia; et talis pausa non potest figurari in linea pauciorum linearum quam undecim, quoniam aliter fierit immensurata. Exemplum pause, est hoc:  Ex dictis patet, quomodo unica pausa, sola unica linea figurari debet. Item ex dictis etiam patet, quod omnis pausa mensurata correspondere debet aliqui sex figurarum superius in principio tractatus nominatarum. Propter quod sequitur, quod ponenda non est pausa plura occupans spatia quam novem, eo quod talis pausa nulli sex figurarum superius nominatarum corresponderet. Item quia superius dixi pausam maxime raro inveniri est sciendum, quod ideo pausa maxime raro invenitur, quia linea plurium linearum quam quinque in qua nullo modo potest figurari pausa maxime propter causam superius dictam non habemus communiter, licet habere possemus lineas habentes tot lineas quot superius nominavi si vellemus, sed quia sine talibus satis bene operari possumus de ipsis non curamus, licet aliquando reperiatur linea sex linearum; et ideo dixit Johannes de Muris pausam plura spatia quam tria occupantem non esse ponendam, eo quod suo tempore non reperiebatur linea plurium linearum quam quinque, et ideo subjunxit quod si talis poneretur esse immensurata.

Notandum est ulterius, quod pausarum quedam fuerunt principaliter invente propter ornare cantus,

Digitized by Google

sicut pausa minime et pausa semiminime, que .... in musica nominantur. Quedam vero fuerunt principaliter invente propter auxiliari nature fatigate in cantando, sicut pausa maxime, si qua talis inveniatur, pausa longe, pausa brevis et pausa semibrevis. Unde dato quod pausa minime et pausa semiminime aliquando ponantur propter auxiliari nature fatigate in cantando, licet raro, quoniam natura humana in cantando fatigata ex tali pausatione parvissimum potest suscipere subsidium, et licet etiam pausa maxime, si qua talis inveniatur, pausa longe, pausa brevis et pausa semibrevis, aliquando ponantur propter ornare cantus, ad hoc tamen principaliter invente non fuerunt, ut dictum est.

Item notandum, quod nunquam est ponenda pausa maxime, si qua talis inveniatur, nisi completo modo maximarum; nec unquam est ponanda pausa longe, nec major, si qua talis inveniatur, nisi completo modo longarum; nec unquam est ponenda pausa brevis, nec major, nisi completo tempore; nec unquam est ponenda pausa semibrevis nec major nisi completa prolatione; et ratio notabilis est, quia si oppositum operaremur, non poneremus pausas ad earum finem principalem ad quem invente fuerunt quia nature in cantando fatigate non auxiliaremur, sed potius sibi agravamen adderemus, ut potest quilibet in se experiri. Item, quia rationabile est quod quelibet pausa denotet complementum mensure figure qui correspondet, si figura qui correspondet aliquam mensuram habeat sibi appropriatam.

Item notandum, quod pausa non potest per punctum perfici, nec ab alia figura imperfici, nec alterari, patet quoniam pausatio cujus pausa est signum, non potest perfici nec imperfici nec alterari, et ergo nec pausa quod est ipsius signum, sed quod pausatio non possit perfici, imperfici nec alterari patet, quia per ipsam pausationem nihil aliud nobis denotatur quam quedam privatio sive aspiratio vocis sive quoddam silentium; que privatio sive aspiratio vocis sive quodam silentium; que privatio sive aspiratio vocis, sive quod silentium nihil est nec potest esse, modo quod non est nec potest esse, non potest perfici non imperfici nec alterari, ut satis evidens est. Sed quia figure sunt signa vocum que bene possunt augmentari et diminui ad modum perfectionis et imperfectionis et alterationis, hinc et quod ipsarum alique bene possunt perfici imperfici atque alterari.

Item notandum, quod nunquam in cantu majoris prolationis est ponenda pausa semibrevis imperfecte sine signo intrinseco vel extrinseco. Item in cantu temporis perfecti nunquam est ponenda pausa brevis imperfecte sine signo intrinseco vel extrinseco; hoc omnibus est evidentissimum atque ab omnibus concessum, eo quod non videtur rationabile in cantu majoris prolationis ubi omnes semibreves de sui natura habent perfectionem, et etiam in cantu temporis perfecti ubi omnes breves de sui natura sunt perfecte, quod earum pause sine aliquo signo habeant imperfectionem ut sic loquar, sive sint pause brevium atque semibrevium imperfectarum.

Item nunquam in cantu de modo perfecto longarum est ponenda pausa longe imperfecte sine signo extrinseco vel intrinseco. Item in cantu de modo perfecto maximarum nunquam est ponenda pausa maxime imperfecte sine signo intrinseco vel extrinseco, si qua talis inveniatur; hoc declaratur sic, nam sicut non est ponenda pausa semibrevis imperfecti in cantu majoris prolationis sine aliquo signo intrinseco vel extrinseco, et sicut non est ponenda pausa brevis imperfecte in cantu temporis perfecti sine aliquo signo intrinseco vel extrinseco; que ambo concedunt omnes cantores atque superius probata fuerunt, ita non est ponenda pausa longe imperfecte in cantu de modo perfecto longarum sine aliquo signo intrinseco vel extrinseco, et etiam non

Digitized by Google

est ponenda pausa maxime imperfecte signa talis inveniatur in cantu de modo perfecto maximarum sine aliquo signo intrinseco vel extrinseco, cujus oppositum quasi omnes operantur, et si non est sic detur causa diversitatis. Item etiam, quia non videtur rationabile imperfectione istarum mensurarum ubi omnes maxime et longe de sui natura habent perfectionem, quod ponantur pause similium figurarum imperfectarum, et hoc sine signo ut superius dictum est. Et hec de pausis pro nunc sufficiant.

De sincopa.

Sequitur capitulum de sincopa. Unde sincopa est divisio figure ex omni parte per partes separatas, que partes reducuntur ad invicem numerando perfectiones vel imperfectiones mensurarum, de qua sincopa sunt solum ista duo notanda.

Primum est, quod sincopa potest fieri in quacumque mensura sive perfecta sive imperfecta.

Secundum notandum est, quod nunquam nota vel ipsius pausa debet reduci per sincopam ultra pausam figure majoris, ut puta semiminima vel ipsius pausa ultra pausam minime vel majorem, vel minimam, vel ipsius pausa ultra pausam semibrevis vel majorem, vel semibrevis, vel ipsius pausa ultra pausam brevis vel majorem, vel brevis, vel ipsius pausa ultra pausam longe vel majorem, si qua talis inveniatur; vel longa vel ejus pausa ultra pausam maxime si qua talis inveniatur; et ratio est, quia si oppositum operaremur, tunc aut poneremus pausam maxime, si qua talis inveniatur, non completo modo maximarum, aut poneremus pausam longe non completo modo longarum, aut poneremus pausam brevis non completo tempore, aut poneremus pausam semibrevis non completa prolatione, quod est contra penultimum notabile positum in capitulo de pausis. Et hec de sincopa pro nunc sufficiant.

De diminutione.

Sequitur capitulum de diminutione. Unde diminutio sumitur dupliciter, sumitur namque primo diminutio pro quacumque diminutione sive in pronuntiatione talis diminutionis ponatur valor note minoris pro valore note sibi immediate majoris, sive non, et sic non sumitur in proposito. Aliquando sumitur diminutio solum pro diminutione in cujus pronuntiatione ponitur valor note minoris pro valore note sibi immediate majoris, et sic sumitur in propositio et diffinitur sic diminutio est pronuntiatio note majoris in valore note sibi immediate minoris.

Pro ista diminutione sic secundo modo accepta sunt notande he regule; et prima est hec, quod in tali diminutione semper ponitur nota minor pro nota sibi immediate majori, verbi gratia, nam in tali diminutione semper pro maxima ponitur longa, et pro longa brevis, et pro brevi semibrevis, et pro semibrevi minima, et pro minima semiminima.

Secunda regula est hoc, quod in tali diminutione est semper pro nota imperfecta, quo ad totum, ponenda alia nota imperfecta, quo ad totum, et pro nota perfecta, quo ad totum, alia nota perfecta, quo ad totum, si nota que pro alio ponitur perfectibilis et imperfectibilis sit; si vero non, uti est minima et semiminima, ponenda est ut jacet, si nota pro qua ponitur perfecta sit de sui natura; si vero perfecta esset per punctum ponenda est ut jacet cum ipsius medietate.

Tertia regula est hec, quod in tali diminutione ponenda est semper pro nota recta sive non alterata quod idem est, alia nota recta sive non alterata, et pro nota alterata alia nota alterata, si nota que pro alio ponitur alterabilis sit; si vero non, uti est semiminima, ponenda est bis ut jacet, vel una minima que tantum valet.

Digitized by Google

Quarta regula est hec, quod cujuslibet note quo ad totum perfecte sive recte sive alterate diminutio fit directe duabus partibus respectu quarum quo ad totum perfecta vel imperfecta dicitur ablata, tertia remanente.

Quinta regula est hec, quod cujuslibet note quo ad totum imperfecte sive recte sive alterate diminutio fit directe medietate una de partibus respectu quarum quo ad totum perfecta vel imperfecta dicitur ablata, alia medietate remanente.

Sexta regula est hec, quod quicquid dictum est de figuris quantum ad ipsarum veram diminutionem, intelligere etiam habemus de ipsarum pausis in ipsas vere diminuendo. Et hec de diminutione pro nunc sufficiant.

De augmentatione.

Sequitur capitulum de augmentatione. Unde augmentatio sumitur dupliciter uti sumitur diminutio, cum quot modis sumitur unum oppositorum, tot modis sumi debeat reliquum per Aristotelem in Topicis. Sumitur namque primo augmentatio pro quacumque augmentatione, sive in pronuntiatione talis augmentationis ponatur valor note majoris pro valore note sibi immediate minoris, sive non, et sic non sumitur in proposito. Alio modo sumitur augmentatio solum pro augmentatione in cujus pronuntiatione ponitur valor note majoris pro valore note sibi immediate minoris, et sic sumitur in proposito et diffinitur sic: augmentatio est pronuntiatio note minoris in valore note sibi immediate majoris, pro qua augmentatione sic secundo modo accepta notande sunt he regule.

Prima est hec, quod in tali augmentatione semper ponitur nota major pro nota sibi immediate minori, verbi gratia, nam in tali augumentatione semper pro semiminima ponitur minima, et pro minima semibrevis, et pro semibrevi brevis et pro brevi longa et pro longa maxima.

Secunda regula est hec, quod in tali augmentatione ponenda est semper pro nota imperfecta quo ad totum alia nota imperfecta quo ad totum, alia nota perfecta quo ad totum.

Tertia regula est hec, quod in tali augmentatione ponenda est semper pro nota recta sive non alterata alia nota recta sive non alterata, et pro nota alterata alia nota alterata, si nota que pro alia ponitur alterabilis sit, si vero non uti est maxima, bis ponenda est ut jacet.

Quarta regula est ista, quod cujuslibet note quo ad totum perfecte sive recte sive alterate augmentatio fit directe per additionem dupli ad ipsam.

Quinta regula est ista, quod cujuslibet note quo ad totum imperfecte sive recte sive alterate augmentatio fit directe per ipsius duplationem.

Sexta regula est ista, quod quicquid dictum est de figuris quantum ad ipsarum veram augmentationem, intelligere etiam habemus de ipsis pausis in ipsas vere agumentando. Et hec de augmentatione pro nunc sufficiant.

De colore et talea.

Sequitur capitulum de colore et talea. Unde est sciendum, quod de colore et talea tres reperiuntur varie opiniones, quarum una fuit Johannis de Muris; secunda vero quorumdam aliorum musicorum qui tempore Johannis de Muris fuerunt, quam opinionem etiam recitat Johannes de Muris in suo tractatu cantus mensurabilis in capitulo de colore et talea; tertia vero est quorumdam modernorum aliter quam priores de colore et talea sentientium, partim tamen concordantium cum quolibet priorum, quam opinionem quia satis rationabilis est, inter alias recitabo ordinate.

Digitized by Google

Unde primitus est sciendum quod omnes iste tres opiniones in hoc concordate sunt, quod color in musica sit sumptus sub quadam similitudine ad quemdem colorem rethoricum qui repetitio nominatur, quoniam sicut in tali colore rethorico fit pluries repetitio ejusdem dicti, ita in colore musico fit pluries repetitio similium figurarum, sive similium vocum, sive similium figurarum et vocum simul, secundum quod varie sunt iste opiniones. Hoc posito, venio ad declarationem opinionum jam dictarum, quibus recitatis et intellectis, scire tunc bene poterimus quod sit ipse color, et ipsa talea, et differentiam inter ipsa, si inter ipsa differentiam ponere volemus.

Prima ergo opinio, que fuit Johannis de Muris ut dixi, vult quod nulla sit differentia inter colorem et talem, immo quod unum et idem sint, et ideo in suo Libello de cantu mensurato colorem diffinivit et non taleam, eo quod diffinitionem quam dabat de colore intelligebat etiam de talea. Unde color et talea in musica secundum istam opinionem sic simul in una diffinitione diffiniri possunt.

Color sive talea in musica est unus processus similium figurarum repetitus, pluries in aliquo cantu secundum eumdem ordinem. Habes igitur secundum istam opinionem quomodo duo requiruntur ad hoc quod aliquis processus figurarum dicatur color vel talea, primo namque requiritur quod in tali processu repetantur similes figure, secundo requiritur quod tales figure similes in quolibet colore ejusdem cantus repetantur secundum eumdem ordinem sive similem; et hec omnia debent intelligi fore in eodem cantu, quorum duorum uno deficiente non erit talis processus color neque talea secundum istam opinionem.

Secunda vero opinio quam etiam, ut dixi, recitat Johannes de Muris in suo Libello de cantu mensurato, in capitulo de colore et talea, vult quod differentia sit inter colorem et taleam; que differentia manifeste apparet in eorum descriptionibus que tales sunt : Color in musica est unus processus solum similium vocum repetitus pluries in cantu aliquo secundum eumdem ordinem. Talea vero in musica est unus processus solum similium figurarum repetitus pluries in aliquo cantu secundum eumdem ordinem. Habes ergo ex his descriptionibus differentiam talem inter colorem et taleam secundum istam opinionem, quia in colore repetuntur solum similes voces, in talea vero repetuntur solum similes figure; et sic ad hoc quod aliquis sit color requiritur quod repetantur similes voces, ad hoc vero quod sit talea requiritur quod repetantur similes figure, et hoc secundum istam opinionem; aliud vero quod requirebatur ad hoc quod aliquis processus figurarum esset color vel talea secundum primam opinionem. Requiritur etiam hic ad hoc quod aliquis processus figurarum sit color vel talea secundum istam opinionem quorum omnium uno deficiente non est color, nec talea secundum opinionem hanc.

Tertia vero opinio quorumdam modernorum, ut dixi, nulli predictarum opinionum contradicere volens eo quod fuerant magistrorum in hac arte multum expertorum conata est quodammodo quasi medium inter ipsas insequi velle, vult namque ista opinio quod differentia sit inter colorem et taleam, et per hoc convenit cum opinione secunda et disconvenit cum prima; vult etiam ista opinio talem differentiam assignando, quod in colore fiat repetitio similium vocum et similium figurarum simul, et per hoc disconvenit cum utraque preteritarum opinionum; et quod in talea fiat repetitio solum similium figurarum, et per hoc convenit cum utraque ipsarum; convenit etiam cum ambabus in alia conditione recitata in prima opinione, et si aliquis processus figurarum denominari habeat talea, ex ista ergo

Digitized by Google

opinione tales potes sumere diffinitiones de colore et de talea. Color ergo secundum istam opinionem sic diffinitur : color est unus processus similium figurarum atque similium vocum repetitus pluries in medio alicujus cantus secundum eumdem ordinem. Talea vero sic diffinitur secundum ipsam : talea est unus processus solum similium figurarum repetitus pluries in aliquo cantu secundum eumdem ordinem et absque medio. Duplicem ergo habes differentiam inter colorem et taleam secundum opinionem hanc, prima est quod in colore fit repetitio similium vocum et similium figurarum simul, in talea vero solum similium figurarum. Secunda differentia est quia talis repetitio in talea debet fieri absque medio, ut expositum est superius in prima opinione ; in colore vero potest fieri cum medio et asque medio. Iste ergo sunt tres opiniones de colore et talea, de quibus tu, qui legis, elige tibi illam que tibi magis delectabilis est; media tamen magis communiter est usitata, licet omnes satis rationabiles sint. Et hic de colore et talea pro nunc sufficiant.

De modo cognoscendi mensuras cantuum.

Sequitur capitulum de modo cognoscendi mensuras cantuum. Unde ad hoc cognoscendum oportet premittere aliquas regulas, quibus intellectis poterit quilibet boni ingenii cognoscere cujus mensure sit quilibet cantus sibi propositus, si ipsum bene examinabit.

Prima ergo regula est hec, quod si punctus divisionis inter minimas ratione ipsarum ipsas dividens reperiatur in aliquo cantu, vel parte ejus, tunc talis cantus vel pars infallanter dicitur esse majoris prolationis.

Secunda regula est hec, quod si in aliquo cantu vel ipsius parte reperiatur punctus divisionis inter semibreves ratione ipsarum ipsas dividens, tunc talis cantus vel pars infallenter dicitur esse temporis perfecti.

Tertia regula est hec, quod si in aliquo cantu vel ipsius parte reperiatur punctus divisionis inter semibreves ratione ipsarum ipsas dividens, tunc talis cantus vel pars infallenter dicitur esse modi perfecti longarum.

Quarta regula est hec, quod si in aliquo cantu vel ipsius parte reperiatur punctus divisionis inter longas, tunc talis cantus vel pars infallenter dicitur esse modi maximarum perfecti. Et ratio omnium regularum supradictarum est hec, quoniam punctus divisionis semper ponitur in perfectione mensure respectu cujus notas dividit, ut habetur in capitulo de punctis. Scias tamen, quod si cantores bene et recte et cum ratione suos cantus figurarent, posset dari talis regula non fallens, quod in quocumque cantu reperirentur semibreves rubee plene vel nigre vacue, tunc ille cantus diceretur esse majoris prolationis, et si in ipso reperirentur breves taliter variate, tunc diceretur esse temporis perfecti; et si in ipso reperirentur longe taliter variate, tunc diceretur esse modi longarum perfecti et si in ipso reperirentur maxime taliter variate tunc diceretur esse modi maximarum perfecti; et ratio omnium istorum in simul est, quoniam, ut dictum est, in capitulo de signis, tales variationes fieri non possunt nisi in perfectione mensurarum. Sed quia fere omnes cantores a recta figuratione deviant, hanc regulam sine et aliis attende.

Quinta ergo regula est hec, quod si in aliquo cantu vel ipsius parte reperiatur semibrevis puncto perfectionis punctata, ex quo puncto non sequatur separatio alicujus minime vel valoris ab ipsa semibrevi, tunc talis cantus vel pars dicitur esse minoris prolationis.

Sexta regula est hec, quod si in aliquo cantu vel ipsius parte reperiatur brevis puncto perfectionis punctata, ex quo puncto non sequatur

Digitized by Google

separatio alicujus semibrevis vel valoris ab ipsa brevi, tunc talis cantus vel pars dicitur esse temporis imperfecti.

Septima regula est hec, quod si in aliquo cantu vel ipsius parte reperiatur longa puncto perfectionis punctata, ex quo puncto non sequatur separatio alicujus brevis vel valoris ab ipsa longa, tunc talis cantus vel pars dicitur esse modi longarum imperfecti.

Octava regula est hec, quod si in aliquo cantu vel ipsius parte reperiatur maxima puncto perfectionis punctata, ex quo puncto non sequatur separatio alicujus longe vel valoris ab ipsa maxima, tunc talis cantus vel pars dicitur esse modi maximarum imperfecti. Et ratio istarum quatuor regularum est hec, quoniam si aliter esset, tunc talia puncta essent frustra posita, ut patere potest intuenti capitulum de punctis, et sic talis cantus foret male figuratus. Nota tamen, quod omnes regulas supradictas intelligere debes, si talia puncta superius nominata reperiantur inter notas per signa non nominatas.

Sed quia multociens contigit defectus signorum supradictorum, tum quia in aliquo cantu non reperitur aliquod supradictorum signorum, tum quia dato quod reperiatur, est tamen dubium quid ibi operetur, sicut est de puncto divisionis qui, licet reperiatur inter minimas, est tamen dubium utrum dividat prolationem, vel tempus, vel modum, ideo do tibi nonam et ultimam regulam talem, quod si noscere vis cujus mensure sit aliquis cantus tibi propositus, debes ipsum cantare, vel aliquid sibi proportionale facere, sicut ipsius contrapunctum numerare, et per hoc infallenter in notitiam mensure cujuscumque cantus tibi propositi devenire poteris, si laborare voles.

Et hec de modo cognoscendi mensuras cantuum, atque de totali tractatu anno Domini 1408, Padue compilata, pro nunc sufficiant volentibus sub brevitate colligere ea que diffusius dilatavi in quodam meo opere quod scripsi super tractatu pratice cantus mensurabilis Johannis de Muris. Si vero quis dubia alia que prolixa hic recitata atque ibi pertractata videre vellet, illuc recurrat; et ibidem videbit, si quid boni erit. Amen.

EXPLICIT TRACTATUS PRATICE CANTUS MENSURABILIS
PROSDOCIMO DE BELDEMANDIS DE PADUA
COMPOSITUS. DEO GRATIAS. AMEN.

XVIII

PROSDOCIMI DE BELDEMANDIS

TRACTATUS PRACTICE DE MUSICA MENSURABILI AD MODUM ITALICORUM

Ars pratice cantus mensurabilis duplex reperitur : ars scilicet Italica qua soli Italici usi sunt, et ars Gallica quam omnes, Italicis exceptis, amplexi sunt; dato quod ad presens ipsa etiam utantur Italici, et forsan non pejus aliis, in tantum quod propriam negligunt artem, et Gallicam exaltant,

Digitized by Google

putantes propriam esse deffectuosam, et galicam pulcriorem, perfectiorem, et subtilliorem existere, cujus oppositum inferius declarabo. Hoc tamen solum ex ignorantia Italicorum presentium, propriam artem se scire putantium, quam totaliter ignorant, evenire puto, et in hanc errorem egomet incurri, sic quod alias circa artem Gallicam multum laboravi, et in ipsa duo opera complevi. Sed postquam artem Italicam subtiliter inspexi, me circa priorem credulitatem graviter errasse immediate perpendi, qua de re ad hujus tractatus artis Italice de cantu mensurabili compositionem devenire me tunc deliberavi, quem summant veri scientes, ipsumque non invidia, sed sola caritate corrigant, diminuta adimplendo, et superflua diminuendo.

Quia igitur cantus mensurabilis de quo est presens intentio determinare, est ille qui figuras sive notas considerat mensuratas, ideo a notis mensuratis incohandus est presens tractatus propter quod est sciendum, quod tam apud Italicos quam apud Gallicos sex sunt figure mensurate in cantu mensurabili communiter usitate, scilicet maxima que alio nomine duplex longa nominatur, et sic figuratur : ; longa que sic figuratur : ; brevis que alio nomine tempus nominatur, et sic figuratur : ; semibrevis que sic figuratur : ; minina que sic figuratur : . Et semiminima que duobus modis figurari habet, primo cum cauda retorta sine caude reflexione ad superius, ut hic: ; et tales semiminime ad minimas in dupla proportione cantantur, ut gratia exempli due de illis pro una minima. Secundo modo figuratur cum cauda retorta, cum ipsius caude reflexione ad superius, ut hic : ; et tales semiminime ad minimas in sexquialtera proportione cantantur, ut gratia exempli tres ipsarum pro duabus minimis, et causa quare semiminime primi ordinis sunt minoris valoris quam semiminime secundi ordinis est hec, quia semiminime secundi ordinis habent reflexionem sue caude ad superius, ex qua reflexione aliquantam sumunt augumentationem, eo quod per talem reflexionem ad superius ad valorem minimarum reddire conantur, et ideo aliquantulum augumentantur ultra valorem semiminimarum que in dupla proportione cantantur.

Sed causa quare plus cantantur iste semiminime secundi ordinis in sexquialtera proportione quam in aliqua alia, non videtur esse nisi sola auctoritas veterum. Scias tamen, quod multas alias figuras ab his sex diversas invenies, que in rei veritate aliquo sex nominum superius nominatorum nominari habent, ita quod subtiliter inspicias, quoniam illius nomine nominari habet quelibet figura ab his sex diversa, cui de illis sex magis assimilatur. Scias etiam, quod sex figure superius nominate sunt in propriis figuris figurate; alie vero que reperiuntur ab his diverse, non sunt figurate in propriis figuris, licet ad has sex reduci habeant, ut dictum est.

Item sciendum, quod quelibet quatuor primarum figurarum superius nominatarum est duplex: perfecta scilicet et imperfecta; perfecta, quando valet tres immediate sequentibus; imperfecta vero, quando valet duas; cum perfectio in numero ternario consistat, et imperfectio in binario. Et intelligo per notas immediate sequentes, notas immediate sequentes sub ordine prius recitato, ut gratia exempli, tunc maxima perfecta dicitur, quando valet tres longas; imperfecta vero, quando valet duas et longa tunc dicitur perfecta, quando valet tres breves. Imperfecta vero quando valet duas, et brevis tunc dicitur perfecta, quando valet tres semibreves; imperfecta vero quando valet duas; et semibrevis, tunc dicitur perfecta, quando valet tres minimas; imperfecta vero, quando valet duas. Minima vero et semiminima non dicuntur perfecte nec imperfecte eo

Digitized by Google

quod in propriis figuris figurate nunquam divisibiles sunt in tres partes equales propter quod scire debes, quod ille figure dicuntur recipere perfectionem et imperfectionem, et solum tales que in propriis figuris figurate aliquando dividi possunt in tres partes equales, et aliter non.

Istis sic ordinatis ad declarationum mensurarum accedamus, cum mensura rerum in omnibus necessaria reddatur, que mensura licet multipliciter summi possit, ad presens tamen solum mensuram musicalem agrediar, que pro nunc nostre intentionis propositum existit. Dico igitur quod mensura musicalis, secundum Italicorum mentem, sic diffiniri habet: mensura musicalis est divisio valoris note perfecte vel imperfecte cujuscumque figure sit, et hoc per punctum vel sibi conforme in toto processu alicujus cantus reperta. Et hec mensura est duplex, est namque una mensura que modus dicitur, licet antiqui ignorantes Italici dicant hanc mensuram apud Italicos non inventam esse, quod falsum est, cum Marchetus de Padua et alii qui in hac arte Italica scripserunt, de ipso modo maximam faciant mentionem; et alia est mensura que tempus appellatur.

Et hec mensura que modus dicitur iterum bipartita, quoniam quidam est modus maximarum, et quidam est modus longarum. Modus maximarum est ille, cujus perfectio et imperfectio per perfectionem et imperfectionem maximarum mensurari sive dividi habet. Et iste etiam bipartitur, quoniam quidam est modus maximarum perfectus et quidam imperfectus. Modus maximarum perfectus est ille, qui ponit maximas in valore trium longarum equalium. Imperfectus vero est ille, qui ponit eas in valore duarum. Et per hoc ille cantus de modo maximarum perfecto dicitur, in quo omnes maxime perfecte sunt, et inter quelibet duo puncta immediata talem modum maximarum dividentia vel ipsis punctis conformia, clauditur valor maxime perfecte. Ille vero cantus de modo maximarum imperfecto dicitur, cujus omnes maxime sunt imperfecte, et in quo inter quelibet duo puncta immediata vel sibi conformia talem modum maximarum dividentia, clauditur valor maxime imperfecte.

Modus vero longarum est ille cujus perfectio et imperfectio per perfectionem et imperfectionem longarum mensurari sive dividi habet. Et iste etiam bipartitur, quoniam quidam est modus longarum perfectus et quidam imperfectus. Modus longarum perfectus est ille qui ponit longas in valore trium brevium equalium; imperfectus vero est ille, qui ponit in valore duarum. Et propter hoc ille cantus dicitur de modo longarum perfecto, in quo omnes longe perfecte sunt, et in quo inter quelibet duo puncta immediata vel sibi conformia, talem modum longarum dividentia, clauditur valor longe perfecte. Ille vero cantus dicitur de modo longarum imperfecto, cujus omnes longe sunt imperfecte, et inter quelibet duo puncta immediata vel sibi conformia talem modum longarum dividentia, clauditur valor longe imperfecte.

Alia vero mensura, que tempus appellatur, est mensura cujus perfectio et imperfectio per perfectionem et imperfectionem brevium mensurari sive dividi habet. Et hec iterum est duplex: est namque quoddam tempus perfectum, et quoddam imperfectum. Tempus perfectum est illud quod ponit breves in valore trium semibrevium equalium. Et hoc est triplex scilicet tempus senarium, tempus novenarium et tempus duodenarium. Tempus senarium perfectum est illud quod ponit breves in valore trium semibrevium equalium valoris sex minimarum.

Unde ille cantus est senarius perfectus, in quo omnes breves sunt perfecte, sex minimas valentes, et inter quelibet duo puncta immediata vel sibi conformia tale tempus dividentia clauditur valor sex minimarum. Novenarium vero

Digitized by Google

tempus est illud, quod ponit breves in valore trium semibrevium equalium valoris novem minimarum. Unde ille cantus novenarius dicitur, in quo omnes breves sunt perfecte, novem minimas valentes, et inter quelibet due puncta immediata vel sibi conformia tale tempus dividentia, clauditur valor novem minimarum. Duodenarium vero est illud, quod ponit ipsas breves in valore trium semibrevium equalium valoris duodecim minimarum. Unde ille cantus est duodenarius in quo omnes breves sunt perfecte, duodecim minimas valentes, inter quelibet duo puncta immediata vel sibi conformia tale tempus dividentia, clauditur valor duodecim minimarum.

Tempus vero imperfectum est illud quod reddit breves solum valoris duarum semibrevium equalium. Et hoc est triplex : scilicet tempus quaternarium, tempus senarium et tempus octenarium.

Tempus quaternarium est illud, quod reddit breves valoris duarum semibrevium equalium, valoris quatuor minimarum. Unde ille cantus est quaternarius, in quo omnes breves sunt perfecte, quatuor minimas valentes, et inter quelibet duo puncta immediata vel sibi conformia tale tempus dividentia, clauditur valor quatuor minimarum.

Tempus vero senarium imperfectum est illud quod ponit breves valoris duarum semibrevium equalium sex minimas valentium. Unde ille cantus est senarius imperfectus, in quo omnes breves sunt imperfecte, sex tamen minimas valentes, et inter quelibet duo puncta immediata vel sibi conformia tale tempus dividentia, clauditur valor sex minimarum. Et sic habes qualiter duplex est tempus senarium, scilicet perfectum et imperfectum, et quomodo unum ab altero cognoscatur.

Tempus vero octonarium est illud quod reddit breves valoris duarum semibrevium equalium, octo minimas valentium. Unde ille cantus est octenarius, in quo omnes breves imperfecte sunt, octo tamen minimas valentes, et inter quelibet duo puncta immediata vel sibi conformia tale tempus dividentia, clauditur valor octo minimarum.

Habes igitur modo quot sunt mensure per Italicos usitate, et qualiter cognoscantur, et ab invicem distinguantur. Sed causa quare non ita dicimus novenarium perfectum, et duodenarium perfectum, sicut dicimus senarium perfectum, jam quod omnia talia tempora perfecta sunt, et quare etiam non ita dicimus quaternarium imperfectum et octenarium imperfectum, sicut dicimus senarium imperfectum, jam quod omnia talia imperfecta sunt, est hec quoniam cum duplex senarium reperiatur, scilicet perfectum et imperfectum, ut visum est, hinc est quod necessarium est apponere illos terminos perfectum et imperfectum, propter distinguere unum ab alio, sed quia talis necessitas et multiplicitas in aliis mensuris jam recitatis non reperitur, hinc est quod eis non apponimus illos terminos perfectum et imperfectum, licet ponere possemus si vellemus, sed frustra. Qualiter autem tempus senarium perfectum ab imperfecto solum per puncta vel sibi conformia cognoscatur, satis patet quoniam si inter duo puncta vel sibi conformia immediate tale tempus dividentia, reperiantur tres semibreves vel due quarum una sit inferius caudata; vel si reperiantur insimul due pause duarum semibrevium est signum senarii perfecti. Si vero inter duo puncta immediata vel sibi conformia tale tempus dividentia, reperiantur due semibreves in suis propriis figurate cum una minima, vel si reperiantur insimul due pause duarum minimarum, signum est senarii imperfecti, si cantus bene figuratus est.

Notandum est tamen, quod aliqui ponunt etiam tempus ternarium pro una mensura, et dicunt esse illud quod ponit brevem in valore trium minimarum, et dicunt ulterius quod ille cantus est ternarius, in quo omnes breves valent

Digitized by Google

tres minimas, et inter quelibet duo puncta immediata vel sibi conformia tale tempus dividentia, reperitur valor trium minimarum; sed hoc dictum videtur mihi satis absurdum, cum numquam visum sit aliquam notam aliquo modo pervenire posse ad valorem note minoris valoris, sed bene majoris, ut notum est, quia per alterationem hanc igitur mensuram dimittamus, quare superflua, ut visum est.

Item notandum, quod mensure ad hoc invente sunt ut nobis presentato aliquo cantu, et suis cognitis mensuris, statim sciamus valorem cujuslibet note in valore variabilis, in ipso cantu reperte.

Item notandum, quod quelibet trium primarum notarum superius nominatarum, una attribuitur mensura, nam maxime attribuitur modus maximarum, eo quod per perfectionem et imperfectionem maximarum cognosci habet; et brevi attribuitur tempus, eo quod per perfectionem et imperfectionem brevium cognosci habet; et nulli aliarum figurarum sequentium aliqua attributa est mensura, quoniam nulla figura mensuram aliquam sibi attributam habere potest, nisi illa que in valore variabilis est, uti sunt maxima, longa et brevis, cum per ipsas mensuras earum cognoscatur valor, ut dictum est, et propter hoc minima et semiminima nullam habent mensuram sibi attributam, cum nunquam aliqua ipsarum in valore variabilis est, saltim quando in suis propriis figuris figurate sunt.

Sed causa quare semibrevis non habet aliquam mensuram sibi attributam, cum tamen etiam in valore variabilis sit, est hec quia per unam mensurarum superius nominatarum, scilicet per tempus, satis bene cognoscere possumus valorem cujuslibet semibrevis in aliquo cantu reperte, absque alterius mensure positione, et sic semibrevi non estattributa mensura aliqua, quoniam si aliqua inventa sibi foret, posita fuisset pluralitas sine necessitate, quod in arte maximum vitium reputatur, eo quod ars insequi debet naturam in quantum potest, ut asserit Aristotiles secundo physicorum, et natura non abundat in superfluis, nec deficit in necessariis, ut idem et pluries asserit tertio de anima, quapropter multum errant Galici qui, in ponendo tres mensuras, scilicet modum, tempus et perfectionem, cum tamen due sufficiant, scilicet modus et tempus, ut visum est, ponunt pluralitatem sine necessitate, quod maximum vitium est in arte, ut dictum est, quare in hoc non laudandi. Sed causa quare hanc mensuram, que tempus appellatur, magis attribuimus brevi quam semibrevi, cum tamen per ipsam mensuram valor utriusque agnosci habeat, est hec quia cum dignum et laudabile sit majus minore prehonorare, ideo hec mensura note majoris valoris, scilicet brevi attributa est, et non note minoris valoris, scilicet semibrevi.

Item notandum quod Italici in mensura modorum quemlibet modum claudunt inter duo puncta vel sibi conformia, et in mensura temporum quodlibet tempus claudunt etiam inter duo puncta vel sibi conformia, et hoc ad majorem notitiam, ut statim punctato nobis aliquo cantu sciamus cujus mensure ipse sit, ut si perfectionem habeat vel imperfectionem, et quam perfectionem vel imperfectionem habeat, et etiam ut cicius et facilius modos et tempora numerare et ipsa ab invicem distinguere possimus. Et dixi sibi conformia, quoniam quelibet figura et ejus pausa in mensura sibi attributa, et quelibet ligatura in ejus divisione tenet locum puncti, et ideo sunt puncto conformia. Sed ratio quare ista duo tenent locum puncti est hec, et primo de figura vel ipsius pausa cui est attributa talis mensura, quia quelibet figura vel ejus pausa in sua mensura habet perfectionem vel imperfectionem quam habere debet, quod nobis ostendit ejus mensura, ut dictum est, quare non indiget puncto

Digitized by Google

qui nobis illud demonstret, et sic tenet locum puncti. Quod vero ligatura sit etiam hujusmodi, et maxime quando ligantur ad invicem figure minores quam figura vel pausa cui attributa est talis mensura, quoniam quando ligantur ipse majores vel equales non est dubium aliquod, patet quoniam quando ligantur tales figure minores, signum est quod ille solum taliter ligate sunt ut perfectionem vel imperfectionem note vel pause, cui attributa est talis mensura, compleant quod rationabile est, jam quod ad invicem ligate sunt, et sic non indigent puncto qui nobis illud ostendat, quare tenent locum puncti. Nec increpandus est Italicus de tali multitudine punctorum, cum talia necessaria sint ad majorem artis claritatem, quare non posita sunt sine necessitate.

Et ex hoc patet artem Italicam pulcriorum et laudabiliorem esse arte Gallica, cum de duabus artibus ad eumdem finem tendentibus clarior est pulcrior et laudabilior, sed iste due artes Gallica scilicet et Italica sunt due artes ad eumdem finem tendentes, cum finis utriusque sit mensurata cantare, et Italica est clarior, ut patere potest cuilibet circa ipsarum utramque bene experto; ergo et pulcrior et laudabilior, quod superius dicebatur.

Item notandum, quod unicus solus punctus scilicet punctus divisionis apud Italicos reperitur, et ratio hujus est, quoniam si apud ipsos duplex reperiretur punctus scilicet perfectionis et divisionis uti apud Gallicos reperitur, redderetur ars obscurior, uti redditur ars Gallicorum propter ipsius puncti multiplicitatem, eo quod quando invenirentur puncta in aliquo cantu, esset dubium prima facie quid ibi operarentur talia puncta utrum scilicet perficerent vel dividerent, uti sepissime apud Gallicos contingit. Item alia ratio assignari potest, quoniam si daretur talis punctus perfectionis, aut talis punctus perficeret notam in perfectione sue mensure, aut in ipsius imperfectione non imperfectione sue mensure, cum tunc frustra poneretur, eo quod tunc ita bene perfecta est talis nota sine puncto sicut cum puncto, nec in ipsius imperfectione, quoniam tunc traheretur nota de sua natura, ut gratia exempli brevis que deberet esse quaternaria efficeretur senaria, et senaria novenaria, et octenaria duodenaria, quod est satis inrationabile, cum in omni cantu simplici quia unius solius mensure, debent omnes figure quibus attributa est talis mensura, esse unius et equalis valoris; relinquitur ergo unicum solum debere esse punctum scilicet divisionis, cum nulla sit necessitas nos cogens alium punctum ponere, scilicet punctum perfectionis, eo quod absque ipso bene agere possumus.

Et in hoc etiam errant Gallici, qui assignant punctum perfectionis in arte necessarium, quare ponunt pluralitatem sine necessitate, quod maximum vitium est in arte, ut dictum est. Sunt tamen etiam aliqui cantores voluntarie et sine ratione operantes, qui secundum artem Italicam figurantes, perficiunt figuras per punctum, et dicunt illum punctum esse punctum perfectionis, et sic operando ponunt etiam multiplicitatem puncti sine necessitate, ut visum est, et male, quare eis non est attendendum propter rationes superius adductas.

Item notandum, quod duplex reperitur cantus in arte ista, simplex scilicet et compositus sive mixtus simplex est ille qui vel cujus partes sunt unius simplicis mensure, quia scilicet alicujus mensurarum superius nominatarum, compositus sive mixtus est ille, qui vel cujus partes non sunt unius, sed plurium mensurarum superius nominatarum.

Item notandum, quod licet divisio modorum atque temporum per puncta vel sibi conformia sit signum sufficiens cognoscendi cujus mensure sit quilibet cantus, communiter tamen solent poni alia signa extrinseca, et primo talia signa gene-

Digitized by Google

ralia, quia pro perfectione ponitur virgula cum tribus punctis denotantibus numerum ternarium in quo perfectio consistit, ut hic | ⁝ et pro imperfectione cum duobus denotantibus numerum binarium in quo imperfectio consistit, ut hic | ⁚

Item aliter pro perfectione ponunt litteram T denotantem nobis similiter numerum ternarium, in quo perfectio consistit, et pro imperfectione litteram B denotantem nobis similiter numerum binarium in quo imperfectio consistit.

Item aliter pro perfectione ponunt litteram P, denotantem nobis perfectionem, et pro imperfectione litteram I, denotantem nobis imperfectionem.

Secundo vero poni solent signa magis specialia, quia primo ponunt pro modo perfecto maximarum binum N, cum littera P nobis denotantia modum maximarum perfectum, ut hic : N N P, et pro imperfecto ponunt binum N, cum littera I, nobis denotantia modum maximarum imperfectum, ut hic : N N I.

Item pro modo longarum perfecto ponunt tres litteras, scilicet : N L et P, nobis denotantes modum longarum perfectum, ut hic : N L P; pro imperfecto vero ponunt has tres, scilicet : N L et I, nobis denotantes modum longarum imperfectum, ut hic : N L I.

Item pro omni tempore perfecto universaliter ponunt duas litteras, scilicet : T et P, nobis denotantes tempus perfectum, ut hic : T P. Universaliter vero pro omni tempore imperfecto ponunt duas, scilicet : T et I, nobis denotantes tempus imperfectum, ut hic : T I. Sed pro tempore signa magis particularia ponendo, ponunt primo pro tempore quaternario litteram hanc, scilicet : O, nobis quaternariam mensuram denotantem, et pro tempore senario perfecto ponunt duas litteras, scilicet : S et P; nobis denotantes tempus senarium perfectum, ut hic : S P, pro tempore vero senario imperfecto ponunt has duas, scilicet : S et I, nobis denotantes tempus senarium imperfectum, ut hic : S I.

Item pro tempore octenario ponunt litteram hanc, scilicet : O, nobis denotantem tempus octenarium et pro novenario ponunt hanc litteram, scilicet : N, nobis denotantem tempus novenarium, et pro tempore duodenario ponunt hanc litteram, scilicet : D, nobis denotantem tempus duodenarium.

Et hec sunt omnia illa signa per que possumus unam mensuram ab alia cognoscere, absque colorum variatione vacuitatis positione, que in arte Gallica reperiuntur, et frustra, cum ista sufficiant, ut apparet; et propter hoc videtur artem Gallicam superfluam esse ut satis est evidens subtiliter inspicere volenti. Nec dicendum est hanc artem Italicam ponere pluralitatem sine necessitate in ponendo mensuram octenariam que duplex quaternaria esse videtur et mensura duodenaria que triplex quaternaria reputatur, cum mensura quaternaria taliter multiplicata ad hoc sufficiat, quoniam si bene consideramus, tales due mensure, scilicet : duodenaria et octenaria non posite sunt absque necessitate. Unde scire debes, quod due sunt fractiones rationabiles, et dulcitur cantabiles, reperte inter minimam et semiminimam que in dupla proportione ad minimam cantatur, scilicet fractio ad minimam sexquialtera, propter quam fractionem invente sunt semiminime cum cauda retorta et ad superius reflexa de quibus facta est superius mentio, et fractio ad minimam sexquitertia, propter quam invente sunt iste due mensure jam recitate, scilicet mensura octonaria et mensura duodenaria, quas, si bene considerabimus, et ipsas aliquantulum stricte cantabimus, inveniemus octonariam mensuram ad senariam reduci, et duodenariam ad novenariam, que ambe mensure majores, ad ambas mensuras minores, in sexquitertia proportione se habent, ut apparet, et sic tales mensure non posite sunt

Digitized by Google

sine necessitate, cum talem proportionem sexquitertiam satis necessarium habere non possemus, absque istarum duarum mensurarum positione.

Sed si contra hoc instaret aliquis probando mensuras jam recitatas, scilicet octonariam et duodenariam adhuc positas fuisse sine necessitate retenta adhuc tali proportione sexquitertia, eo quod ad hoc sufficisset mensura quaternaria stricte cantata, ut apparere potest cuilibet intelligenti, est sibi respondendum concedendo bene quod mensura quaternaria stricte cantata fuisset sufficiens pro proportione sexquitertia, sed dico quod propter hoc non est dicendum alias duas mensuras jam recitatas fuisse positas absque necessitate, et hanc mensuram quaternariam pro tali proportione sexquitertia poni debuisse, quoniam si tales due mensure posite non fuissent, et talis mensura quaternaria aliquando pro proportione sexquitertia stetisset, tunc semper, quando nobis presentatus fuisset aliquis cantus quaternarius, fuisset nobis dubium an ipsius figuras cantare debuissemus in suis propriis valoribus sive large, an stricte in proportione sexquitertia; et, propter hanc obscuritatem sive dubietatem fugere, invente sunt alie due mensure pluries nominate; et hoc ut sciamus quod quaternarium tempus semper sub modo quaternario cantare debemus, octonarium vero et duodenarium ad senarium et novenarium in sexquitertia proportione, licet aliqui dicant quod non semper tempus octonarium et tempus duodenarium ad senarium et novenarium cantari habent in proportione sexquitertia; sed aliquando octonarium sub modo duplicis quaternarii, et duodenarium sub modo triplicis quaternarii cantari habent. Sed istis non est attendendum, quia male et false loquuntur propter rationes jam aductas, et sic habes quomodo non posite sunt tales mensure sine necessitate, quod volebamus declarare.

Et si iterum aliquis quereret, quare non ita inventa est aliqua mensura cantabilis in tali proportione sexquitertia ad tempus quaternarium, sicut ad senarium et novenarium, est sibi respondendum, quod hoc pro tanto est, quia non est reperibilis numerus aliquis cantabilis qui ad numerum quaternarium in proportione sexquitertia se habeat, sicut ad senarium et novenarium, ut manifestum est.

Sed quia pro intellectu dicendorum necessaria est notitia alterationis, ideo aliquid dicendum est de ipsa alteratione; ut ipsa intellecta facilius in notitiam dicendorum perveniamus, diffinitur ergo alteratio sic. Alteratio est duplatio proprii valoris note alterande, ex quo sequitur alterare nihil aliud esse quam proprium valorem note alterande duplare, ut, si longa alteratur, duas valet longas; et si brevis alteratur, duas valet breves; et sic ultra. Et sumitur alteratio hic similitudinarie ad alterationem naturalem, quoniam sicut per alterationem naturalem mutatur illud quod alteratur de una qualitate in aliam, ut gratia exempli de albedine in rubedinem, vel de caliditate in frigiditatem, ita per hanc alterationem mutatur nota que alteratur de uno valore in alium, quia scilicet de proprio in duplum. Nec est tamen omnis mutatio valoris alteratio, sed solum ipsius mutatio ad duplum, ut dictum est.

De tali igitur alteratione est primo notandum, quod alteratio ad hoc inventa est, ut per ipsam compleatur perfectio vel imperfectio alicujus mensure, que absque alteratione compleri non poterat; et per hoc habes quod alteratio nunquam fit nisi loco necessitatis, ex quo habere potes quomodo maxima, minima et semiminima, nullo modo sunt alterabiles, eo quod non videtur ad cujus mensure complementum aliqua ipsarum debet alterari.

Item etiam saltim de minima et semiminima non est necessitas eas alterandi eo quod ipse possunt ad figuras immediate majores transmu-

Digitized by Google

tari, quod non sic est de aliis figuris alterabilibus, cum tunc claretur maxima imperfecta in modo maximarum perfecto, et longa imperfecta in modo longarum perfecto, et brevis imperfecta in tempore perfecto. Que omnia sunt maxima inconvenientia in arte ista, ut superius dictum est; et quod omnia ista contingerent, illo dato patere potest cuilibet bene consideranti; et sic habes quomodo solum tres figure in hac arte sunt alterabiles, scilicet longa, brevis et semibrevis. Longa alteratur pro complemento perfectionis modi maximarum, et solum in modo maximarum perfecto habet alterari; brevis alteratur pro complemento perfectionis modi longarum, et solum in modo longarum perfecto alterari habet; semibrevis vero alteratur pro complemento perfectionis vel imperfectionis temporis, et tam in tempore imperfecto quam in tempore perfecto potest alterari, et in hoc etiam erant Gallici qui ultra predictas tres figuras alterant etiam minimam, ad cujus alterationem nulla est necessitas, ut visum est, et sic sunt superflui saltim in hoc.

Item sciendum, quod semibrevem alterari dupliciter contingit, scilicet cum signo et sine signo : et tunc alteratur semibrevis sine signo, quando in sua propria figura sumit alterationem; cum signo vero alteratur, quando per caudam inferius tractam sumit alterationem. Et scias quod talis caudatio inferius est satis rationabile signum alterationis, quoniam sicut semibrevis in sua propria figuratione per caudam recte superius erectam transfertur ad valorem note sibi immediate minoris, scilicet minime, ita per caudam recte inferius tractam debet transferri ad valorem note sibi immediate majoris, scilicet brevis, saltim imperfecte, ad cujus valorem devenit per alterationem.

Item quia hic locuti sumus de caudis, est notandum, quod si semibrevi addatur cauda a latere descendens, tali semibrevi per talem caudam additur subduplum sui valoris, et ratio est, quia si cauda inferius recte tracta et talibus semibrevibus addita ipsas augmentet, ut visum est, sequitur quod etiam ista que descendit a latere augmentare habeat, cum etiam descendat, sed quia non descendit recte sed a latere, rationabile est quod non tantum augmentet sicut illa que recte descendit, sed quod quodammodo medium teneat, et sic augmentabit talem semibrevem ad subduplum sui valoris, cum hoc subduplum quodammodo medium teneat inter proprium et rectum valorem, et illud ad quod augumentatur per caudam recte descendentem, ut clarum est. Et per hoc perpendere potes quomodo multi male figurant, qui in volendo gratia exempli in cantu quaternario reducere aliquam semibrevem ad valorem trium minimarum, caudant illam semibrevem a latere versus superius, et sic ipsam diminuunt, ubi credunt ipsam augumentare, cum cauda superius tracta habeat diminuere, ut visum est.

Istis utilibus prosequentibus sic positis, de valore figurarum in valore variabilium in cantilenis repertarum est determinandum. Et quia ex predictis satis evidens est valor maximarum quando in cantilenis reperiuntur, sed non ita valor longarum, brevium et semibrevium, ideo dimissis maximis, ad valorem longarum, brevium et semibrevium in cantilenis repertarum accedamus, qui valor per regulas immediate sequentes haberi poterit, bene et sufficienter.

Prima ergo regula est hec, quod si in modo maximarum perfecto solum due longe reperiantur inter duo puncta vel sibi conformia ipsum modum maximarum dividentia, vel ipsarum longarum valor dummodo ultima ipsarum sit longa. Vel si in modo perfecto longarum reperiantur inter duo puncta vel sibi conformia ipsum modum longarum dividentia solum due breves vel ipsarum valor, dummodo ipsarum ultima sit brevis; vel

Digitized by Google

si in tempore perfecto inter duo puncta vel sibi conformia ipsum tempus dividentia, reperiantur solum due semibreves in suis propriis figuris figurate vel ipsarum valor, dummodo ultima ipsarum sit semibrevis figurata in sua propria figura, semper ultima ipsarum alteratur, et hoc solum propter complere perfectionem suarum mensurarum, que aliter compleri non possunt. Et ratio regule est hec, quoniam cum de ratione finis sit complere illud respectu cujus dicitur finis, et cum ultime supradictarum figurarum in perfectionibus supradictis, clausarum inter duo puncta vel sibi conformia tales perfectiones dividentia sint finis talium perfectionum, ideo ipse complere debent tales perfectiones, quod aliter fieri non potest quam per alterationem et ideo alterari debent ut dicit regula nostra. Exemplum hujus regule in omni mensura, est hoc:



Secunda regula est hec, quod si in modo perfecto maximarum inter duo puncta vel sibi conformia ipsum modum maximarum dividentia reperiatur valor duarum longarum, et ultima figura non sit longa sed prima, quod aliter esse non potest. Et similiter si in modo perfecto longarum inter duo puncta vel sibi conformia ipsum modum longarum dividentia, reperiatur valor duarum brevium, et ultima figura non sit brevis, sed prima quod similiter aliter esse non potest. Et similiter si in tempore perfecto inter duo puncta vel sibi conformia ipsum tempus dividentia reperiatur valor duarum semibrevium, sic quod ibi non sit nisi una semibrevis, tunc talis longa vel brevis vel semibrevis semper alterari debet, ut compleatur perfectio dictarum mensurarum. Et ratio hujus regule est hec, quoniam jam quod inter talia puncta vel sibi conformia claudi debent perfectiones supradicte, et non reperiantur complete nisi fiat alteratio, sequitur quod aliqua predictarum figurarum alterari debeat, ut compleatur aliqua supradictarum perfectionum; sed cum non videatur hoc fieri posse nisi per alterationem alicujus supradictarum figurarum, scilicet longe, vel brevis, vel semibrevis, sequitur ipsas alterari debere, quod fuit declarandum in regula nostra. Exemplum hujus regule in omni mensura, est hoc:



Tertia regula est hec, quod si in modo perfecto maximarum inter duo puncta vel sibi conformia talem modum dividentia, reperiantur tres longe vel valor, omnes longe sunt equalis valoris. Et similiter si in modo perfecto longarum inter duo puncta vel sibi conformia talem modum dividentia, reperiantur tres breves vel valor, sunt etiam omnes breves unius et equalis valoris. Et similiter si in tempore perfecto inter duo puncta vel sibi conformia tale tempus dividentia reperiantur solum tres semibreves, sunt etiam omnes semibreves unius et equalis valoris. Et ratio regule est, quoniam cum ibi talibus figuris reperiantur perfectionis complete, non assignari potest ratio quare una sit majoris vel minoris

Digitized by Google

valoris altera, ideo et cetera. Exemplum regule in omni mensura, est hoc :



Quarta regula est hec, quod si in modo imperfecto maximarum inter duo puncta vel sibi conformia talem modum dividentia, reperiantur due longe vel valor, omnes longe sunt equalis valoris. Et similiter si in modo imperfecto longarum inter duo puncta vel sibi conformia talem modum dividentia reperiantur due breves vel valor, omnes breves sunt equalis valoris. Et similiter si in tempore imperfecto inter duo puncta vel sibi conformia tale tempus dividentia reperiantur solum due semibreves, omnes ille semibreves sunt equalis valoris. Et ratio hujus regule est similis rationi regule immediate precedentis, quoniam jam quod inter talia puncta vel sibi conformia reperiuntur tales imperfectiones complete, non videtur ratio quare una supradictarum figurarum debeat esse majoris vel minoris valoris altera, quare et cetera. Exemplum regule in omni mensura, est hoc :



Quinta regula est hec, quod si in tempore senario imperfecto aut in novenario, inter duas semibreves vel inter semibrevem et punctum vel sibi conforme, reperitur una minima, vel quatuor, vel septem, tunc semibrevis precedens suscipit diminutionem unius minime, nisi sit impeditio caude descendentis a latere, vel minime precedentis. Et similiter dico, quod si inter punctum vel sibi conforme et semibrevem reperitur una minima, vel quatuor, vel septem, in predictis mensuris, tunc talis semibrevis sequens suscipit diminutionem unius minime, nisi sit impeditio caude descendentis a latere. Et ratio regule est manifesta ex numeratione predictarum mensurarum. Exemplum regule cum exceptionibus, est hoc :



Digitized by Google

Sexta regula est hec, quod si in octonario tempore, inter duo puncta vel sibi conformia, talem mensuram dividentia, reperiantur quatuor semibreves, vel tres cum duabus minimis, vel due cum quatuor minimis, vel una cum sex minimis, erunt omnes ille semibreves equalis valoris, quod manifestum est, cum quelibet ipsarum sit valoris duarum minimarum, qui valor est minimus ad quem reduci possit semibrevis, et sic omnes constituent octo minimas, que faciunt unum tempus octonarium, ut visum est. Exemplum regule, est hoc:



Septima regula est ista, quod si in octonario tempore inter duo puncta vel sibi conformia talem mensuram dividentia, reperiantur tres semibreves in suis propriis figuris figurate vel valor, dummodo ibi alique sint semibreves, tunc ultima ipsarum alterari habet, ut mensura compleatur, cum finalis sit. Hujus autem regule ratio tacta est superius in prima regula. Et scias, quod hujus ultime figure alteratio impediri potest per caudationem alicujus semibrevium precedentium; que caudatio est etiam signum alterationis, ut dictum est superius. Item scias, quod in octonario tempore solum una semibrevis alterari potest, et non plures, sive talis alteratio fiat per caudam, sive absque cauda; et causa hujus est quoniam hoc sufficit ad complementum hujus mensure. Exemplum regule, est hoc:



Octava regula est hec, quod si in octonario tempore inter duo puncta vel sibi conformia talem mensuram dividentia post unam semibrevem sequantur quatuor minime, vel si talis semibrevis in medio ipsarum ponatur, tunc talis semibrevis alterari habet. Et hujus ratio est, quia aliter compleri non posset mensura talis. Exemplum regule, est hoc:

Nona regula est hec, quod semibreves in octonario nunquam reducuntur per alterationem nisi ad valorem quatuor minimarum, hec regula patet ex regulis precedentibus.

Decima regula est hec, quod si in duodenario tempore inter duo puncta vel sibi conformia talem mensuram dividentia, reperiantur quatuor semibreves in propriis figuris figurate, vel valor,

Digitized by Google

dummodo ibi alique sint semibreves, tunc due ultime alterantur, cujus regule ratio tacta est superius in prima regula. Scias tamen quod etiam precedentes possunt habere alterationem, sed non in propriis figurate, sed cum signis, quia cum caudis descendentibus recte. Item scias quod in duodenario tempore solum duo semibreves alterari possunt, et non plures, sive talis alteratio fiat cum cauda, sive absque cauda, et causa hujus est, quoniam hoc sufficit ad complementum hujus mensure. Exemplum regule, est hoc :



Undecima regula est hec, quod si in duodenario tempore inter duo puncta vel sibi conformia talem mensuram dividentia, reperiantur quatuor semibreves, vel valor, dummodo ultima sit semibrevis, quarum semibrevium solum una de duabus primis sit inferius caudata, ex qua caudatione suscipiat alterationem, tunc ultima ipsarum etiam alterari debet, dato quod in propria figura figurata sit, et causa hujus est, quoniam aliter compleri non posset talis mensura. Sed causa quare talis alteratio ultime semibrevi adveniat, dicta est superius in prima regula. Exemplum regule, est hoc :

Duodecima regula est hec, quod si in duodenario tempore inter duo puncta vel sibi conformia talem mensuram dividentia, reperiantur quinque semibreves in propriis figuris figurate, vel valor, dummodo ibi aliqua sit semibrevis, tunc ultima ipsarum alterari debet, propter complere dictam mensuram, que alteratio etiam alicui precedentium advenire potest, si inferius recte caudetur, hoc patet ex precedentibus. Exemplum regule, est hoc :



Tertia-decima regula est hec, quod si in duodenario tempore inter duo puncta vel sibi conformia talem mensuram dividentia, reperiantur sex semibreves, vel quinque cum duabus minimis, vel quatuor cum quatuor minimis, vel tres cum sex minimis, vel due cum octo minimis, vel una cum decem minimis, tunc omnes semibreves sunt equalis valoris, scilicet duarum minimarum cujus ratio tacta est in quarta regula precedenti. Exemplum regule, est hoc :



Digitized by Google



Quarta-decima regula est hec, quod si inter duo puncta vel sibi conformia talem mensuram dividentia, in duodenario tempore reperiantur pauciores semibreves quam tres, vel valor, tunc semibreves, que alterantur per alterationem, sumunt valorem octo minimarum. Si vero ibidem plures quam tres reperiantur, sumunt tunc semibreves que alterantur per alterationem valorem solum quatuor minimarum, cum aliter compleri non posset talis mensura, hoc evidentissime patet superius dicta subtiliter inspicienti.

Quinta-decima regula est hec, quod semibrevis, que alteratur in novenario tempore, semper reducitur ad valorem sex minimarum; sed in senario perfecto semper reducitur ad valorem quatuor minimarum.

Sexta-decima regula est hec, quod in tempore novenario semibrevis alterata suscipit diminutionem unius minime, quando ipsam sequitur vel precedit sola minima, vel quatuor, ut clarissime patet bene consideranti. Exemplum regule, est hoc :

Septima-decima regula est hec, quod in quaternario tempore omnis semibrevis in sua propria figura figurata semper est valoris duarum minimarum, nec in ipso unquam fit alteratio aliqua, cujus ratio est, quia hoc sufficit ad complementum hujus mensure quaternarie.

Octava-decima regula est hec, et generalis in omni mensura, in qua fieri potest alteratio, quod quotienscumque in aliqua talium mensurarum reperiuntur tot de figuris, nota in tali mensura alterabili minoribus, quam cum nota vel notis ibidem alterabilibus, non possint talem mensuram sine alteratione alicujus vel aliquarum notarum alterabilium ibidem existentium adimplere, tun talis vel tales note alterabiles alterande sunt, propter causam superius pluries recitatam.

Decima-nona regula est hec et generalis, quod omnis semibrevis que alteratur non potest reduci per alterationem nisi ad valorem quatuor, vel sex, vel octo minimarum; hoc evidentissime apparet subtiliter advertenti.

Vigesima et ultima regula est hec, quod unus et idem punctus potest in simul utrumque modum dividere, maximarum, scilicet et longarum, et etiam tempus, ut patet in hoc exemplo, quod volo habere omnes perfectiones, scilicet utriusque modi, et temporis, in quo exemplo est manifestum quod ultimus punctus omnes mensuras dividit, ut patere potest cuilibet subtiliter inspicienti. Exemplum est hoc :



His de modo in hac arte figurandi cantus in omni mensura sine ligatura aliqua taliter expeditis, ad ipsarum ligaturarum pertractationem accedamus, modum figuras ad invicem ligandi sub brevitate pertractando, et ea que ab aliis antiquis huic arti satis inutilia tradita sunt, scilicet proprietas, opposita proprietas, et perfectio propter brevitatem dimitendo, eo quod talia pratice modicum adjutorii addere videntur.

Dico igitur quod ligatura est quarumdam notarum sive figurarum ad invicem conjunctio, vel per aliquod ligamentum ligatio. Pro cujus diffinitionis declaratione est sciendum, quod diffe-

Digitized by Google

rentia est inter ligamentum ex una parte, et caudam sive tractum quod idem est ex alia. Nam ligamentum est linea, duas notas ad invicem ligans, sive a nota incipiens et in notam terminans, ut hic :



Cauda vero sive tractus est linea nullas duas notas ad invicem ligans, sed a nota incipiens, et in nullam notam terminans, ut hic apparet :



Item sciendum quod duplex est ligatura scilicet ascendens et descendens. Ligatura ascendens est illa in qua secunda nota est altior prima, ut hic exemplariter apparere potest :



Ligatura vero descendens est illa in qua prima nota est altior secunda, ut hic :



Item sciendum quod dupliciter possunt ligari alique figure ad invicem, scilicet recte et oblique, ascendendo vel descendendo recte, ut hic :



Oblique, ut hic :



His sic declaratis ponende sunt alique regule de ipsis ligaturis, et primo de prima nota in ligatura sit hec regula et prima in ordine, quod si prima nota ligature habeat caudam sive tractum a parte sinistra ascendentem, sive ligatura sit ascendens sive descendens, sive recta, sive obliqua, tunc due prime note in ligatura efficiuntur semibreves, ut hic :



Secunda regula est hec, quod si in ligatura sit descendens, sive recta, sive obliqua, et prima nota ligature habeat caudam, si tractum a parte sinistra descendentem, tunc prima nota ligature efficitur brevis, ut hic :



Tertia regula est hec, quod si ligatura sit ascendens, sive recta, sive obliqua, et prima nota ligature careat tractu sive cauda, sive ipsam habeat descendentem a parte sinistra, tunc prima ligature efficitur brevis, ut hic apparet :



Quarta regula est hec, quod si ligatura sit descendens, et obliqua, et prima ligature careat tractu sive cauda, tunc prima ligature efficitur longa, ut hic :



Quinta regula est hec, quod si ligatura sit descendens et recta, et prima ligature careat tractu sive cauda, tunc vel prima ligature est quadrangula oblonga, vel quadrangula quadrata,

Digitized by Google

si quadrangula oblonga, tunc efficitur una maxima, ut hic :



Si vero sit quadrangula quadrata tunc efficitur una longa, ut hic :



Sexta regula est hec, quod si ligatura sit recta et ascendens, et prima ligature habeat caudam sive tractum a parte dextra descendentem, tunc vel prima ligature est quadrangula oblonga, vel quadrangula quadrata. Si quadrangula oblonga, tunc efficitur una maxima, ut hic :



Si vero sit quadrangula quadrata, tunc efficitur una longa, ut hic :



De notis vero ultimis in ligatura sint hec regule, et primo ista et septima in ordine quod si ultima ligature sit ligata oblique sive ascendens, sive descendens, semper efficitur brevis, nisi ipsa sit secunda in ligatura, sic quod prima habeat caudam sive tractum a parte sinistra ascendentem, quoniam tunc efficitur etiam una semibrevis uti et prima ligature, et hoc propter complere mensuram sui temporis. Exemplum regule et exceptionis, est hoc :



Octava regula est hec, quod si ultima ligature sit quadrangula descendens respectu penultime, sive ligatura sit ascendens sive descendens, tunc vel ipsa ultima ligature est quadrangula oblonga, tunc efficitur una maxima, ut hic :



Si vero sit quadrangula quadrata, tunc efficitur una longa, ut hic patet :



Et hec regula est vera, nisi sit impedimentum supradictum, scilicet quod talis ultima sit secunda in ordine, et prima habeat caudam sive tractum a parte sinistra ascendentem, quoniam tunc efficitur una semibrevis una cum prima, cujuscumque figure sit, sive quadrata, sive oblonga, et hoc propter complere mensuram sui temporis, ut hic :



Nona regula est hec, quod in omni ligatura, ultima ligature stans directe supra penultimam, vel a latere, dummodo ipsa habeat caudam a parte dextra descendentem, efficitur una maxima, si est quadrangula oblonga, ut hic :



Si vero sit figura quadrate vel curve efficitur una longa, ut hic :



Et hec regula similiter est vera, nisi sit impe-

Digitized by Google

dimentum pluries superius recitatum, quoniam tunc secunda cujuscumque sic vadit cum prima propter complere mensuram sui temporis, ut dictum est, ut hic :



Decima regula est hec, quod si ultima figura ligature ascendentis qualiscumque figure sit, stans a latere, careat cauda sive tractu, efficitur una brevis, ut hic patet :

nisi sit impedimentum pluries superius recitatum, ut hic :



De intermediis vero figuris sit hec regula et undecima in ordine, quod omnes intermedie figure sunt breves, nisi prima ligature habeat caudam sive tractum ascendentem, quoniam tunc secunda efficitur semibrevis uti prima. Exemplum regule et ipsius exceptionis est hoc :



Et ex ista regula sequitur, quod in medio ligature nunquam liganda est aliqua maxima vel longa. Sias tamen, quod de talibus regulis non potest assignari alia ratio quam sola auctoritas veterum auctorum, quibus obviandum non est, sed potius ipsis regratiandum, eo quod nobis viam ad hanc artem capescendum tribuerunt.

Duodecima et ultima regula est hec, quod si in modo perfecto maximarum inveniantur due longe ad invicem ligate, ut hic :



Et similiter si in modo perfecto longarum reperiantur due breves ad invicem ligate, ut hic:



Et similiter si in tempore perfecto reperiantur due semibreves ad invicem ligate, ut hic patet :



semper secunda supradictarum sumit alterationem. Si vero in mensuris imperfectis reperiantur tales figure taliter ad invicem ligate, sunt quelibet due ligate ad invicem unius et equalis valoris, et ratio hujus regule est, quoniam quando tales figure taliter ad invicem ligantur, signum est quod quelibet tales due complere habeant mensuram note sibi immediate majoris, et quia hoc fieri non potest imperfectionibus mensurarum absque secundarum figurarum alteratione, fuit necessarium ipsas alterari debere quod non contingit in imperfectionibus ipsarum, eo quod bene absque alteratione compleri possunt ipsarum imperfectiones. Et hec pro nunc sufficiant de ligaturis.

Expedita determinatione de ligaturis ad determinationem sincope accedamus, que dulcissima in cantu, et utilis ad sequentia reperitur. Unde sincopa in musica, est divisio figure in suas partes cum mediis interpositis, que partes ad invicem reducuntur in numerando valorem ipsius note divise. Et hec sincopa musicalis figurative sive similitudinarie sumitur ad sincopam gramaticalem, quoniam sicut in sincopa gramaticali abstrahitur sive separatur sillaba, scilicet media a dictione, ita in sincopa hac musicali separatur

Digitized by Google

una pars figure alicujus ab alia. Et solum fit hec sincopa de minimis ultra semibreves et de semibrevibus minoribus ultra semibreves majores, ut hic :

licet aliqui dicant hoc fieri posse de qualibet figura minori ultra se majorem teneas quam partem vis, primam tamen in hac arte credo salvari posse, secundam autem non.

His paucis de sincopa expeditis, et inde pausis prosequendo, est primo sciendum, quod pausa est linea lineas vel lineam figurationum secans, desitionem a cantu nobisque demonstrans. Et hec pausa est duplex, quoniam quedam est sine mensura que multis diversis nominibus nominatur, scilicet pausa immensurata, pausa generalis, pausa communis, et pausa finalis; et hec figuratur per lineam seccantem omnes lineas figurationum, et omnia ejus spatia occupantem, ut hic :

Alia est pausa cum mensura, sive mensurata, que non omnes lineas figurationum secat, nec earum linearum omnia spatia occupat, ut hic :

Et hec est sexcuplex, secundum quod sex sunt figure mensurate in hac arte usitate, scilicet pausa semiminime, pausa minime, pausa semibrevis, pausa brevis, pausa longe et pausa maxime in arte dimissa tamquam superflua. Pausa semiminime duobus modis figurari habet, secundum quod et semiminima, scilicet cum caude reflexione ad superius, et sine tali reflexione, et incipit in linea sursum ascendendo usque ad medium spatii, cum linea in capite retorta ad modum semiminimarum, ut hic :

Pausa vero minime incipere etiam debet in linea, et ascendere usque ad medium spatii, sine ipsius linee retorsione in capite, ut hic :

Pausa vero semibrevis incipere debet in linea, et descendere usque ad medium spatii, sine ipsius linee in capite retorsione, ut hic :

Pausa vero brevis occupare debet unum totum spatium, ut hic :

Pausa vero longe dupliciter figurari habet, secundum duplicem diversitatem longe; quoniam sicut longa aliquando valet duo tempora, et aliquando tria, ita pausa longe aliquando valere debet tempora, et aliquando tria, et tunc duo valet tempora, quando duo occupat spatia, ut hic patet :

. Tria vero valet tempora quando tria occupat spatiia, ut hic :

. Quoniam pausa tot valet tempora, quot occupat spatia.

Pausa vero maxime non tamen usitata, multipliciter figurari habet, secundum quod maxima plura vel pauciora valet tempora, quoniam sicut maxima aliquando valet quatuor tempora, aliquando sex, aliquando novem, ita et hujusmodi pause diversorum temporum figurari possent, sed quia hoc fieri non posset nisi in magna multitudine linearum in arte superfluarum, ideo hujusmodi pause divise sunt, et positum pro regula est, quod pausa plurium temporum quam trium nullo modo ponenda est, quoniam major poni non posset que mensurata foret in linea quinque linearum, que sufficit pro qualibet figuratione fienda, ut patet quilibet subtiliter advertendi.

Secundo principaliter est sciendum, quod pause nullo modo alterari possunt, cum pausarum

Digitized by Google

quod est ejus effectus etiam alterari non possit, eo quod non est nisi privatio vocis, que vocis privatio nullo modo alterari potest, cum privatio nichil sit in re quia nichil in re ponit in esse.

Tertio principaliter est sciendum quod non est ponenda pausa semibrevis nisi completo ejus valore in tali mensura in qua ponitur, nec est ponenda pausa brevis nisi completo tempore; nec pausa longe nisi completo modo longarum. Pro cujus notabilis notitia est sciendum, quod duplici de causa inventa est pausa, scilicet propter ornationem cantus, et propter auxiliari nature fatigate in cantando; pause namque minimarum et semiminimarum invente sunt principaliter propter ornationem cantus, et non propter auxiliari nature fatigate in cantando; cum inde natura parum susciperet invamentum, relique vero pause invente sunt principaliter propter auxiliari nature fatigate in cantando, dato quod aliquando ponantur propter ornationem cantus. Hoc sic notato, dico quod si quis poneret pausas supradictas contra conditionem supradictam, statim incurreret errorem contra principalem intentionem inventionis pausarum, quoniam tunc natura in cantando fatigata per tales pausas subsidium aliquod non susciperet, immo potius agravamen, ut potest quilibet in se experiri, saltim in figuris minoribus.

Et ex hoc notabili sequitur regulas talis communiter posita, quod nunquam reducenda est figura per sincopam ultra pausam figure majoris forme, eo quod si quis hoc operaretur, statim incureret erorem supradictum, ut patere potest cuilibet subtiliter advertenti. Sed data quod ita sit, sunt tamen alique putantes vitare errorem supradictum, tam in arte Italica quam in arte Gallica, qui in reducere volendo minimam per sincopam ultra pausam semibrevis figurant pausas valoris semibrevis, scilicet duarum vel trium minimarum, ut hic:



Et male quoniam si bene perspicis, ita bene incurrunt errorem supradictum ac si ponerent pausam semibrevis loco illarum plurium pausarum, quoniam ita agravant naturam cum illis duabus vel tribus pausis, sicut cum una unius semibrevis, et ex hoc habes quomodo regula habet intelligi de reductione ultra pausam figure majoris forme vel ipsius pause valoris propter causam superius dictam; et in hunc errorem incurrunt quasi omnes in arte Gallica praticantes, errorem in quem totaliter incurrunt fugere putantes.

Quarto tanquam ex dictis sequens est sciendum, quod nunquam ponende sunt plures pause ubi una sufficiat idem importans, quoniam tunc poneretur pluralitas sine necessitate quod maximum vicium est in arte, ut dictum est.

Quinto est sciendum, quod in modo perfecto longarum nunquam ponenda est pausa longe imperfecte sive duorum temporum, nec in modo imperfecto longarum est ponenda pausa perfecta sive trium temporum; et similiter in tempore perfecto nunquam ponenda est pausa brevis imperfecte, nec in tempore imperfecto ponenda est pausa brevis perfecte cujus ratio est, quia pause debent esse cujusdam valoris cum figuris suis in locis in quibus ponuntur, sed cum longe in modo perfecto longarum esse debeant perfecte, et in imperfecto imperfecte, et similiter cum in tempore perfecto breves debeant esse perfecte, et in imperfecto imperfecte, sequitur quod earum pause similiter se habere debeant, quod erat declarandum. Et hec sufficiant pro determinatione pausarum.

Nunc de diminutione et augmentatione insimul est perscrutandum; unde diminutio est duplex; est namque quedam diminutio in qua pro nota majori non ponitur nota minor sibi imme-

Digitized by Google

diata, et de tali non intenditur hic. Alia vero est diminutio in qua pro nota majori ponitur nota minor sibi immediata, et de tali est presens intentio et sic diffinitur. Diminutio est positio note minoris pro nota majori sibi immediata.

Similiter dico de augmentatione, quod augmentatio in qua pro nota minori non ponitur nota major sibi immediata, et de tali non intenditur hic. Alia vero est augmentatio in qua pro nota minori ponitur nota major sibi immediata, et de tali hic intenditur, et sic diffinitur. Augmentatio est positio note majoris pro nota minori sibi immediata.

Causa autem necessitatis hujus augmentationis et diminutionis fuit, ut super tenore aliquo brevi pluries diversimode repetito, discantare possemus discantus notabilis longitudinis, sine prolongatione figurationis ipsius tenoris. Et propter hoc multum errant moderni tam in arte Gallica quam in arte Italica, qui augmentatione et diminutione utuntur non solum in tenoribus pluries diversimode repetitis, sed etiam in tenoribus non pluries repetitis; et non solum etiam in tenoribus, sed etiam in discantibus, et hoc sine necessitate, cum ita bene possent suos cantus figurare in propriis figuris sine prolongatione figurationis ipsorum cantuum, sicut cum tali augmentatione vel diminutione, de qua augmentatione vel diminutione tales dantur regule.

Prima regula est hec, quod in diminutione de qua hic est sermo, pro maxima ponitur longa, pro longa brevis, pro brevi semibrevis, pro semibrevi minima, et pro minima semiminima que ad ipsam minimam in dupla proportione cantatur. Et similiter dico, quod in augmentatione de qua hic est sermo, pro semiminima que ad minimam in dupla proportione cantatur ponitur pro minima semibrevis, pro semibrevi brevis, pro brevi longa, et pro longa maxima.

Secunda regula est hec, quod in hac augmentatione et diminutione pro nota perfecta ponitur alia nota perfecta, et pro imperfecta alia nota imperfecta, et pro nota alterata alia nota alterata, et pro nota non alterata, alia nota non alterata; et hoc dico si note que pro aliis ponuntur esse possunt perfecte, vel imperfecte, vel alterate. Et nota, quod hec due regule ita intelligi habent de pausis sicut de earum figuris, et hec de augmentatione et diminutione pro nunc sub brevitate sufficiant.

Nunc de colore sive talea quod idem est determinare sequitur; unde color sive talea in musica est repetitio similium figurarum vel similium vocum pluries reperta in aliquo cantu ex qua diffinitione colligere potes quomodo duplex est color sive talea, quoniam quedam est in qua fit repetitio solum similium figurarum, et quedam est in qua fit repetitio solum similium vocum, et potest addi tertia que est illa in qua fit repetitio similium vocum et similium figurarum simul. Et hec fuit intentio Johannis de Muris, qui in suo tractatu de musica mensurata Gallica, in capitulo ultimo, scilicet in capitulo de colore et talea, ponit colorem et taleam esse unam et eamdam rem, dato quod aliqui alii ponant differentiam, ut ipse recitat in littera, dicentes colorem esse illum in quo fit repetitio solum similium vocum, et taleam esse illam in qua fit repetitio solum similium figurarum quorum opinio licet quibusdam videatur veritatem obtinere, verior tamen mihi videtur opinio Johannis de Muris, propter quod dico quod ista duo nomina color et talea unam et eamdem rem important, nec differunt nisi nomine, sicut ista duo nomina presbiter et sacerdos.

Unde sicut una et eadem res istis duobus diversis nominibus, scilicet presbiter et sacerdos nominata, ipsis nominatur diversis respectibus, eo quod dicitur presbiter, quasi aliis prebens iter, et sacerdos quasi aliis sacra dans, ita etiam eadem

Digitized by Google

res nominari potest istis duobus diversis nominibus, scilicet color et talea, diversis tamen respectibus, eo quod dicitur color metaphorice ad quemdam colorem rhetoricum qui repetitio nominatur, et sumitur hoc modo metaphora, quoniam sicut in colore retorico fit pluries repetitio ejusdem dicti, ita in colore musioc fit pluries repetitio similium vocum vel similium figurarum. Talea vero dicitur, eo quod hujusmodi repetitiones sunt taliter ordinate, quod una repetitio taleata sive divisa est ab alia.

Colligere ergo potes ex supradictis omnibus, quantum differat ars Italica ab arte Gallica, et quantum veritatis utraque contineat et que dignior laude magis existat. Et si hec ars Italica ita defectuosa sit, uti asserunt multi ad pauca respicientes, qui dicunt quemlibet cantum Italicum figurari posse Gallice et non e contra, quia scilicet non quemlibet cantum Gallicum figurari posse Italice, cujus dicti oppositum assero, et dico quemlibet cantum Gallicum recte bene et cum figurationibus substentabilibus figuratum, figurari posse Italice, et non e contra, quia scilicet non quemlibet cantum Italicum recte bene et cum figurationibus substentabilibus figuratum, figurari posse Gallice; et ut breviter cito me de hoc expediam, dico quod in arte Gallica nunquam poterit figurari quilibet cantus Italicus qui totus sit octonarius, aut duodenarius, taliter quod suo debito modo cantetur, scilicet in proportione sequitertia, quod patere potest bene intelligenti figuraliones bonas et substentabiles utriusque artis Gallice, scilicet et Italice, quoniam hoc figurari non poterit nisi per signa nobis hanc proportionem denotantia, in principio cantus posita, que figuratio in arte Gallica satis extranea esse videtur, cum in tali cantu proportionarentur figure ad figuras in tali cantu non existentes, quod multum absurdum in arte Gallica esse videtur, cum quelibet figura que in proportione ad alteram cantatur, in proportione ad figuram in eodem cantu existentem cantari habeat, quod non sic esset in tali figuratione.

Et sic sit finis hujus tractatus, per musicorum minimum PROSDOCIMUM DE BELDEMANDIS Patavum, anno Domini 1412, in castro Montagnane Paduani districtus compilati. Deo gratias. Amen.

EXPLICIT TRACTATUS PRATICE CANTUS MENSURABILIS AD MODUM YTALICORUM, PER PROSDOCIMUM DE BELDEMANDIS DE PADUA IN CASTRO MONTAGNANE PADUANI DISTRICTUS COMPILATUS. DEO GRATIAS. AMEN.

XIX

PROSDOCIMI DE BELDEMANDIS

LIBELLUS MONOCORDI

TRACTATUS PRIMUS.

CAPITULUM I.

PROLOGUS.

Etsi facile sit inventis addere, addenda tamen negligenda existere non videntur, cum ex his musa quelibet iucrementum videatur suspicere eo quod parvum parvo additum magnum efficit, quatenus et inde intellectus quilibet et subtilius perducitur speculandum; qua de re complacentia mei fratris dilecti ac intellectus subtilissimi viri

Digitized by Google

sanctifici, nec non artium et medicine doctoris egregii Magistri *Nicholay de collo de Coneglano* extendam hunc tractatulum, in quo intendo duplicem modum dividendi monachordum ac ipsorum modorum convenientiam et differentiam describere et ipsorum deffectus cum rationibus declarare, ex quorum declaratione preterea unius tertii modi ipsum monachordum dividendi sufficientia clarissime patebit.

CAPITULUM II.

De differentia istorum trium modorum.

Sciendum ergo, quod isti modi ab invicem non differunt nisi in ficte musice positione, sic quod in positione vere omnes convenire videantur ad ejus vere musice positionem habendam. Est notandum quod solum quatuor specialissime species proportionum ad monachordi divisionem necessarie sunt reperte, scilicet proportio dupla, proportio sexquialtera, sexquitertia, et sexquioctava: in proportione namque dupla consistit dyapason, que alio nomine octava consonans nominatur; in proportione vero sexquialtera consistit dyapente, que alio nomine quinta consonans nuncupatur; in proportione sexquitertia consistit dyatessaron, que alio nomine quarta minor nominatur; in proportione vero sexquioctava consistit Epogdous, qui tonus appellatus est. Hec autem omnia a Pythagora philosopho Italico longa experientia primitus inventa sunt.

Item notandum, quod omnis monocordi divisio que fit propter dyapason consonantiam habendam per duas fieri habet portiones, ad dyapente vero per tres et ad dyatessaron per quatuor. Sed ad tonum habendum fit per novem et hoc est illud quod communiter sub his verbis dici solet, scilicet quod divisio dyapason fit per duo, dyapente per tres, dyatessaron per quatuor, sed toni divisio per novem.

CAPITULUM III.

De divisione monacordi.

His igitur taliter premissis ad divisionem monocordi transeamus, et primitus quatenus ad vere musice positionem in qua positione omnes tres modi supradicti convenire videntur, ut dictum est.

Hec namque divisio taliter haberi potest, si.... primo locus scabelli in monocordo versus partem dexteram, scilicet juxta capse finem distans a primo puncto monocordi qui est versus partem sinistram secundum quod sufficeret ad longitudinem ipsius monocordi et notetur, gratia exempli: sit littera *h*, signetur postea in parte opposita ipsi scabello, scilicet in primo puncto monocordi, qui est versus partem sinistram, prima littera manus musicalis que est G grecum quod gamma communiter appellatur et sic figuratur Γ. Spatium autem longitudinis quod inter Γ et punctum scabelli, scilicet *h* intercipitur, in novem portiones equales dividatur, et ad punctum terminantem primam portionem, que est versus Γ, ponatur primum A manus musicalis, et habebis primum tonum ipsius manus. Unde si extenderes corda ab ipso Γ usque ad punctum scabelli, scilicet *h*, et tangeres primitus corda in puncto Γ, postea in puncto A, perpenderes sonum cantum ex tactu corde in puncto A elevari per tonum supra sonum cantus ex tactu corde in puncto Γ; et si bene considerabis, invenies spatium inter Γ et punctum scabelli, scilicet *h*; quod spatium reddit sonum graviorem inter duos sonos cantatos ex tactu corde in duobus punctis, scilicet Γ et A continere omnes portiones novenarie divisionis supradicte.

Spatium autem interceptum inter A et punctum scabelli, scilicet *h*, quod spatium reddit sonum minus gravem inter duos sonos supradictos continere solummodo octo de illis novem portionibus supradictis invenies et sic spatium longitudinis

Digitized by Google

interceptum inter Γ et punctum scabelli, scilicet *h*, excedit spatium interceptum inter A et punctum scabelli, scilicet *h*, per unam illarum novem portionum supradictarum, que est octava pars spatii intercepti inter A et punctum scabeli, scilicet *h* continere, quod spatium interceptum inter Γ punctum scabeli, scilicet *h*, totum spatium interceptum inter A et punctum scabeli, scilicet *h*, et ejus octavam partem; quapropter se habebit ad ipsum in proportione sexquitertia per differentiam proportionis sexquioctave, quia secundum tonum in proportione sexquioctava consistit, ut superius dicebatur.

Spatium vero longitudinis interceptum inter primum A et punctum scabelli, scilicet *h*, etiam in novem proportiones equales dividatur, et ad punctum terminantem primam portionem, que est versus primum A, ponatur primum ♮ manus musicalis, quod sub tali forma quadra, ut supra scriptum est, scribi debet. Et habebis secundum tonum ipsius manus musicalis etiam in proportione sesquioctava consistente, uti et consistit omnis tonus propter causam superius assignatam.

Assumaturque iterum spatium interceptum inter Γ et punctum scabelli, scilicet *h*, et dividatur in quatuor portiones equales, et ad punctum terminantem primam portionem, que est versus Γ, ponatur primum C manus musicalis, et habebis diatessaron ipsius manus primum quod in proportione sexquitertia consistit, ut dictum est, quum spatium interceptum inter Γ et punctum scabelli, scilicet *h*, continet spatium interceptum inter primum C et punctum scabeli, scilicet *h* semel et ejus tertiam partem.

Sumatur quoque iterum spatium interceptum inter Γ et punctum scabelli, scilicet *h*, et dividatur in tres portiones equales, et ad punctum terminantem primam portionem, que est versus Γ ponatur primum D manus musicalis, et habebis primum dyapente ipsius manus, quod in proportione sexquialtera consistit, ut dictum est, quum spatium interceptum inter Γ et punctum scabeli, scilicet *h*, continet spatium interceptum inter primum D et punctum scabeli, scilicet *h* semel et cum hoc ejus medietatem.

Spatium vero interceptum inter primum A et punctum scabelli, scilicet *h*, dividatur etiam in tres portiones equales, et ad punctum terminantem primam portionem, que est versus primum A, ponatur primum E manus musicalis, et habebis ipsius manus secundum dyapente que etiam in proportione consistit sesquialtera, uti et quelibet consonantia talis dyapente nominatur propter causam superius assignatam.

Sumatur quoque postea spatium interceptum inter primum C et punctum scabelli, scilicet *h*, et in quatuor portiones equales dividatur, et ad primum punctum terminantem primam portionem, que est versus primum C, ponatur primum F manus musicalis, et habebis ipsius manus alterum dyatessaron quod etiam in proportione consistit sesquitertia, uti et quelibet consonantia dyatessaron nominata propter causam superius assignatam.

Sumatur quoque iterum totum spatium interceptum inter Γ et punctum scabelli, scilicet *h*, et dividatur in duas portiones equales et ad punctum terminantem primam portionem que est versus Γ ponatur secundum G manus musicalis, et habebis primum dyapason ipsius manus, quod in proportione dupla consistit, ut dictum est, quum spatium interceptum inter Γ et punctum scabelli, scilicet *h*, bis continet spatium interceptum inter secundum G et punctum scabelli, scilicet *h*.

Sumatur quoque iterum totum spatium interceptum inter primum A et punctum scabelli, scilicet *h*, et per simile in duas portiones equales dividatur et ad punctum terminantem primam portionem que est versus primum A ponatur secundum a, et habebis ipsius manus musicalis

Digitized by Google

secundum dyapason que etiam in proportione dupla consistit, uti quelibet consonantia dyapason nominata propter causam superius assignatam.

Similiterque facias de spatio intercepto inter primum ♮ et punctum scabelli, scilicet *h*, et similiter de aliis litteris sequentibus hujus spatia in duas portiones dividendo equaliter, et ad punctum terminantem primam portionem similem litteram apponendo, quum semper de littera in litteram sibi similem dyapason consonantiam habere debemus. Nec ab hujusmodi divisione in duas portiones equales desinas, donec ad finem omnium litterarum manus musicalis pervenias, que vigentesimo numero replicate invente sunt.

Et si ulterius tuum monocordum elongare velles, posses hoc facere in duas portiones equales divisionem superius dictam continuando ad tuum placitum, semperque litteram littere preaccepte similem apponendo; per hunc enim modum habentur in monocordo omnes littere in manu musicali reperte, atque, ut visum est, taliter replicate, utroque *b* rotundo excepto, quod communiter sub tali forma scribitur, cum corpore scilicet rotundo non scriptum est. Et ut hoc binum *b* rotundum habeatur, primo sumendum est totum spatium interceptum inter primum *f* et punctum scabelli, scilicet *h*, et dividendum est in quatuor portiones equales et ad punctum terminantem primam portionem, que est versus ipsum primum *f* ponatur *b* rotundum quod resonat ad ipsum primum *f* dyatessaron consonantiam, seque habet ipsum primum *f* ad *b* rotundum primum in proportione sesquialtera ratione superius dicta.

Si vero postea sumatur totum spatium interceptum inter primum *b* rotundum jam inventum et punctum scabelli, scilicet *h*, et dividatur in duas portiones equales, ad primum punctum terminantem primam portionem, que est versus primum *b* rotundum jam inventum, ponere poterimus secundum *b* rotundum, et resonabit primum ad secundum dyapason consonantiam, seque ad ipsam habebit in proportione dupla ratione superius dicta.

Sciendum tamen quod monacordi divisionem incipiam a primo F, scilicet gamma; aliqui tamem alii incipiunt hujusmodi divisionem a primo ♮ seu quadro, vel a primo C, ♮ tamen preponendo; sed tunc, propter habere debitam vocum quantitatem, manum musicalem egrediuntur versus litteras superacutas; in hoc tamen nulla est difficultas, cum hec divisio sit similis divisioni prius habite, et simili modo fieri habeat, ut patere potest cuilibet subtiliter advertenti.

Iste ergo est modus dividendi monacordum quantum ad veram musicam, et non fictam in quo omnes modi monacordum dividendi conveniunt, ut supra dictum est.

CAPITULUM IV.

De positione ficte musice in monocordo.

Quantum vero ad positionem ficte musice in monocordo est sciendum quod positio ficte musice est inventio quarumdam vocum, que in manu musicali nullo modo reperte sunt, ad consonantias tamen collorandas necessarie; et talis ficta musica inter duas litteras immediatas, tonum resonantes repponi habet, ut ibidem semitonium habeatur ad consonantiam aliquam collorandam quamque necessarium. In medio tamen harum duarum litterarum per equidistantiam ab extremis nullo modo est ponenda talis ficta musica, sic quod tonum in duas partes equales dividat, quum, ut demonstrative probatum est per Boetium, Johannem de Muris et alios quamplurimos auctores musice, tonus nullo modo in duas partes equales divisibilis est, sed potius in partas inequales, quarum major majus semitonium nuncupatur et minor minus semitonium appellatur. Propter quod dicunt musici semi-

Digitized by Google

tonium dici non a semi quod est medium, sic quod semitonium importet tantum quantum medius tonus, quoniam hoc falsum est, ut ipsi demonstrant; sed dicitur a semi, quod est imperfectum, et sic tantum sonat semitonium quantum imperfectus tonus. Excessus vero quo majus semitonium minus excedit croma nominatur, quod croma nec totius toni, nec alicujus semitoniorum majoris scilicet et minoris pars aliquota existit, ut ipsi musice auctores demonstrative declarant; et propter hoc mentiuntur quidam in musica loquentes, dicentes tonum dividi in quinque partes equales, dieses nominatas, et minus semitonium duas illarum partium continere, majus vero tres et aliquando quatuor; sic quod ponunt triplex semitonium reperiri, scilicet enarmonicum quod est minus semitonium, diatonicum quod est majus tres illarum partium continens, et cromaticum quod est aliud majus in se quatuor illarum partium reportans. Quoniam si sic esset, ut isti dicunt, tunc croma superius nominatum pars aliquota toni atque semitoniorum permaneret, et proportio aliqua rationalis inter tonum et quodlibet suorum semitoniorum posset reperiri, quorum duorum oppositum musice auctores expressissime demonstrant, ut dictum est. Multas etiam alias mendaces truphas ponunt isti, quas, si artem demonstrandi sufficienter habuissent, et libros auctorum musice bene intellexissent, ita late minime posuissent, sed potius oppositum quod dixerunt; et si queras quid importat iste terminus diesis, dico quod importat partem toni semitonium nominatam sic quod isti duo termini diesis et semitonium termini sunt synonomi. Sciendum secundo quod in positione istius ficte musice inter duas litteras immediatas tonum resonantes, non tamen in medio per equidistantiam, quidam proponunt versus scilicet partem sinistram minus semitonium sive portionem minorem spatii contenti inter duas litteras immediatas tonum resonantes in duas partes inequales divisi, quod idem est. Quidam vero proponunt majus semitonium sive portionem majorem et cetera. Primo igitur declarabo modum primum, secundo vero secundum.

CAPITULUM V.

De primo modo collocandi fictam musicam.

Ut igitur habeas primum modum, primum *b* rotundum in divisione superius habita repertum invenias, et nota distantiam inter ipsum *b* rotundum et punctum scabelli, scilicet *h*, cui distantie equalem distantiam nota ab ipso *b* rotundo versus Γ; et ad punctum terminantem talem distantiam versus Γ pone signum quod gratia exempli sit I quoniam illic cadit ficta musica, que inter primum A et primum ♮, scilicet quadrum reperitur, et resonat talis punctus I cum primo *b* rotundo dyapason consonantiam I et habet se ad ipsum in dupla proportione ratione superius de spatiis assignata.

Sumas quoque postea totalem distantiam que est inter punctum I et punctum scabelli, scilicet *h*, et ipsum dividas in octo portiones equales, partem quoque cuilibet istarum octo partium equalem sumas versus Γ et ad punctum terminantem talem partem versus Γ pone signum quod gratia exempli sit K quoniam illic cadit ficta musica, que inter Γ et primum A reperitur, et resonat talis punctus K ad punctum I tonum integrum seque habet ad ipsum in proportione sesquioctava ratione superius dicta.

Sumatur quoque deinde spatium contentum inter K et punctum scabelli, scilicet *h*, et in quatuor portiones equales dividatur, et ad punctum terminantem primam portionem que est versus K ponatur signum, quod gratia exempli sit I, quum ibi cadit ficta musica que inter primum C et primum D reperitur, et resonat K ad I dyates-

Digitized by Google

saron consonantiam, seque habet ad ipsam in proportione sesquitertia ratione superius dicta.

Ulterius etiam resumatur spatium interceptum inter K et punctum scabelli, scilicet *h*, et ipsum dividatur in tres partes equales et ad punctum terminantem primam portionem que est versus K, ponatur signum quod gratia exempli sit M, quoniam ibi cadit ficta musica, que inter primum D et primum E reperitur et resonat R ad M dyapente consonantiam seque habet ad ipsum in proportione sesquialtera ratione superius dicta.

In ulterius vero prosequendo sumatur spatium interceptum inter I et punctum scabelli, scilicet *h*, et ipsum dividatur in quatuor portiones equales et ad punctum terminantem primam portionem que est versus I ponatur signum quod gratia exempli sit N, et habebis fictam musicam cadentem inter primum F et secundum G et resonat I ad N dyatessaron consonantiam seque habet ad ipsum in proportione sexquitertia ratione superius dicta.

Sumas quoque in posterum iterato spatium interceptum inter R et punctum scabelli scilicet *h* et ipsum dividas in duas partes equales et ad punctum terminantem primam portionem que est versus K, pone signum quod gratia exempli sit O, quoniam ibi cadit ficta musica, que est inter secundum G et secundum A et resonat R ad O dyapason consonantiam, seque ad ipsam habet in proportione dupla ratione superius dicta.

Sumas quoque iterum spacium interceptum inter I et punctum scabelli, scilicet *h*, et ipsum similiter dividas in duas portiones equales et ad punctum terminantem primam portionem que est versus I pone signum quod gratia exempli sit P et habebis fictam musicam que est inter secundum C et secundum D et resonat I ad P similiter dyapason consonantiam seque habet ad ipsam in proportione dupla, ratione superius dicta.

Simileque facias de aliis fictis musicis sequentibus semper spatium in duas partes equales dividendo, et signum ad punctum terminantem primam portionem apponendo litteras scilicet consequenter se habentes, quousque evacuatius omnes fictas musicas inter tonos repertas, et erunt littere nobis denotantes fictas musicas numero duodecim secundum quod duodecim sunt toni in quibus nullum repertum est semitonium in manu musicali actualiter positum, quia ibi talia semitonia nos fingere oportuit propter consonantias collorandas, ut dictum est, et ideo talia semitonia fictas musicas appellamus. Que numero sunt duodecim ut dixi, scilicet duodecim litteris alphabeti in monocordo signate, scilicet: I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V.

Et si bene ad hunc modum dividendi fictas musicas advertentiam habebis, invenies semitonium minus in divisione toni per duo semitonia inequalia semper majus precedere.

CAPITULUM VI.

De defectu hujus modi collocandi fictam musicam.

Habito in isto modo fictas musicas collocandi, restat nunc defectum hujus modi dividendi fictas musicas declarare.

Ad cujus declarationem primo notandum est, quod omnia semitonia in manu musicali atque in omni vocum combinatione reperta fore minora apud omnes musicos, sufficienter est declaratum, quod etiam tamquam necessarium presupponere intendo.

Secundo notandum quod in collorando combinationes vocum musicales, necessarium est quinque semitonia addere, et quinque diminuere secundum quod opportet, ut videri habet in arte contrapunctus; et hoc ut habeatur numerus debitus tonorum vel semitoniorum ad talem vel talem vocum combinationem requisitus.

Tertio notandum consequenter ex duobus pre-

Digitized by Google

cedentibus notabilibus quod semitonia que in collocatione talium vocum combinationum adduntur vel diminuuntur existere majora et nullo modo minora.

Hoc etiam tanquam sufficienter demonstratum alibi pro verissimo reputari atque presupponi debet, et ideo ipsum sic reputo atque presuppono:



Istis sic notatis capio exemplum immediate postscriptum, et quero in quo loco hujus monocordi formabis secundam notam cantus superioris et non videtur quod alibi quam super ficta musica que est inter secundum F et tertium G que per litteram K signata est, sed per hoc non adimples perfectionem sexte sive ipsius majoritatem; quam sextam talis nota resonat cum secunda nota cantus inferioris, et que sexta deligatur debere esse perfecta sive major per signum ibidem appositum, scilicet per talem crucem ♯.

Quum si bene consideras, sexta tua quam resonat secundum A cum illa ficta musica, scilicet K, non continet numerum tonorum et semitoniorum quem sexta perfecta sive major continere debet, scilicet quatuor tonos et unum minus semitonium, imo continet solum tres tonos et tria minora semitonia que, si bene consideras, constituere non possunt tonum unum cum semitonio minori, imo ibi deficit unum croma ad hujus sexte perfectionem sive majoritatem. Et hoc evenit quia, ubi addere debebam sexte imperfecte sive minori, quam resonat secundum *a* cum secundo *f* semitonium majus pro sui perfectione sive majoritate complenda que designatur per talem crucem ♯, ibidem positam, secundum quod ponit tertium notabile, non additur nisi semitonium minus, sic quod deficit unum croma, ut dictum est, et hoc apparet cuilibet subtiliter intuenti; simileque dico de nota penultima ipsius cantus superioris respectu penultime inferioris resonantis sextam perfectam sive majorem.

Item etiam de nota septima cantus inferioris non videtur quod alibi collocari possit in tali monocordo, quam super ficta musica, que est inter secundum *c* et secundum *d*, collocatur per P litteram signata, sed per hoc non imperficitur sive minoratur tertia quam talis nota septima cantus inferioris cum nota septima cantus superioris resonat; que imperfectio sive minoratio denotatur per signum ibidem appositum, scilicet per talem ♯, quoniam si bene advertas, talis tertia que resonat secundum E cum illa ficta musica scilicet P, non continet numerum tonorum et semitoniorum precise quem continere debet tertia imperfecta sive minor, scilicet tonum cum semitonio minori, imo cum semitonio majori; et sic superat debitam quantitatem tertie imperfecte sive minoris per unum croma; et hoc evenit quia, ubi removeri debebatur a tali tertia perfecta sive majori imperficienda sive minoranda, majus semitonium removetur minus, ut apparet in hujus monocordi divisione. Multa et alia similia inconvenientia in hujusmodi monocordo inveniri possent, si ad ipsum accuratior haberetur advertentia, sed supradicta in exemplum aliorum sufficiant.

CAPITULUM VII.

De secundo modo collocandi fictam musicam.

Expedito primo modo fictas musicas collocandi in monocordo, restat nunc secundum modum declarare qui convenienter per hunc modum habet solum.

Capiatur primo totum spatium quod inter se-

Digitized by Google

cundum ♮ quadrum et punctum scabelli scilicet *h* interponitur, et in tres portiones equales dividatur et cuilibet harum trium portionum una equalis portio assumatur ab ipso secundo ♮ quadro versus Γ et ad punctum terminantem hanc portionem versus Γ ponatur nota que gratia exempli sit X, quum ibi cadit ficta musica, que inter primum F et secundum G in tali modo dividendi reperitur, et resonat ipsum X ad ipsum secundum ♮ quadrum dyatessaron consonantiam, seque habet ad ipsum in proportione sesquitertia ratione superius dicta.

Accipiatur postea spatium quod intercipitur inter punctum Y et punctum scabelli, scilicet *h*, et in tres portiones equales similiter dividatur, et cuilibet harum trium una equalis portio persimile assumatur ab ipso Y versus Γ et ad punctum terminantem hanc portionem versus Γ ponatur nota que gratia exempli sit Ç, quum ibi cadit ficta musica que inter F et primum A collocatur et resonat ipsum Ç ad ipsum Y dyatessaron consonantiam similiter atque se habet ad ipsam in proportione sesquitertia ratione superius dicta.

Sumatur consequenter totum spatium, quod est inter Ç et punctum scabelli, scilicet *h*, et in tres portiones equales dividatur et ad punctum terminantem primam portionem que est versus Ç ponatur signum quod gratia exempli sit figura unitatis, scilicet I, quum ibi cadit ficta musica que inter primum D et primum E reperitur et resonat ipsum Ç ad ipsam figuram unitatis I dyapente consonantiam atque ad ipsam se habet in proportione sesquialtera superius dicta.

Capiatur ulterius totum spatium quod est inter figuram unitatis talem I et punctum scabelli, scilicet *h*, et dividatur in tres portiones equales et cuilibet harum trium portionum una equalis portio assumatur ab ipsa figura unitatis tali I versus Γ et ad punctum terminantem hanc portionem versus Γ ponatur signum quod gratia exempli sit figura binarii talis scilicet duo quum ibi cadit ficta musica que inter primum A et primum ♮ quadrum reperitur et resonat figura binarii duo ad talem figuram unitatis I dyatessaron consonantiam, seque habet ad ipsam in proportione sesquitertia ratione superius dicta.

Sumatur quoque iterum totum spatium quod est inter Ç et punctum scabelli, scilicet *h*, et in duas portiones equales dividatur et ad punctum terminantem primam portionem que est versus Ç ponatur figura ternarii 3 quum ibi cadit ficta musica, que inter secundum *g* et secundum A reperitur, resonat ipsum Ç ad ipsam ternarii figuram 3 dyapason consonantiam, et habet se ad ipsam in proportione dupla ratione superius dicta.

Capiatur quoque iterum totum spatium, quod inter Y et punctum scabelli, scilicet *h* reperitur, et in duas partes equales dividatur, et ad punctum terminantem primam partem que est versus Y ponatur signum quod gratia exempli fit figura quaternarii talis 4 quum ibi cadit ficta musica que inter secundum C et secundum D collocatur et resonat ipsum *y* ad talem figuram quaternarii 4 dyapason consonantiam similiter et habet se ad ipsam simili in proportione dupla ratione superius dicta.

Similiter quoque facias de aliis fictis musicis consequenter se habentibus sive sequentibus tali modo ultimo semper dividendo scilicet in duas partes equales et semper ad puncta terminentia primas portiones signa dissimilia ante ponendo, ne intricatio occurat, donec ad finem totius monocordi pervenias et omnes fictas musicas inter tonos cadentes per diversa signa designatas diligenter apponas, et erunt hec signa omnes fictas musicas ostendentes numero duodecim talia, scilicet : X, Y, Ç, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9.

Et si ad hunc modum dividendi diligenter ad-

Digitized by Google

vertas, invenies semitonia majora semper precedere minora, cujus oppositum in alio modo dividendi reperitur :

CAPITULUM VIII.

De defectu hujus divisionis.

Hoc in modo monocordum dividendi expedito, ut ejus defectus habeatur, presupponere habemus tria notabilia superius posita atque etiam presupposita immediate ante reprobationem alterius modi; quibus presuppositis, capio exemplum immediate ante positum et quero de collocatione quinte note cantus superioris in monocordo secundum hanc divisionem prescripto et non videtur quod alibi collocari possit, quam super ficta musica inter secundum D et secundum E situata, et per figuram quinarii talem 5 designata, et hoc male quia per hoc non habetur vera imperfectio sive minoratio sexte perfecte sive majoris quam sextam resonat predicta quinta nota cantus superioris cum quinta nota cantus inferioris; que imperfectio sive minoratio designatur per tale signum scilicet per *b* rotundum positum ad notam quintam cantus superioris, et hoc est quia sexta quam resonat secundum G ad ipsam figuram quinarii talem, scilicet 5, excedit veram imperfectionem sive minorationem talis sexte que continere debet tres tonos et duo semitonia minora, croma unum continet; namque talis sexta A secundo G usque ad figuram quinarii talem 5 quatuor tales tonos contentos si bene consideras, qui nullo modo precise inveniri possunt in sexta aliqua in musica usitata, sive perfecta aut major sit, sive imperfecta aut minor talis sexta existat; et hoc evenit quia ubi diminui deberetur a tali sexta perfecta sive majori, quam resonat quinta nota cantus inferioris cum quinta nota cantus superioris semitonium majus prohabenda ipsius sexte perfecte sive majoris vera imperfectione sive minoritate, semitonium minus diminuitur eo quod in tali ultimo modo monocordum dividendi aliter fieri non potest, propter antecepum majoris semitonii ad minorem, quia defectuosus.

Hoc etiam idem evenit de decima perfecta sive majori quam resonat nona nota cantus superioris cum nona nota cantus inferioris, que etiam imperfici sive minorari debet propter tale signum, scilicet *b* rotundum, immediate ante ipsam nonam notam superioris cantus appositum eo quod similiter ubi diminui deberet semitonium majus propter talem imperfectionem sive minoritatem habendam, diminuitur nunquam, quod aliter fieri non potest ob ipsius modi defectum, et sic constituitur una decima que veram imperfectam sive minorem decimam in musica usitatam per croma unum excedit.

Similis quoque defectus reperit eamdem causam, evenit in tertia perfecta sive majori quam resonat tertiadecima nota cantus superioris cum tertiadecima nota cantus inferioris que et imperfici sive minorari debet propter tale signum scilicet *b*, rotundum ad talem tertiamdecimam cantus superioris appositum, si bene consideras.

Multos etiam alios hujusmodi defectus in aliis vocis monocordi prescripti invenire posses, quos ostendere aliud non esset quam opus prolongare et nullius utilitatis, quia per superius declaratos per temetipsum, si subtiliter inspexeris, poteris omnes alios invenire, nec non ipsos diligenter intelligere. Patet igitur ex supradictis quomodo isti duo modi monocordum dividendi superius

Digitized by Google

descripti defectuosi sint, licet forsan hujusmodi defectus tam parvi sint quod sensus auditus ipsos percipere non possit; sed si sufficit quod ratio.

CAPITULUM IX.

De tertio modo dividendi monocordum.

Habitis istis duobus modis monocordum dividendi superius recitatis et declaratis sufficienter defectibus suis, facillime haberi potest modus tertius ipsius monocordi divisionis; qui modus nihil aliud est quam duorum modorum superius descriptorum ad invicem applicatio; qua applicatione facta diligenter, evacuabitur omnis defectus superius recitatus.

Applicantur ergo taliter ad invicem duo modi supradicti; dividatur postea monocordum secundum vere musice divisionem modo superius declarato; dividatur quoque preterea ficta musica secundum primum modum collocando; demum dividatur ficta musica secundum modum apponendo quibus expeditis monocordum taliter divisum, quod ibi nullatenus errorem aliquem nec defectum invenire poteris, et erunt inter quaslibet duas litteras proximas manus musicalis tonum resonantes bina semitonia designata preterquam inter secundum A et secundum ♮ quadrum, et similiter inter tertium *a* et tertium ♮ quadrum in quorum duorum locorum quolibet unum solum semitonium designatur per tale signum, scilicet *b* rotundum.

Et ut habeantur similiter in istis duobus locis bina semitonia, capiatur in secunda divisione monocordi totum spatium interceptum inter figuram binarii talem 2 et punctum scabelli, scilicet *h*, et dividatur in duas portiones equales, et ad punctum terminantem primam portionem que est versus predictam figuram binarii talem 2 ponatur, quod gratia exempli sit çifra cum puncto in medio talis ⊙ quum ibi cadit ficta musica que inter secundum *a* et secundum ♮ quadrum atque prope primum *b* rotundum situatur, et rosonat ipsa figura binarii talis 2 ad ipsam çifram cum puncto in medio talem ⊙ dyapason consonantiam atque se habet ad ipsam in proportione dupla, ratione superius dicta.

Sumatur quoque postea totum spatium interceptum interpredictam çifram in medio punctatam talem ⊙ et punctum scabelli, scilicet *h*, et dividatur etiam in duas portiones equales et ad punctum terminantem primam portionem, que est versus predictam çifram, cum puncto in medio talem ⊙ ponatur signum quod gratia exempli sit talis çifra per medium divisa ⊙, quum ibi cadit ficta musica que inter tertium *a* et tertium ♮ quadrum atque prope secundum *b* rotundum collocatur, et resonat ipsa çifra cum puncto in medio talis ⊙ ad çifram in medio divisam ⊙ dyapason similiter consonantiam seque habet ad ipsam in proportione dupla ratione superius dicta.

Et isto modo per totum monocordum habere poteris bina semitonia inter quaslibet duas litteras immediatas in manu musicali tonum resonantes.

Et dato quod iste due ficte musice, nunc ultimo invente, rarissime in cantu aliquo occurant bonum, est tamen ipsas in monocordo ponere, ut inde octava et quintadecima ad figuram binarii talem 2 habeantur; que consonantie in monocordo aliter haberi non possent; quam istas duas ultimas fictas musicas apponendo, et etiam ut cantum aliquem super tali monocordo pulsare possimus in quo cantu iste due ficte musice reperiantur vel saltem altera ipsarum, si talem cantum inveniri contingat.

Et scias quod licet fugere intricationes omnes

Digitized by Google

ficte musice sive primi modi dividendi sive secundi sint diversis signis figurate, tamen convenienter per talem crucem ♯ omnes designari solent; et similiter in cantibus que crux scribi deberet potius sub forma talis ♮ quadri quam cruce tali ♯ suprascripta, cujus causam si scire desideras, recurras ad tractatulum quem de contrapuncto compilavi, et ibi ipsam sufficienter invenies declaratam.

Et ut ea que dicta sunt clarius videantur, omnes tres modos dividendi in spatio extendam, quos videas et bene considera, quum ex ipsis in notitiam superius dictorum facile deducere poteris [1].

Et sic est finis hujus parvi tractatuli de monocordum dividendi quem

Prosdocimus de Beldemandis patavus Padue.

Anno domini 1413, compilavit.

1 In codice manuscripto adest spatium cum tribus lineis ductis ad monocordum dividendum, sed divisio ipsa deest.

XX

PROSDOCIMI DE BELDEMANDIS

BREVIS SUMMULA PROPORTIONUM

Tibi, dilecte frater, tuus Prosdocimus de Beldemandis Patavus de nocte laboravit, ob tui intentum plenissime adimplere, brevem summulam proportionum musice applicabilium ex dictis antiquorum doctorum extrahendo; pridem itaque distinctionem de proportione premittit quam et alii premittere consueverunt que talis est.

In duplici manerie proportio reperitur; quedam autem est proportio communiter dicta que sic describi potest : proportio communiter dicta est aliquorum comparatorum in aliquo univoco ad invicem habitudo. Et dicitur in aliquo univoco propter majorem expressionem, quoniam in equivocis nulla reperitur comparatio, ut asserit Aristoteles, primo Thopicorum capitulo de inventione secundi instrumenti quo in sillogismis abundamus dyalenas; ex qua descriptione habere possumus proportionem communiter dictam in omnibusque equalitatem et inequalitatem, similitudinem et dissimilitudinem magis et minus suscipiunt reperiri.

Quedam vero est proportio proprie dicta que

Digitized by Google

etiam sic describi potest : proportio proprie dicta est plurium quantitatum ejusdem generis propinqui ad invicem habitudo, et dicitur ejusdem generis propinqui, quoniam una quantitas contigua cum una quantitate discreta proprie proportionari non potest, cum non sint ejusdem generis propinqui, sed bene remoti, ut notum est; ex qua descriptione comprehendere possumus proportionem proprie dictam solum in his que equalitatem et inequalitatem suscipiunt, hoc est in quantitatibus reperiri.

Ista distinctione sic posita, ejusque membris declaratis, primum dimittendo quia nihil ad propositum, secundum agredior quod proposito nostro pertinet, et ipsum taliter subdivido, et dico quod duplex est proportio proprie dicta, scilicet rationabilis et irrationabilis. Que ambe sic describi possunt : proportio rationabilis est plurium quantitatum commensurabilium ad invicem habitudo ; proportio vero irrationabilis est plurium quantitatum et commensurabilium ad invicem habitudo. Pro quarum duarum descriptionum declaratione est sciendum, quod ille quantitates commensurabiles dicuntur, quibus reperitur una communis mensura, quamlibet illarum quantitatum commensurare potens. Ille vero dicuntur quantitates incommensurabiles, quibus nulla talis communis mensura reperitur.

Ulterius vero subdivido primum membrum istius subdivisionis quia secundum nihil facit ad propositum; unde dico quod duplex est proportio rationabilis, quedam namque est proportio equalitatis et est illa que est plurium quantitatum equalium ad invicem habitudo; quedam vero proportio inequalitatis, et est illa que est plurium quantitatum inequalium ad invicem habitudo. Que etiam in duo membra subdividitur, quia quedam est proportio majoris inequalitatis, et est majoris quantitatis ad minorem habitudo; quedam vero est minoris inequalitatis, et est minoris quantitatis ad majorem habitudo. Et quia in talibus proportionibus inequalitatis reperitur excessus et differentia, est sciendum quod excessus et differentia hic sunt termini synonomi ; et est excessus sive differentia illud quod major quantitas minorem excedit.

Proportio vero majoris inequalitatis in quinque subdividitur species quarum tres prime sunt simplices, scilicet proportio multiplex, proportio superparticularis et proportio superpartiens; relique vero due sunt composite, scilicet proportio multiplex superparticularis et proportio mutilplex superpartiens. Proportio multiplex dicitur quando major quantitas continet minorem pluries et nihil ultra. Proportio vera superparticularis dicitur quando major quantitas continet minorem semel et non pluries et cum hoc aliquid ultra quod est pars aliquota quantitatis minoris; pro cujus descriptionis atque aliarum sequentium declaratione est sciendum quod partium alicujus totius; quedam dicitur pars aliquota et est illa que aliquotiens sumpta reddit precipue suum totum; quedam vero dicitur pars non aliquota et est illa que, quotienscumque summatur, nunquam reddit precipue suum totum, sed aut plus, aut minus. Proportio vero superpartiens est quando major quantitas continet minorem semel et non pluries, et cum hoc aliquid ultra quod non est pars aliquota quantitatis minoris. Proportio vero multiplex superparticularis est quando major quantitas continet minorem pluries, et cum hoc aliquid ultra quod est pars aliquota quantitatis minoris. Proportio autem multiplex superpartiens est quando major quantitas continet minorem pluries, et cum hoc aliquid ultra quod non est pars aliquota quantitatis minoris.

Et habet quelibet istarum quinque specierum infinitas species sub se; prima namque species proportionis multiplicis est proportio dupla, et est quando major quantitas continet minorem pre-

Digitized by Google

cipue bis; secunda vero species est proportio tripla, et est quando major quantitas continet minorem precipue ter; tertia vero species est proportio quadrupla, et est quando major quantitas continet minorem precipue quater; quarta vero species est proportio quinqupla et est quando major quantitas continet precipue minorem quinquies, et sic in infinitum augmentando secundum quod numerus in infinitum est augmentabilis.

Prima vero species proportionis superparticularis est proportio sexquialtera, et est quando pars aliquota quantitatis minoris que est excessus sive differentia majoris quantitatis ad minorem est ipsius quantitatis minoris medietas. Secunda vero species est sexquitertia, et est quando pars aliquota quantitatis minoris est ipsius quantitatis minoris tertia pars. Tertia vero species est proportio sexquiquarta, et est quando pars aliquota quantitatis minoris et cetera est ipsius quantitatis minoris quarta pars. Quarta vero species est sexquiquinta, et est quando pars aliquota quantitatis minoris et cetera est ipsius quantitatis minoris quinta pars; et sic in infinitum augmentando secundum augmentationem indeterminatem numerorum.

Prima vero species proportionis superpartientis est proportio superbipartiens, et est quando pars non aliquota quantitatis minoris que est excessus sive differentia majoris quantitatis ad minorem continet in se duas partes aliquotas majores quantitatis minoris, et partem non aliquotam. Secunda vero species est proportio supertripartiens, et est quando pars non aliquotas quantitatis minoris et cetera, continet in se tres partes aliquotas majores quantitatis minoris et partem non aliquotam. Tertia vero species est proportio superquadripartiens, et est quando pars non aliquota quantitatis minoris et cetera continet in se quatuor partes aliquotas majores quantitatis minoris et partem aliquotam. Quarta vero species est proportio superquinquepartiens, et est quando pars non aliquota quantitatis minoris et cetera continet in se quinque partes aliquotas majores quantitatis minoris et partem non aliquotam et sic in infinitum secundum quod sine statu procedimus in augmentando numeros.

Et iterum circa istam tertiam speciem considerare debemus, quomodo se habeat quelibet partium aliquotarum illius partis non aliquote, que est excessus sive differentia majoris quantitatis ad minorem, respectu quantitatis minoris, scilicet an sit tertia, vel quarta, vel sexta pars, et sic ultra, respectu illius quantitatis minoris, quoniam secundum talem variationem dividetur adhuc ista tertia species in species infinitas, et similiter ipsius speciei species enumerate, et hoc secundum invariabilem processum numerorum; nam si sit tertia pars, habebimus unam speciem, et prima que superpartiens tertias nuncupatur. Si vero sit quarta pars, secundam speciem habebimus que superpartiens quartas dicitur. Si vero sit quinta pars, tertiam speciem habebimus que superpartiens quintas nominatur, et sic ultra sine fine, et si istas species cum aliis speciebus istius speciei adjungamus, nomina magis specifica componemus, ut superbipartiens tertias, superbipartiens quintas, superbipartiens septimas, et sic ultra. Item supertripartiens quartas, supertripartiens quintas, supertripartiens septimas, et sic sine statu procedendo, et sic de aliis speciebus.

Species vero quarte et quinte speciei principalis composite, scilicet multiplicis superparticularis et multiplicis superpartientis variantur et multiplicantur secundum multitudinem et variationem specierum, trium specierum simplicium superius nominatarum, si ad invicem duo species principales simplices in compositione istarum duarum compositarum, scilicet multiplicis superparticularis et multiplicis superpartientis, ita conjungi debent ipsarum species ad invicem,

Digitized by Google

scilicet species istarum compositarum invenire volumus, ut dupla sexquialtera que est quando major quantitas continet minorem bis et cum hoc aliquid ultra, quod est medietas quantitatis minoris et dupla sexquitertia, que est quando major quantitas continet minorem bis et cum hoc aliquid ultra quod est tertia pars quantitatis minoris et sic ultra.

Item tripla sexquialtera que est quando major quantitas continet minorem ter, et cum hoc aliquid ultra quod est medietas quantitatis minoris, et tripla sexquitertia que est quando major quantitas continet minorem ter et cum hoc aliquid ultra quod est tertia pars quantitatis minoris et sic ultra. Item dupla superbipartiens que est quando major quantitas continet minorem bis et cum hoc aliquid ultra quod continet in se duas partes aliquotas majores quantitatis minoris et partis non aliquote, et dupla supertripartiens que est quando major quantitas continet minorem bis et cum hoc aliquid ultra quod continet in se tres partes aliquotas majores quantitatis minoris et partis non aliquote et sic ultra. Item tripla superbipartiens que est quando major quantitas continet minorem ter et cum hoc aliquid ultra quod continet in se duas partes aliquotas majores quantitatis minoris et partis non aliquote, et tertia supertripartiens, que est major quantitas, continet minorem ter et cum hoc aliquid ultra quod continet in se tres partes aliquotas majores quantitatis minoris, et partis non aliquote et sic ultra. Unde quantum ad multiplicitatem respicere debemus quotiens major quantitas minorem continet, quantum vero ad superparticularitatem vel superpartialitatem debemus respicere ad partem aliquotam vel non aliquotam remanentem, et ad partes aliquotas majores ipsarum partium non aliquotarum, si species compositas bene habere volumus, et taliter alias species habere poterimus ut est dupla superbipartiens tertias, que est quando major quantitas continet minorem bis et cum hoc aliquid ultra quod continet in se duas partes aliquotas majores quantitatis minoris et partis non aliquote quarum quelibet est tertia pars ipsius quantitatis minoris, et tripla supertripartiens quartas, que est quando major quantitas continet minorem ter et cum hoc aliquid ultra quod continet in se tres partes aliquotas majores quantitatis minoris et partis non aliquote quarum quelibet est quarta pars ipsius quantitatio minoris, et sic sine fine.

Proportio vero minoris inequalitatis quinque etiam habet species: tres scilicet simplices que sunt submultiplex, subsuperparticularis, et subsuperpartiens et duas compositas scilicet submultiplex superparticularis, et submultiplex superpartiens, et habet unaqueque istarum quinque specierum ita infinitas species secundum infinitam multitudinem numerorum, sicut habet unaqueque quinque specierum proportionis majoris inequalitatis, et sumuntur et variantur eodem modo sicut ille, nec differunt ab illis nisi per additionem istius termini. Sub ante quamlibet speciem istius proportionis minoris inequalitatis, qui terminus sive propositio sub denotat comparationem minoris quantitatis ad majorem. Hec ergo sunt que breviloquus summavi tibi de proportionibus musice applicabilibus, anno Domini 1409, multaque istis synonoma sunt propter brevitatem dimittendo; sume ergo ea et ipsa corrige pro ut tibi opportunum videtur. Amen.

EXPLICIT BREVIS SUMMULA PROPORTIONUM, QUANTUM AD MUSICAM PERTINET PER MAGISTRUM PROSDOCIMUM DE BELDEMANDIS PATAVUM, TALITER ORDINATA. AMEN.

Digitized by Google

XXI

NICASII WEYTS, CARMELITE,

REGULE

Omnis nota in cantu mensurato Maxima figuratur quadrata cum filo in parte dextera, ut hic : . Longa figuratur quadrata cum filo in parte dextera, in minori tamen quantitate longitudinis ipsa Maxima, ut hic : . Brevis formatur sine filo quadrata, ut hic : , vel cum filo in parte sinistra, ut hic : . Semibrevis formatur quadrata oblique, ut sic : . Minima figuratur obtusa sursum proprietate signata summitate proprietatis pro divisione duple proportionis dextrorsum inclinata, ut hic : . Minor figuratur obtusa sursum proprietate signata, ut hic : , et pro sesquialtera proportione figuratur obtusa sursum proprietate signata sinistrorum, ut hic : .

In ligaturis autem ista est regula : quandocumque prima nota longa ligature descendit et non habet filum, est longa, ut hic :



Item si ultima vero descendit et est quadra, est longa, ut hic :



Item quandocumque est filum in principio ascendens cujuscumque ligature semper sunt due semibreves, ut hic :



Item quandocumque ultima nota ligature ascendit si est versa ad sinistram, est longa, ut hic : .

Omnes alie note de quibus non est mentio facta hic quarumcumque ligaturarum, sunt breves, ut :



Hos versus disce qui cantus discere cupis :

Ante namque longam tria tempora metiuntur.
Si brevis addetur, duo tempora longam metientur;
Inter perfectas, si brevis bina locetur,
Temporis unius sit prima, secunda duplicetur.

De ceteris autem recursus habe ad Tractatum Magistri Johannis de Muris, incipientem : *Quilibet in arte pratica,* ubi notitia mensurabilis cantus plenius traditur, etc.

Partes prolationis sunt quinque, scilicet maxima, longa, brevis sive tempus, semibrevis sive prolatio, et minima. Et due sunt superaddite que non sunt de arte, scilicet semiminima, et croma, ut hic :  , croma : .

Modus autem est duplex, scilicet modus maximarum et modus longarum. Modus maximarum est duplex, scilicet modus maximarum perfectarum, et modus maximarum imperfectarum. Modus maximarum perfectarum est, quando maxima valet

Digitized by Google

tres longas. Modus autem maximarum imperfectarum est quando maxima valet tantum duas longas. Similiter dupla est longa sive modus longarum scilicet perfectarum et imperfectarum. Modus longarum perfectarum est quando longa valet tantum tria tempora sive tres breves que idem est. Modus longarum imperfectarum est quando longa valet tantum duo tempora sive duas breves quod idem est. Brevis est duplex, scilicet perfecta et imperfecta. Brevis perfecta est quando brevis vel tempus valet tres semibreves. Brevis imperfecta est quando brevis vel tempus valet duas tantum semibreves. Semibrevis sive prolatio est duplex, scilicet major et minor perfecta, et imperfecta. Semibrevis sive prolatio perfecta est quando semibrevis valet tres minimas. Semibrevis sive prolatio imperfecta quod idem est illa que tantum valet duas minimas. Minima autem semper imperfecta est.

Perfectio autem in musica est numerus ternarius sumptus a Trinitate personarum in divinis, que perfectissima est. Illud igitur dicitur perfectum in musica, quod in tres partes immediatas est divisibile. Partes immediate maximarum sunt longe. Partes immediate longarum sunt breves sive tempora. Partes immediate brevium sive temporum sunt semibreves. Partes immediate semibrevium sunt minime. Partes immediate minimarum non sunt in arte, quia ultra minimum non est dare minimum; sed tantum sunt in usu quia tantum sunt dues emiminime et quatuor cromata.

Imperfectio in musica est numerus binarius, scilicet quando aliqua figura tantum in duas partes immediatas est divisibilis.

Cum ergo imperfectio in musica est tertie partis, remotio propinqua sequitur quod maxima imperficitur tantum ab una longa precedente, ut hic : ¶ ¶, vel ab una longa sequente, ut hic : ¶ ¶, vel ab ejus valore, ut hic : ■ ¶ ■■ .

Similiter dicitur de longa, que potest imperfici a tertia parte ejus, scilicet a brevi precedente, ut hic: ■ ¶, vel ab una brevi sequente, ut hic: ¶ ■ . Similiter de tempore vel brevi que imperficitur a tertia parte sua propinqua, scilicet ab una semibrevi precedente, ut hic : ♦ ■ , vel ab una sequente, ut hic : ■ ♦ , vel a valore ejus, ut hic : ♦ ♦ ■ .

Consimiliter semibrevis sive prolatio, quod idem est, imperficitur a tertia parte ejus propinqua, scilicet a minima sequente vel precedente, ut hic : ♦ ♦ ♦ ♦ .

Nota generalem regulam ad imperfectionem cognoscendam, que talis est quod quelibet nota perfecta potest imperfici a partibus propinquis, et a partibus remotis, et a partibus remotioribus. Secundum quod ille partes remote fuerint divisibiles in tres partes, tunc talis nota potest imperfici a qualibet tertia parte; ut si maxima sit perfecta et quod longe sint de modo perfecto, perfecti temporis et perfecte prolationis, tunc talis maxima potest imperfici ab una longa et a tertia parte cujuslibet longe, et a tertia parte cujuslibet semibrevis, et a tertia parte prolationis scilicet cujuslibet semibrevis, et ulterius non potest imperfici, quia est totaliter imperfecta, nam imperfecto non est danda imperfectio : ¶ ¶ ¶■ ■♦ ♦ ♦ .

Alteratio est valoris note duplicatio ante proximam majorem se. Nam proxima major minime est semibrevis, proxima major semibrevis est brevis, proxima brevis est longa, proxima longe est maxima, quare talis est regula, quod quando reperiuntur due, vel quinque, vel octo, vel undecim semibreves, vel minimas, vel breves, vel longas inter puncta, vel inter perfectionem proximam majorem se ultima alteratur, nisi per punctum impediatur, ut hic :

3 3 3 2 2 3 2 2
3 3 3 2 2 3 2 2
3 3 3 2 2 3 2 2
3 3 3 2 2 3 2 2

Digitized by Google

Semper primum signum per contrarium figurat brevem. Secundum figurat longam. Tertium figurat maximam, et plenitudo figurat semibrevem esse de majori prolatione, et vacuitas figurat semibrevem esse de prolatione minori :



Tonus est duarum vocum copulatio intervalli duorum semitonium, scilicet majoris et minoris.

Semitonium minus est duarum vocum copulatio minoris intervalli semitonio majori, scilicet chomate uno. Semitonium majus est duarum vocum copulatio majoris intervalli semitonio minore uno chomate.

Semitonium est duarum vocum copulatio aut majoris intervalli dimidio toni, aut minoris, et ideo est duplex, ut dictum est[1].

XXII

CHRISTIANI SADZE DE FLANDRIA

TRACTATUS MODI, TEMPORIS ET PROLATIONIS.

Omnem scientiam omnemque philosophiam credimus et profitemur de externo fonte, id est a Spiritu Sancto emanare; ipse enim qui cuncta creavit, omnia voluit in numero et mensura constituere, ut nec numeri sine mensura nec mensura sine numeris esse possint. Nam numeri et mensure, quantum ad musicam pertinent, in virtute sonorum et proportionum constituuntur. Philosophiam autem sapientie studium Pythagoras nuncupavit, ut Boetius refert, qui non minus speculationem in musica quam in ceteris liberalibus artibus semper habuit.

Numeri autem qui a consonantiis creantur, vel per quos ipse consonantie discernuntur, tantum sunt septem : id est, Epytritus; Emyolius; Duplaris; Superbipartiens; Triplaris; Quadruplus; et Sexquioctavus.

Numeri non in proportionibus sunt hi : dyatessaron sesquitertia, cujus numeri sunt septem, ut 4 ad 3.

Dyapente dicitur sesquialtera, cujus numeri sunt quinque, ut 3 ad 2.

Dyapason dyatessaron vocatur dupla superbipartiens, cujus numeri sunt undecim, ut 8 ad 3.

Dyapason dyapente tripla nuncupatur, cujus numeri sunt quatuor, ut 3 ad 1.

Disdyapason quadrupla est, cujus numeri sunt quinque, ut 4 ad 1.

Epogdous autem est sesquioctava proportio, cujus numeri sunt decim et septem, ut 9 ad 8 : et per hoc dicit Remigius : *Veritas musice in numeris proportionum consistit.*

Cum notum sit musicam constare ex sonis qui sunt ad invicem proportionales secundum numerum motuum in ipsis reperte sunt, ideo non est inutile percurrere generaliter proportiones numerorum.

Omnis autem numerus ad alterum comparatus aut est ei equalis aut inequalis : nam hoc com-

1 Sic finit hic brevis tractaculus; an sit mutilatus sive completus, dubium videtur.

Digitized by Google

petit cuilibet quantitati. Si equalis, idem sunt et unum sunt in quantitate; ideo non variatur, nec ex sonis equalibus fit consonantia. Si autem inequalis, aut major aut minor, dicitur alterum altero mujus quinque modis, ut multiplex; superparticularis; superpartiens; multiplex superparticularis; et multiplex superpartiens. Appositaque ista subdividitur totidem modis minus.

Multiplex est quando major numerus habet in se minorem bis, ter, vel quater. Et ejus species sunt dupla, tripla, quadrupla, et usque in infinitum.

Superparticularis est quando major numerus continet minorem et aliquam ejus partem aliquotam; cujus species sunt sexquialtera, sexquitertia : et sic usque in infinitum.

Superpartiens est quando major numerus continet minorem et ejus partes aliquotas ex quibus non fit una aliquota : cujus species sunt superbipartiens, supertripartiens, et sic in infinitum.

Multiplex superparticularis est quando major numerus habet in se minorem bis, vel ter, et aliquam ejus partem aliquotam, cujus species sunt multiplices; scilicet dupla, sesquialtera, tripla sesquitertia; et ex parte utriusque itur in infinitum.

Multiplex superpartiens est quando major numerus habet minorem bis vel ter, et aliquas ejus partes ex quibus non fit aliqua aliquota : cujus species sunt iste : duplex superbipartiens, triplex supertripartiens; et itur ex parte utriusque in infinitum, addendo quamlibet speciem multiplicis cuilibet speciei superpartientis. Et exempla cujuslibet speciei sic in numeris ordinantur :

Multiplex,	Dupla,	24	48	72	96
	Tripla,	36	72	108	144
Superparticularis,	Sexquialtera,	18	36	54	72
	Sexquitertia,	16	32	48	64
Superpartiens,	Superbipartiens tertias.	20	40	60	80
	Supertripartiens quartas.	21	42	63	84
Multiplex superparticularis,	Dupla sexquialtera,	30	60	90	120
	Dupla sexquitertia,	28	56	84	112
	Tripla sexquitertia.	40	80	120	160
Multiplex superpartiens,	Dupla superbipartiens tertias,	32	64	96	128
	Tripla supertripartiens quartas,	45	90	135	180
Fundamentum	Relationis	12	24	36	48

Digitized by Google

Proportio est habitudo duorum terminorum [1] ad invicem, vel distantia duorum terminorum inter se; cujus quinque sunt genera, scilicet multiplex, superparticulare, superpartiens, multiplex superparticulare, et multiplex superpartiens.

Multiplex genus est quando major numerus continet in se minorem bis, ter, quater sine ejus parte aliquota : cujus species sunt iste; dupla, tripla, quadrupla, etc., usque in infinitum.

Dupla proportio est quando major numerus continet in se minorem bis, ut duo ad unum, et quatuor ad duo, sex ad tria, etc. Sub qua proportione dyapason consonantia consistit; que quidem proportio prima species hujus generis esse dicitur. Et nominatur etiam aliis nominibus sequentibus, scilicet : dyocto; dyaplasis; dyaplaris; consonantia; equisonantia; unisonantia; iustitia; concordia, et trochea.

Tripla proportio est quando major numerus continet in se minorem ter, ut tria ad unum, et sex ad duo, et novem ad tria : sub qua proportione dyapasen cum dyapente consonantia continetur; hec nam secunda species hujus generis continetur et nuncupatur.

Quadrupla proportio est quando major numerus continet in se minorem quater, ut quatuor ad unum, octo ad duo, duodecim ad tres : sub qua proportione bis dyapason continetur. Hec autem proportio vocatur hujus generis tertia species.

Superparticulare genus est quando major numerus continet in se minorem semel et ejus aliquotam partem : cujus species sunt iste; sesquialtera, sesquitertia, sesquiquarta, et sesquiquinta : et ejus pars aliquota est illa que aliquotiens sumpta reddit suum totum, ut bis bis quatuor reddunt; et ter ter novem conficiunt; bis ter, sex; ter bis eadem sex faciunt.

Proportio sesquialtera est quando major numerus continet in se minorem semel et ejus insuper aliam partem; et vocatur ista proportio alio nomine emyolia : sub ista namque proportione dyapente consonantia continetur.

Proportio sexquitertia est quando major numerus continet in se minorem semel et ejus tertiam partem, ut quatuor ad tres, octo ad sex, duodecim ad novem, etc. Et dicitur sesquitertia a sesqui quod est totum, et tertia quod est tertia pars; quia major numerus continet in se minorem et ejus tertiam partem. Vocatur etiam ista proportio Epytrita ab epy, quod est supra, et trito, quod est tres, eo quod quaternarius est supra ternarium, et ejus tertiam partem continet : sub qua proportione dyatessaron consonantia continetur, quia ea sub tali numero numeratur.

Proportio sesquiquarta est quando major numerus continet in se minorem semel et ejus quartem partem, ut quinque ad quatuor, et decem ad octo.

Proportio sesquioctava est quando major numerus continet in se minorem semel et ejus octavam partem, ut novem ad octo, decem et octo ad sexdecim, etc. Sub qua proportione tonus, qui epogdous dicitur, continetur.

Superpartiens genus est quando major numerus continet in se minorem semel et insuper aliquas ejus partes, scilicet duas, vel tres, vel quatuor : cujus species sunt iste; scilicet superbipartiens, supertripartiens, superquadripartiens.

Proportio superbipartiens est quando major numerus continet in se minorem semel et insuper ejus duas partes, ut quinque ad tres, decem ad sex, et quindecim ad novem.

Supertripartiens proportio est quando major numerus continet in se minorem semel et insuper ejus tres partes, ut septem ad quatuor et qua-

---

1 Sic incipit *Tractatus proportionum* in codice Sancti Deodati. — Cf. Gerb. Script., t. III, p. 286.

Digitized by Google

tuordecim ad octo, etc. Et ista proportio superpartiens tertias dicitur.

Superquadripartiens proportio est quando major numerus continet in se minorem semel et insuper partes ejus quatuor, ut novem ad quinque, decem et octo ad decem, etc.

Multiplex superparticulare genus est quando major numerus continet in se minorem multipliciter, et insuper ejus aliquotam partem : cujus species sunt iste; scilicet dupla sesquialtera, dupla sesquitertia, dupla sesquiquarta.

Dupla sesquialtera est quando major numerus continet in se minorem bis et insuper ejus medietatem partes, ut quinque ad duo, decem ad quatuor, et quindecim ad sex.

Dupla sesquitertia est quando major numerus continet in se minorem ter et ejus medietatem, ut septem ad duo, quatuordecim ad quatuor.

Dupla sesquiquarta est quando major numerus continet in se minorem quater et ejus medietatem, ut novem ad duo, decem et octo ad quatuor.

Multiplex superpartiens genus est quando major numerus continet in se minorem pluries et insuper aliquas ejus partes; cujus species sunt iste : dupla superbipartiens, dupla supertripartiens, tripla superbipartiens, et tripla supertripartiens.

Dupla superbipartiens proportio est quando major numerus continet in se minorem bis et insuper ejus duas partes, ut octo ad tres, et sexdecim ad sex, et quatuor viginti ad novem.

Dupla supertripartiens proportio est quando major numerus continet in se minorem bis et insuper ejus tres partes, ut undecim ad tres, et viginti duo ad sex.

Tripla supertripartiens proportio est quando major numerus continet in se minorem ter et insuper tres partes, ut quindecim ad quatuor, triginta ad octo, et eodem modo itur in infinitum.

Proportio triplaris comatis divisio est quando major numerus continet in se quater minorem et insuper ejus unam partem, ut novem ad duo, decem et octo ad quatuor [1].

Sequitur declaratio modi, temporis et prolationis.

Et primo nota : Duplex est modus, perfectus et imperfectus. Modus perfectus est duplex, scilicet major et minor. Modus perfectus major consistit in maximis, et fit quando maxima valet tres longas sive perfectas vel imperfectas. Et modus minor perfectus consistit in longis; et fit quando longa valet tres breves sive perfectas vel imperfectas.

Et sic patet quod longa potest esse perfecta, longis existentibus imperfectis; et e converso maxima potest esse imperfecta longis existentibus perfectis; et maxima potest esse imperfecta longis existentibus imperfectis. Et hoc potest fieri in utroque modo, in utroque tempore, et in utraque prolatione. Et sicut dictum est de maximis respectu longarum, ita dicendum est de longis respectu brevium.

Sequitur de tempore.

Tempus est duplex, scilicet perfectum et imperfectum, et consistit in brevibus.

Tempus perfectum est quando brevis valet tres semibreves in utraque prolatione.

Tempus imperfectum est quando brevis valet duas semibreves in utraque prolatione.

---

1 Hic transcribitur initium Tractatus Johannis de Muris in hoc volumine (pag. 47) typis expressi.

Digitized by Google

SEQUITUR DE PROLATIONE.

Prolatio est duplex : perfecta et imperfecta ; perfecta que vocatur major ; imperfecta que vocatur minor. Prolatio perfecta, id est major, est quando semibrevis valet tres minimas. Prolatio imperfecta, id est minor, est quando semibrevis valet duas minimas. Exempla de supra dictis sequuntur, si bene inspexeris :

MODUS MAJOR PERFECTUS, DE MODO MINORI PERFECTO, DE TEMPORE PERFECTE, ET DE MAJORI PROLATIONE.



MODUS MAJOR IMPERFECTUS, DE MODO MINORI PERFECTO, DE TEMPORE PERFECTO, ET DE MAJORI PROLATIONE.



MODUS MAJOR PERFECTUS, DE MODO MINORI IMPERFECTO, DE TEMPORE PERFECTO, ET DE MAJORI PROLATIONE.



Digitized by Google

MODUS MAJOR IMPERFECTUS, DE MODO MINORI IMPERFECTO, DE TEMPORE PERFECTO, ET DE MAJORI PROLATIONE.



MODUS MAJOR PERFECTUS, DE MODO MINORI PERFECTO, DE TEMPORE IMPERFECTO, ET DE MAJORI PROLATIONE.



MODUS MAJOR IMPERFECTUS, DE MODO MINORI PERFECTO, DE TEMPORE IMPERFECTO, ET DE MAJORI PROLATIONE.



Digitized by Google

MODUS MAJOR PERFECTUS, DE MODO MINORI IMPERFECTO, DE TEMPORE IMPERFECTO, ET DE MAJORI PROLATIONE.



MODUS MAJOR IMPERFECTUS, DE MODO MINORI IMPERFECTO, DE TEMPORE IMPERFECTO, ET DE MAJORI PROLATIONE.



MODUS MAJOR PERFECTUS, DE MODO MINORI PERFECTO, DE TEMPORE PERFECTO, ET DE MINORI PROLATIONE



Digitized by Google

MODUS MAJOR PERFECTUS, DE MODO MINORI PERFECTO, DE TEMPORE PERFECTO, ET DE MINORI PROLATIONE.



MODUS MAJOR PERFECTUS, DE MODO MINORI IMPERFECTO, DE TEMPORE PERFECTO, ET DE MINORI PROLATIONE.



MODUS MAJOR IMPERFECTUS, DE MODO MINORI IMPERFECTO, DE TEMPORE PERFECTO, ET DE MINORI PROLATIONE.



Digitized by Google

MODUS MAJOR PERFECTUS, DE MODO MINORI PERFECTO, DE TEMPORE IMPERFECTO, ET DE MINORI PROLATIONE.



MODUS MAJOR IMPERFECTUS, DE MODO MINORI PERFECTO, DE TEMPORE IMPERFECTO, ET DE MINORI PROLATIONE.



MODUS MAJOR PERFECTUS, DE MODO MINORI IMPERFECTO, DE TEMPORE IMPERFECTO, ET DE MINORI PROLATIONE.



Digitized by Google

MODUS MAJOR IMPERFECTUS, DE MODO MINORI IMPERFECTO, DE TEMPORE IMPERFECTO, ET DE MINORI PROLATIONE.



EXPLICIT TRACTATUS DECLARATIONIS MODI, TEMPORIS ET PROLATIONIS COMPILATUS PER CHRISTIANUM SADZE DE FLANDRIA.

XXIII

GUILIELMI MONACHI

DE PRECEPTIS ARTIS MUSICE ET PRATICE COMPENDIOSUS LIBELLUS

GUILIELMI MONACHI CANTORIS INTEGERRIMI AC VIRI ERUDITISSIMI DE PRECEPTIS ARTIS MUSICE ET PRACTICE COMPENDIOSUS LIBELLUS.

Nota quod duplex est prolatio, scilicet major et minor. Major dividitur per perfectum et imperfectum; minor similiter per perfectum et imperfectum.

Nota quod ubicumque est punctus, ibi est signum majoris prolationis perfecte sive imperfecte, et est numerus ternarius in minimis. Et ubicumque non est punctus, ibi est signum minoris prolationis sive perfecte sive imperfecte. Et hec sunt signa subsequentia :



Nota quod sunt multa alia signa ex his com-

Digitized by Google

posita tanquam ex principalioribus de quibus inferius in tractatu de cantu organico ad longum determinabimus, et de eorum valoribus et alterationibus, etc.

Signum majoris perfecti in quo est numerus ternarius in semibrevibus, hoc est brevis perfecta valet tres semibreves; et semibrevis tres minimas, ut hic :  .

Maxima sub hoc signo valet duas longas; longa valet duas breves; brevis valet tres semibreves et semibrevis valet tres minimas; et maxima valet duodecim semibreves; brevis imperfecta duas semibreves; et semibrevis imperfecta tres minimas propter punctum.

Signum majoris imperfecti in quo est numerus binarius in semibrevibus, hoc est brevis valet duas semibreves; et semibrevis valet tres minimas, ut hic :  .

Signum minoris perfecti in quo est numerus ternarius in semibrevibus; hoc est brevis perfecta valet tres semibreves; et semibrevis valet duas minimas, ut hic :  .

Et nota quod brevis non potest imperfici nisi sequatur minor eam per regulam; similis ante similem non potest imperfici, ut hic : .

Signum minoris imperfecti in quo est numerus binarius in semibrevibus; hoc est brevis valet duas semibreves, et semibrevis valet duas minimas. Nota quod omnia signa reverse facta sunt per medium antecedentis, ut hic patet in signis sequentibus: .

Omnia autem ista signa quatuor sunt per medium, scilicet hec: 

Nota quod quinque principales sunt figure, scilicet: maxima, ; longa, ; brevis, ; semibrevis, ; et minima, . Semiminima autem et dimidia semiminima extrahuntur a minima, ut hic patet inferius:

Nota quod quinque sunt pause, scilicet: pausa maxime, pausa longe, pausa brevis, pausa semibrevis, pausa minime, pausa semiminime, etc., ut patet inferius:



Nota quod tres sunt caude per quas cognoscuntur figure, scilicet: cauda tendens a parte dextra que est semper longa vel maxima:



Cauda tendens a parte sinistra deorsum que est brevis, exemplum:



Et cauda tendens a parte sinistra sursum que semper semibrevis, ut hic:



Nota quod duo sunt puncti, scilicet augmentationis et divisionis: augmentationis est ille qui augmentat figuram de tertia parte, ut puta maxima que valet duodecim semibreves cum puncto

Digitized by Google

valet octodecim, et semper punctus augmentat de tertia parte, ut hic patet:



Punctus vero divisionis est ille qui dividit figuram de figura; qui vero punctus non profertur, ut hic: ♦ · ♦. Et nota quod nullus punctus dicitur divisionis quin sit reductionis, qui ab aliquibus dicitur reportationis, quia sic dividit figuram a figura, ergo reducit figuram con figura, etc.

Nota quod quinque sunt littere sive signa, per quas vel que cognoscitur omne organum, scilicet:

O C • 2 3

O enim simplex denotat ternalitatem semibrevium, hoc est brevis valet tres semibreves. Et nota super hoc quod omnes figure possunt esse perfecte et imperfecte.

Nota quod sola semibrevis et minima imperficiunt omnes figuras sive a parte ante, sive a parte post, sive a parte ante et a parte post simul.

C vero denotat binalitatem semibrevium. Maxima sub isto signo valet octo semibreves; longa valet quatuor semibreves, et brevis valet duas semibreves; et semibrevis duas minimas, etc.

• punctus vero denotat semper ternalitatem minimarum;

2 vero medium sive diminutionem de tertia parte signati;

3 vero aliquotiens denotat ternalitatem minimarum et aliquoties signat ternalitatem semibrevium.



Simile ante simile non potest imperfici:

semper.

Omnes figure nigre modo, tempore et prolatione, diminuuntur de tertia parte, ut maxima que valet XII semibreves non valet nisi octo cum sit nigra, et sic de ceteris figuris, ut hic:



Et nota quod si in prolatione ternaria, scilicet: O O, due semibreves ponantur absque puncto inter duas breves, secunda illarum alterat, hoc est valet duas semibreves, ut hic:



Et in majoris perfecto et imperfecto, si due minime ponantur inter duas semibreves absque puncto, similiter illa secunda minima alterat, ut hic:



Nota quod duplex est numerus, scilicet ternarius qui est perfectus, et binarius qui est imperfectus.

Digitized by Google

Nota quod tria sunt signa que serviunt numero perfecto, scilicet ista : ⊙ ⊙ 3; et duo sunt signa servientia numero binario, scilicet ista :



Nota quod duo sunt tempora, scilicet perfectum et imperfectum; hoc est due sunt breves, scilicet perfecte et imperfecte. Perfecte sunt, quando valent tres semibreves. Imperfecte sunt, quando valent duas semibreves. Hoc tempus perfectum est, quando numerus est ternarius ; tempus vero imperfectum est, quando numerus est binarius, ut hic patet :



Duplex est modus : modus scilicet perfectus et imperfectus.

Modus perfectus est, quando longa valet tres semibreves.

Modus vero imperfectus est, quando longa valet duas semibreves, de quo hic intelligimus.

Nota quod figure possunt variari : maxime, longe, etc.

SEQUITUR DE DIVERSITATE FIGURARUM.

Et primo de maximis et deinde de reliquis :



Prima sine cauda dicitur esse longa si ultima descendat; ultima etiam dicitur esse longa [1].



1 Hic videtur esse hiatus.

Nota quod si sint tres ligate ita quod prima sit semibrevis habens caudam a parte sinistra ascendente, ut hic:



et sit in numero ternario, ut puta : | ⊙ ⊙ | prima est semibrevis, secunda brevis imperfecta; tertia, brevis imperfecta; quarta, similiter brevis; quinta et ultima dependens dicitur esse longa. Si vero sit in numero binario, prima est semibrevis et secunda similiter, tertia vero semper brevis; quarta vero brevis et non valet nisi duas semibreves; ultima vero longa que non valet nisi quatuor semibreves.

Nota quod punctus maxime valet tot sicut longa; punctus longe tot sicut brevis; punctus brevis valet tot sicut semibrevis; punctus semibrevis tantum sicut minima; et punctus minime valet tantum quantum semiminima; et punctus semiminime valet tantum quantum media semiminima; et sic in infinitum procedendo in punctos diminuendo, etc., etc.

DE LIGATURIS OMNIUM FIGURARUM ET EARUM DIVERSITATE.

Et primo de maximis, et postea de aliis, ut hic patet inferius :



Digitized by Google

DE PROPORTIONIBUS.

Proportionis majoris inequalitatis rationalis quinque sunt species, scilicet tres simplices et due composite. Simplices sunt : proportio multiplex, proportio superparticularis et proportio superpartiens ; composite sunt : proportio multiplex, superparticularis et multiplex superpartiens.

Proportio multiplex dicitur, quando majus continet minus pluries precise sicut proportio duorum ad unum. Et si majus continet minus bis precise, vocatur dupla sicut duorum ad unum. Si vero continet precise ter, dicitur proportio tripla, sicut tria ad unum, et si quater dicitur quadrupla, sicut quatuor ad unum et sic in infinitum.

Proportio superparticularis est, quando majus continet minus semel et non pluries et cum hoc partem aliquotam minoris, sicut est proportio trium ad duo, unde tria continet duo et cum hoc unitatem que est pars aliquota duorum.

Unde viso quod majus continet minus tantum semel et non pluries et cum hoc partem aliquotam minoris, videndum est deinde an illa pars aliquota sit medietas minoris ; et si sic, proportio vocatur sesquialtera, sicut est proportio trium ad duo : si vero est tertia pars minoris, tunc vocatur proportio sesquitertia, ut proportio que est quatuor ad tria et octo ad sex. Si vero est quarta pars minoris, tunc dicitur sesquiquarta sicut quinque ad quatuor decem ad octo. Si vero sit quinta, tunc dicitur proportio sesquiquinta, et sic ni infinitum. Et nota quod pars aliquota est que aliquotiens sumpta reddit suum totum precise sicut tria respectu est ; unde si bis sumantur, tria reddunt precise sex.

Pars vero non aliquota est illa que aliquotiens sumpta non reddit precise suum totum sicut duo respectu quinque ; unde si bis sumantur duo, reddunt minus quam quinque. Si vero ter, reddunt plus.

Proportio superpartiens est, quando majus continet minus, semel tantum et non pluries, et cum hoc aliquam partem non aliquotam minoris, sed compositam ex partibus aliquotis minoris, sicut est proportio quinque ad tria, unde quinque tenent semel tria ; et cum hoc numerum binarium qui non est pars aliquota numeri ternarii, licet contineat in se duas partes aliquotas, ejus scilicet unitatem.

Unde viso quomodo majus continet minus semel tantum et non pluries, et cum hoc partem non aliquotam minoris, sed compositam ex partibus aliquotis minoris, videndum est de parte non aliquota, quot partes aliquotas minoris numeri in se contineat, unde si contineat duas, vocatur proportio, superbipartiens, sicut est proportio quinque ad tria. Si vero contineat tria, vocatur proportio supertripartiens, sicut est proportio supertripartiens, sicut est proportio octo ad quinque. Si vero contineat quatuor, dicitur proportio quadripartiens, sicut est proportio novem ad quinque et sic in infinitum.

Deinde hoc viso ad habendum notitiam magis specialem, videndum est quomodo se habent ille partes aliquote respectu minoris, utrum sit tertie vel quarte vel quinte vel sexte.

Si sint tertie, vocatur proportio superpartiens tertias. Si vero sint quarte, dicitur proportio superpartiens quartas et sic in infinitum. Ex his

Digitized by Google

potest eligi nomen specifium proportionis superpartientis. Unde si majus continet minus semel, et cum hoc partem ejus non aliquotam, duas partes minoris aliquotas in se continentem, quarum quelibet est tertia pars numeri minoris, tunc proportio talis dicitur superbipartiens tertias, ut est proportio quinque ad tria. Si vero majus contineat minus semel, et cum hoc partem non aliquotam minoris continentem in se partes tres aliquotas minoris, quarum quelibet est quarta pars ejus, tunc dicitur proportio supertripartiens quartas, sicut est proportio septem ad quatuor. Si vero majus continet minus semel, et cum hoc partem non aliquotam continentem in se tres partes aliquotas minoris, quarum quelibet est quinta minoris, tunc dicitur supertripartiens quintas sicut octo ad sex; et ita proportionaliter intelligendum est de aliis. Si vero majus contineat minus aliquoti pluries et cum hoc aliquid ultra quod est pars aliquota minoris, tunc dicitur proportio multiplex superparticularis, sicut est proportio quinque ad duo, et species ejus sunt duplex sexquialtera, tripla sexquialtera. Unde si majus continet minus bis, et cum hoc partem aliquotam, et pars ista aliquota sit medietas minoris vocatur dupla sesquialtera, ut quinque ad duo. Si vero bis et cum hoc partem aliquotam que sit tertia pars minoris, dicitur proportio dupla sexquitertia, sicut est proportio septem ad tria, et sic de aliis. Si vero majus continet minus pluries, et cum hoc aliquid ultra quod sit pars non aliquota minoris, dicitur multiplex superpartiens, sicut proportio octo ad tria. Et si majus continet minus bis, et cum hoc partem non aliquotam continentem in se duas aliquotas minoris, vocatur superpartiens dupla, sicut octo ad tria.

Si vero quelibet illarum partium aliquotarum sit tertia pars minoris, vocatur dupla superbipartiens tertias, sicut est octo ad tria, quia octo continet bis tria, et cum hoc ejus partem non aliquotam, scilicet duo que continent duas partes aliquotas minoris. Quare partium quelibet est tertia pars minoris numeri, scilicet tria, et proportionabiliter, sic dicendum est de aliis speciebus multiplicis superpartientis; permiscendo multiplicem cum superpartiente, secundum illa que dicta sunt seorsum de proportione multiplici et superparticulari.

Notandum quod ad habendum tot species proportionis minoris inequalitatis, non expedit nisi addere supradictis nominibus et speciebus subdicenda submultiplex, superparticularis, superpartiens. Unde superius dictorum sufficientia debet sic accipi. Omne majus comparatum alteri minori habens ad ipsum proportionem rationalem, vel continet minus pluries et nihil ultra, vel semel et aliquid ultra, vel pluries et aliquid ultra. Si primum sic, est proportio multiplex; si secundum, hoc est dupliciter. Quare vel illud quod est ultra est pars aliquota minoris, et sic est proportio superparticularis. Vel est pars non aliquota bis continens in se tantum partes aliquotas equales minoris, et sic est proportio superpartiens. Si dicatur tertium, tunc iterum illud quod ultra continetur, vel est pars aliquota minoris, et sic est proportio multiplex superparticularis, vel est pars non aliquota minoris, predicto modo se habens, et sic est proportio multiplex superpartiens. Et hec dicta sufficient.

Sequuntur alique proportiones diversarum prolationum exemplariter notata ad habendum faciliorem earum cognitionem; et primo de sesquialtera super perfecto minore, ut in folio sequenti patet.

Sesquialtera super perfecto minore exigit ut minime numerentur terne uti numerantur minime temporis imperfecti majoris; et eodem modo minime alterantur ante semibreves, et ut ibidem semibreves sunt imperfecte, ante minimas ponentur, quia tres minime pro singulo ictu pause

Digitized by Google

communis semibrevis, quo pausantur mensure temporis imperfecti sive perfecti minoris, atque eodem modo cantantur ut ipsum imperfectum tempus majoris prolationis, ut inferius exemplariter patet :



Sesquialtera nigra super perfecto minore exigit secundum quosdam ut numerentur semibreves bine, et numerus finiet in sex. Secundum alios autem exigit ut minime numerentur; tunc et nihil differt ab alba, nisi quod hic fiunt note nigre loco signi sesquialtere albe, eodemque modo alterantur minime et similiter cantantur, ut patet in exemplo sequenti :



Digitized by Google

Sesquialtera super semi vel de modo imperfecto vel dupla minoris imperfecti exigit ut numerentur semibreves imperfecte; tunc nigre vero semibreves, si interponantur, numerentur bine numerum finientes in sex. Cantantur autem semibreves uti cantantur minime illius sexquialtere que est super perfecto minore; alterantur quoque semibreves ante breves, ut patet in exemplis sequentibus inferius notatis :





Tenor.

Sexquialtera nigra eisdem super prolationibus seu mensuris exigit ut nigre sine signo perdant tertiam partem que et in pausis utidem observant, et ulterius non pertendit nisi quantum nigre perseverant, alterantur quoque semibreves ante breves. Nihil enim differt ab alba nisi quod ista ut nigra loco signi albe ut idem super sesquialtera nigra super perfecto minore diximus, ut patet in exemplis sequentibus notatis :



Digitized by Google



Subsesquitertia in omni prolatione exigit ut ponantur due pro tribus, ita ut tertia pars sit augmentata, videlicet maxima valet unam maximam cum dimidia, et longa valet unam longam cum dimidia, et sic de ceteris, ut in exemplo patet, cujus hoc signum est $\frac{2}{3}$

Dupla post sesquialteram super perfecto minore, vel sicut jacet, exigit ut numerentur semibreves trine uti numerantur minime proportionis antecedentis et sicut ibidem alterantur minime ante semibreves, ita in hac dupla alterantur semibreves ante breves, eodemque modo cantantur quo canitur sesquialtera pro senis cujus hoc signum est 2.



Digitized by Google



Tenor.

Dupla post sesquialteram super semi vel de modo sui perfecto vel dupla minoris imperfecti exigit ut sex semibreves ponantur pro singulo ictu pausationis, eodem videlicet modo uti pausando sesquialteram consimilium prolationum ponuntur tres semibreves pro singulo ictu pausationis ; cantantur igitur semibreves eodem modo quomodo in eadem sesquialtera cantantur minime, ut in exemplis patet sequentibus :



Tenor.



Tenor.

Sequitur tertium exemplum :



Sesquitertia super imperfecto majore exigit ut note albe cantentur eodem modo quo canitur semi, videlicet quod ponantur due semibreves pro singulo ictu pausationis, et si venerint note nigre, ponantur sex minime pro singulo ictu pausationis, ut in exemplis patet, cujus hoc signum est ☽ :

Tenor.





Tenor.



Sesquitertia super perfecto minore exigit ut ponantur quatuor semibreves proportionis, super tribus prolationis, cujus mentionem facimus, ut in exemplo patet :



Digitized by Google



Sesquitertia super semi exigit ut ponantur quatuor breves proportionis super tribus prolationis cujus hoc signum est $\frac{4}{3}$:

Subsesquitertia exigit ut ponantur tres proportionis super quatuor prolationis; si enim contigerit venire super perfecto minore, cantantur minime eodem modo quo canuntur semibreves nigre temporis imperfecti majoris, ut patet in exemplo cujus hoc signum est $\frac{3}{4}$:



Subsesquitertia super semi exigit ut cantantur semibreves uti cantantur minime suprascripte, ut patet in exemplo sequenti :





Dupla post sexquitertiam super perfecto minore exigit ut ponantur octo semibreves super tribus prolationis; sicut enim sesquitertia exigit ut ponantur quatuor super tribus, sic dupla ibidem octo, ut in exemplo patet :



Dupla post subsesquitertiam super semi exigit ut ponantur octo breves proportionis super tres prolationis, ut in exemplo sequenti patet :



Dupla in omni prolatione acantoria subtrahit medietatem; unde maxima cantatur pro longa, longa pro brevi, brevis pro semibrevi, semibrevis pro minima, ut in exemplo patet :



Digitized by Google

Subdupla in omni prolatione medietatem auget; unde minima canitur pro semibrevi, semibrevis pro brevi, brevis pro longa, longa pro maxima, ut in exemplo patet, cujus hoc signum est $\frac{1}{2}$:



Tripla in omni prolatione exigit ut ponantur tres proportionis super unam prolationis, videlicet tres maxime super unam maximam, tres longe super unam longam, ac deinceps, ut in exemplo patet, cujus hoc signum est $\frac{3}{1}$:



Quadrupla exigit ut ponantur quatuor proportiones super unam prolationis, quatuor videlicet maxime super unam maximam, quatuor longe super unam longam; ac deinceps una maxima cantatur pro brevi, longa pro semibrevi, brevis pro minima, ut in exemplo patet, cujus hoc signum est $\frac{4}{1}$:



Subdupla in omni prolatione medietatem auget: unde minima canitur pro semibrevi, semibrevis

Digitized by Google

pro brevi; brevis pro longa; longa pro maxima, ut in exemplo patet, cujus hoc signum est $\frac{1}{2}$:

Subquadrupla exigit ut ponatur una proportionis super quatuor prolationis, unde brevis cantantur pro maxima, semibrevis pro longa, minima pro brevi, ut patet in exemplo, cujus signum est $\frac{1}{4}$:







Digitized by Google



Tres minime ponuntur pro singulo ictu pausationis tam in albis quam in nigris; alterantur quoque minime ante semibreves:



Tertia pars augmentatur : longa valet tres breves, brevis valet tres semibreves, et semibrevis valet tres minimas :



Tenor.



Digitized by Google



Quatuor semibreves proportionis ponuntur super tribus prolationis :



Tres semibreves proportionis ponuntur super unam prolationis :





De modis Anglicorum.

Ad habendum veram et perfectam cognitionem modi anglicorum, nota quod ipsi habent unum modum, qui *modus faulxbordon* nuncupatur; qui cum tribus vocibus canitur, scilicet cum suprano, tenore et contratenore. Et nota quod supranus incipitur per unisonum; qui unisonus accipitur pro octava alta, et ex consequenti per tertias bassas; que tertie basse volunt dicere sive representare sextas altas; et postea revertendo ad unisonum, qui vult dicere octavam, ut patet

Digitized by Google

per exemplum. Contra vero accipit suam primam consonantiam quintam altam supra tenorem et post tertias altas usque finem concordie in quintam altam, ut patet per exemplum :





Nota quod unisonus hic accipitur pro octava, et tertia bassa pro sexta alta, etc.

Nota quod isti Anglici habent unum alium modum, qui modus vocatur *Gymel;* qui cum duabus vocibus canitur, et habet consonantias tertias tam altas quam bassas et unisonos, octavam et sextam reiterando ad octavam bassam; et habet cum hoc sextas et octavas, ut patet per exemplum :

Regula ad componendum cum tribus vocibus non mutatis.

Fac supranum non distinctum in illo tono quo volueris uti hoc; fac secundum supranum accipientem primam consonantiam unisonum, et ex consequenti facias tertias bassas, quatuor, vel quinque, vel sex, secundum quod tibi placuerit; sed facias quod antepenultima et penultima, si descendunt, sint tertie alte; ultima vero sit unisonus; et sic de ceteris reincipiendo per tertias bassas, et veniendo ad unisonum. Contra vero accipiat unisonum et ex consequenti quintam, tertiam, octavam, tertiam bassam ita quod penultima sit semper quinta. Exemplum hic patet :









Digitized by Google

INCIPIT TRACTATUS CIRCA COGNITIONEM CONTRAPUNCTI, TAM SECUNDUM FRANCIGENORUM QUAM ANGLICORUM, CUM DUABUS ET CUM TRIBUS VOCIBUS ET CUM QUATUOR COMPOSITIS.

Et super hoc nota quod quatuor sunt consonantie simplices, scilicet due imperfecte, scilicet tertia et sexta, et due perfecte, scilicet quinta et octava. Et bene dico simplices, quia multe consonantie possunt esse composite; nam sub tertia componuntur XIIIa et XXa; sub quinta componuntur duodecima et XVIIII; sub octava componitur XV.

Unisonus autem, secundum Boetium, non est consonantia, sed fons et primordiale principium omnium numerorum: et ex istis consonantiis sex sunt perfecte et sex imperfecte; et hoc intelligo tam de simplicibus quam de compositis, ut hic inferius patet:

Unisonus Quinta Octava Duodecima Decimaquinta Decimanona	Sex species perfecte.	Tertia Sexta Decima Decimatertia Decimaseptima Vigesima	Sex species imperfecte

Ordo autem istarum consonantiarum talis est: quod unisonus requirit tertiam; ipsa tertia requirit quintam; ipsa quintam requirit sextam, in eadem sede; ipsa sexta requirit octavam in diversis sedibus; ipsa octava requirit decimam; ipsa Xa requirit XIIam; ipsa duodecima requirit XIIIam in eadem sede; ipsa XIIIa requirit XVam in diversis sedibus; ipsa XVam requirit XVIIam; ipsa decimaseptima requirit XVIIIIam; ipsa XVIIIIa requirit XXam. E contrario sensu ipsa XXa requirit XVIIIIam; ipsa XVIIIIa requirit XVIIam; ipsa decimaseptima requirit XVam; ipsa XVa requirit XIIIam; ipsa XIIIa requirit duodecimam; ipsa XIIa requirit Xam; ipsa Xa requirit VIIIam; ipsa octava requirit VIam; ipsa VIa requirit quintam; ipsa Va requirit 3am; ipsa 3a requirit unisonum.

SEQUUNTUR REGULE DICTI CONTRAPUNCTI.

Prima regula talis est quod nos debemus incipere et finire contrapunctum per speciem perfectam, sed quod penultima sit species imperfecta aperta speciei perfecte.

Secunda regula talis est, quod nos non possumus facere duas species perfectas similes de linea in spatium tendentes, nec e contrario de spatio in rigam; sed nos bene possumus facere, si sint quatuor vel tres notule, quod ille tres sint tres quinte, vel tres unisoni, vel tres octave, vel quomodocunque etc.

Sequitur tertia regula dicti contrapuncti.

Tertia regula dicti contrapuncti talis est quod nos bene possumus facere duas vel tres species perfectas dissimiles, sicut quintam et octavam, octavam et duodecimam, duodecimam et XVam et converso; sed non possumus facere unisonum et octavam nec e converso, quia secundum Boetium, unisonus reputatur esse dyapason, scilicet octava.

Quarta regula talis est quod nos de speciebus imperfectis possumus uti ad libitum tam in ascensu quam in descensu de gradu ad gradum; sed quod talis species imperfecta habeat speciem perfectam, qualem requirit sicut si sit tertia, sequatur quinta; si sit sexta, sequatur octava et sic de singulis.

Quinta regula talis est quod nos non possumus ascendere nec descendere per species perfectas nisi duobus modis, scilicet per dyapente et dyatessaron, scilicet per quintam et per quartam. Per quintam, sic si cantus firmus descendat quintam, contrapunctus potest descendere cum cantu firmo, de perfecta consonantia in perfectam consonantiam, sicut de quinta in octavam per quartam; sic si cantus firmus descendat quartam vel quintam, tunc contrapunctus potest descendere de imperfecto in suum perfectum, sicut de tertia in quintam, ut patet per exemplum:

Digitized by Google

Tenor. Contrapunct. Exemplum primi. Tenor. Contrapunct. Exemplum secundi.

Sequitur sexta regula.

Sexta regula talis est quod nos non possumus facere *fa* contra *mi*, nec *mi* contra *fa*, in speciebus perfectis propter semitonum. In speciebus autem imperfectis possumus facere, quia dat dulcedinem.

Septima regula talis est quod in omni contrapuncto debemus semper tenere propinquiores notas sive proximiores, quoniam omne disjuntum est inconsonans.

Octava regula talis est quod quamquam posuerimus duodecim consonantias tam perfectas quam imperfectas, tam simplices quam compositas, non obstante, secundum usum modernum, consonantie dissonantes aliquoties nobis serviunt, sicut dissonantia secunde dat dulcedinem tertie basse; dissonantie vero septime dat dulcedinem sexte; dissonantie quarte dat dulcedinem tertie alte, et illa tertia dat dulcedinem quinte et hoc secundum modernum.

Nona regula talis est quod quamquam dixerimus quod quinta debeat precedere sextam in eadem sede, et quod decimatertia debeat precedere XV^am^ in eadem sede, tamen aliquotiens est dulce sextam precedere quintam, et XIII^am^ precedere XIII^am^, tam in eadem sede quam in diversis sedibus propter dulcedinem.

Item maxime vitanda est reiteratio, hoc est rem unam bis vel ter reiterare, sicut *fa mi, fa mi, sol fa, sol fa;* ita quod cantus firmus sic faciat; et sic de regulis dicta sufficiant.

Nota quod ad habendam perfectam perfectionem consonantiarum acutarum, nota quod unisonus accipitur pro octava; tertia bassa accipitur pro sexta alta; tertia alta accipitur pro decimo, et ipsa quarta bassa accipitur pro quinta alta, et ipsa quinta alta aliquotiens accipitur pro duodecima, et ipsa sexta aliquotiens accipitur pro tertia bassa, et ipsa octava bassa accipitur pro unisono.

SEQUUNTUR PALME CONTRAPUNCTORUM.

Incipiunt palme contrapunctorum tam ♮ quadrati alti quam nature alte :

G	*re* 12	*mi* 13	*sol* 15	
A	*ut* 10	*mi* 12	*sol* 13	*la* 15
B	*re* 10	*fa* 12	*sol* 13	
C	*ut* 8	*mi* 10	*sol* 12	*la* 13
D	*re* 8	*fa* 10	*la* 12	
E	*ut* 5	*mi* 8	*sol* 10	
F	*ut* 5	*re* 6	*fa* 8	*la* 10
G	*re* 5	*mi* 6	*sol* 8	
A	*ut* 3	*mi* 5	*fa* 6	*la* 8
B	*re* 3	*fa* 6	*sol* 6	
C	*ut* unisonus	*mi* 3	*sol* 5	*la* 6
D	*re* unisonus	*fa* 3	*la* 5	
E	*ut* 3 desuper	*mi* unisonus	*sol* 3	
F	*re* 3 desuper	*fa* unisonus	*la* 3	
G	*ut* 5 desuper	*mi* 3 desuper	*sol* unisonus	
A	*ut* 6 desuper	*re* 5 desuper	*fa* 3 desuper	*la* unisonus
B	*re* 6 desuper	*mi* 5 desuper	*sol* 3 desuper	
C	*ut* 8 desuper	*mi* 6 desuper	*fa* 5 desuper	*la* 3 desup.
D	*re* 8 desuper	*fa* 6 desuper	*sol* 5 desuper	
E	*ut* 10 desup.	*mi* 8 desuper	*sol* 6 desuper	*la* 5 desup.
G	*ut* 8	*mi* 10	*sol* 12	*la* 13
A	*re* 8	*fa* 10	*la* 12	
B	*ut* 6	*mi* 8	*sol* 10	
C	*ut* 5	*re* 6	*fa* 8	*la* 10
D	*re* 5	*mi* 6	*sol* 8	
E	*ut* 3	*mi* 5	*fa* 6	*la* 8
F	*re* 3	*fa* 5	*sol* 6	
G	*ut* unisonus	*mi* 3	*sol* 5	*la* 6
A	*re* unisonus	*fa* 3	*la* 5	

Digitized by Google

B	*ut* 3 desuper	*mi* unisonus	*sol* 3	
C	*re* 3 desuper	*fa* unisonus	*la* 3	
D	*ut* 5 desuper	*mi* 3 desuper	*sol* unisonus	
E	*ut* 6 desuper	*re* 5 desuper	*fa* 3 desuper	*la* unisonus
F	*re* 6	*mi* 5	*sol* 3 desuper	
G	*ut* 3 desuper	*mi* 6 desuper	*fa* 5 desuper	*la* 3
A	*re* 8 desuper	*fa* 6 desuper	*sol* 5 desuper	
B	*ut* 10	*mi* 8	*sol* 6	*la* 5 desup.
C	*re* 10	*fa* 8	*la* 6	
D	*ut* 12	*mi* 10	*sol* 6 desuper	
E	*ut* 13	*re* 12	*fa* 10	*la* 8 desup.
G	*ut* 15	*mi* 17	*sol* 19	*la* 20
A	*re* 15	*fa* 17	*la* 19	
B	*ut* 13	*mi* 15	*sol* 12	
C	*ut* 12	*re* 13	*fa* 15	*la* 17
D	*re* 12	*mi* 13	*sol* 15	
E	*ut* 10	*mi* 12	*fa* 13	*la* 15
F	*re* 10	*fa* 12	*sol* 13	
G	*ut* 8	*mi* 10	*sol* 12	*la* 13
A	*re* 8	*fa* 10	*la* 12	
B	*ut* 6	*mi* 8	*sol* 10	
C	*ut* 5	*re* 6	*fa* 8	*la* 10
D	*re* 5	*fa* 6	*sol* 8	
E	*ut* 3	*mi* 5	*fa* 6	*la* 8
F	*re* 3	*fa* 5	*sol* 6	
G	*ut* unisonus	*mi* 3	*sol* 5	*la* 6
A	*re* unisonus	*fa* 3	*la* 5	
B	*ut* 3 desuper	*mi* unisonus	*sol* 3	
C	*re* 3 desuper	*fa* unisonus	*la* 3	
D	*ut* 5 desuper	*mi* 3 desuper	*sol* unisonus	
E	*ut* 6 desuper	*re* 5 desuper	*fa* 3 desuper	*la* unison.

FINIS PALME CONTRAPUNCTORUM.

REGULE CONTRAPUNCTI ANGLICORUM.

Incipiunt regule contrapuncti Anglicorum ; qui secundum ipsos Anglicos duobus modis fit. Primus modus, qui apud ipsos communis est, *Faulxbordon* appellatur. Qui *Faulxbordon* canitur tribus vocibus, scilicet tenore, contratenore et cum suprano. Secundus vero modus, qui *Gymel* appellatur, cum duabus vocibus canitur, scilicet suprano et tenore. Sequuntur regule dicti modi.

Nota quod, si iste modus canatur secundum ipsos Anglicos, debet assumi supranum cantum firmum, et dictus cantus firmus debet regere supranum sive cantum. Sed hoc intelligendum est in numero perfecto; qui numerus perfectus ternarius dicitur, sive talis ternalitas sit in temporibus, sive in semibrevibus, sive in minimis.

Nota quod prima nota cantus firmi, quamquam sit sola, debet esse duplicata, hoc est debet valere duas de aliis notulis, hoc est debet valere sex notulas.

Item si post primam notulam vel secundam reperiantur due notule existentes sub eodem puncto, hoc est sub eadem riga, vel eodem spatio, prima debet facere transitum sive passagium existentem sub eodem puncto et sono.

Item ultima notula eumdem quoque facit transitum existentem sub eodem puncto et sono.

Et nota quod istud faulxbordon, ut superius dixi, canitur cum tribus vocibus, tenendo ordinationem dictarum notularum superius dictarum; sed quando habeat supranus pro consonantiis primam, octavam et reliquas sextas, et in fine concordiarum sit octava, hoc est habet sex et octo, pro consonantiis supra tenorem, contratenor vero debet tenere dictum modum suprani; sed quando habeat pro consonantiis tertiam et quintam altas, hoc est primam, quintam, reliquas tertias, ultimus vero finis concordiarum sit quinta, ut patebit per exemplum.

Modus autem istius faulxbordon aliter posset assumi apud nos, non tenendo regulas supradictas, sed tenendo proprium cantum firmum sicut stat, et tenendo easdem consonantias superius dictas, tam in suprano quam in contratenore, possendo tamen facere sincopas per sextas et quintas, penultima vero existente sexta, et sic

Digitized by Google

contratenor sic faciendo, ut patebit per exemplum.

In isto enim *Faulxbordon* potest aliquotiens fieri contratenor, bassus et alius, ut inferius videbitur :



Cantus firmus.



Tenor.



Contra vero dicitur sicut supranus accipiendo quartam subtus supranum que venit esse quinta et tertia supra tenorem. Iste enim modus communiter *Fauxlbordon* appellatur. Supranus enim ille reperitur per cantum primum.

Ad compositionem vero alterius modi, qui modus *Gymel* appellatur, dantur alique regule.

Prima regula est quod in *Gymel* sex sunt consonantie quinta, tertia tam alta quam bassa, sexta et octava, decima bassa et octava bassa.

Secunda regula est quod si *Gymel* accipiatur supra cantum firmum, debet tenere regulas superius dictas in *Faulxbordon;* hoc est numerum ternarium, sive talis numerus sit ternarius in semibrevibus sive in minimis.

Tertia regula est quod in *Faulxbordon* potest fieri contratenor bassus, et in *Gymel* potest fieri contratenor bassus; et isti duo modi cum quatuor vocibus possunt cantari.

Quarta regula est quod si *Faulxbordon* faciat supranum suum per sextas et octavas, facies contratenorem bassum descendentem subtus tenorem per quintas et tertias bassas; ita quod semper penultima sit quinta bassa subtus tenorem, que erit decima cum suprano, et antepenultima erit tertia bassa; et sic iterando per quintas bassas et tertias bassas, ita quod prima nota sit octava bassa vel unisonus, et ultima sit octava bassa vel unisonus. Contra vero altus istius *Faulxbordon* accipit suam penultimam quartam supratenorem et suam antepenultimam tertiam supra tenorem, et sic iterando supra tenorem.

In *Gymel* autem potest fieri contratenor, quod si Gymel accipiat consonantias sextas et octavas ad modum de *Fauxlbordon,* tunc contratenor de *Gymel* potest ire sicut contratenor de *Faulxbordon*

Digitized by Google

per tertias et quintas, vel potest assumere suam penultimam quintam bassam et suam antepenultimam tertiam bassam, sicut dictum est in precedenti regula.

Si autem tenent tertias et unisonos, ut patet in isto exemplo:



tunc contratenor facit suam penultimam quintam bassam et suam antepenultimam tertiam bassam, vel octavam bassam, vel unisonum cum tenore, et suam ultimam faciendo octavam bassam, et sic de singulis, ut patebit per exempla.

Sequuntur exemplа notata:





Digitized by Google







Aliud exemplum.



Tenor.



Contratenor.





Aliud exemplum.









Cantus firmus.



Tenor ad longum.

Contratenor.

SEQUUNTUR ALIQUE REGULE CIRCA COMPOSITIONEM.

Et nota quod circa compositionem quatuor vocum sive cum quatuor vocibus supra quemlibet cantum firmum, sive supra quemlibet

Digitized by Google

cantum figuratum facias quod contratenor bassus semper teneat quintam bassam in penultima concordii. Item quod antepenultima sit tertia bassa, et illa que est antepenultima sit quinta, ita quod principium sive prima nota sit unisonus et ultima concordii et jam unisonus vel octava bassa. Supranus vero semper teneat suam penultimam sextam altam supra tenorem, ita quod finis concordii sit semper octava alta supra tenorem. Et prima nota pariter etiam sit octava, relique autem notule sint semper sexte. Contra vero altus semper faciat suam penultimam quartam supra tenorem, ita quod antepenultima sit semper tertia alta, et illa que est antepenultima sit quarta, et antecedens sit semper tertia, ita quod ultima sit semper tertia, ita quod ultima sit semper tertia alta vel unisonus, vel octava bassa, et prima notula pariter, ut patet per exemplum :



Tenor.



Alius tenor.

Supranus.



Supranus secundus.



Contratenor.



Contratenor secundus.



Contratenor altus.



Secundus altus.

Ab ista enim regula fiunt exceptiones, quarum prima talis, quod cantus firmus teneat modum suprani, sicut : *fa mi, mi fa; sol fa, fa sol; la sol, sol la,* tunc contratenor bassus potest tenere modum tenoris, hoc est facere suam penultimam sextam bassam subtus tenorem ultimam vero octavam bassam. Contra vero altus tenebit modum contra, hoc est faciet suam penultimam tertiam altam, ultimam vero quintam supra contratenorem que erit quarta subtus tenorem. Supranus vero faciet suam penultimam quintam altam supra tenorem, que erit decima cum contratenore basso; ultimam vero suam faciet tertiam supra tenorem, que erit decima cum contratenore basso.

Secunda exceptio talis est, quod si cantus firmus vel cantus figuratus teneat adhuc modum suprani, hoc est sic faciat : *fa mi fa, sol fa sol, mi re mi, la sol la.* Tunc contratenor bassus potest facere suam penultimam tertiam, bassam subtus tenorem; ultimam vero faciendo octavam bassam subtus dictum tenorem; supranus vero faciet penultimam suam tertiam supra tenorem, ita quod unisonus sit ultima cum tenore, que erit octava bassa cum contratenore basso, contra-

Digitized by Google

tenor altus faciet suam penultimam sextam supra tenorem, ultimam vero suam faciendo tertiam supra tenore, ut patebit per exempla :



ALIUS MODUS COMPONENDI CUM TRIBUS VOCIBUS.

Facias tuum tenorem non disjunctum et bene intonatum, et facias ipsum diminutum sicut volueris, facias quod supranus teneat pro principio octavam altam, et ex consequenti facias omnes decimas altas tam in fine concordii quam in principio; et in medio facias ex consequenti quod contratenor teneat suam primam notulam octavam vel quintam, et quod facias omnes alias notulas sextas altas quintam tantum ita quod finis concordii sit octava, hec compositio levis et utilis. In ista compositione potest fieri contratenor nec altus nec bassus, ita quod contratenor iste utatur tertiis altis quod ascendat ad quintam, ad quintam altam in fine concordii, ut patebit per exempla :



Digitized by Google



Contratenor.

Tenor.



Sequitur alius modus componendi.

ALIUS MODUS COMPONENDI CUM TRIBUS VOCIBUS.

Fac tenorem bene intonantem grossum, hoc est diminutum et non disjunctum, et fac, si velis, contratenorem bassum subtus tenorem ita diminutum sicut volueris, et fac supranum tuum diminutum sicut contratenorem bassum, et fac quod consonantie contratenoris bassi cum suprano suo sint quasi omnes decime.

Item nota quod consonantie contratenoris bassi cum tenore sunt iste, scilicet : octava, quinta, sexta et tertia bassa; ita quod penultima concordii sit semper quinta bassa, et antepenultima sit tertia bassa vel octava bassa.

Item nota quod in isto modo tu potes facere supranum primum tenendo istas consonantias, scilicet : octavam, sextam, quintam, tertiam altam; sed quod penultima concordii sit semper sexta, ultima vero sit octava, ut patet per exempla sequentia :



Cantus.



Digitized by Google



INCIPIT TRACTATUS DE CANTU ORGANICO.

Et primo nota quod cantus organicus sive figuratus consistit in prolatione, modo, tempore, numero, figuris et pausis, punctis et signis. Et primo nota quod prolatio est trium signorum cognitio, per numerum ternarium et binarium facta; et est notandum quod duplex est prolatio, scilicet major et minor. Major dividitur per perfectum et imperfectum, et minor similiter per perfectum et imperfectum.

Nota quod tria sunt signa principalia per que cognoscitur cantus organicus, scilicet:  . et cum istis signis superadduntur duo alia, scilicet : 2 et 3. Ita enim quinque signa sunt illa per que cognoscitur prolatio et modus et tempus et partim proportio, sive illa signa sint simplicia, ut puta :

Sive sint illa signa composita, ut patet hoc modo :

Sive illa signa sint plus quam composite, ut hoc modo :



Et notandum quod omnia ista signa vel dicuntur simplicia, ut sunt ista :  vel composita, sicut sunt ista :  vel plus quam composita, sicut sunt ista :  vel adhuc composita et plusquam composita, sicut sunt ista :  et sic de singulis.

Et notandum est quod prima signa que simplicia dicuntur, si sit circulus in ipsis, brevis perfecta valebit tres semibreves; si autem erit medius circulus, brevis valebit duas semibreves. Si autem sint composita cum puncto, et sit circulus, brevis perfecta valebit tres semibreves, semibrevis perfecta valebit tres minimas.

Si sint plus quam composita, et si sit circulus, longa valebit tres breves et brevis tres semibreves; si autem sunt composita, maxima valebit tres longas, longa tria tempora, et unum tempus, si sit sub circulo perfecto, valebit tres semibreves, et in sic sequentibus de unoquoque signo determinabitur; et primo de signo minóris perfecti.

Signum minoris perfecti sub modo imperfecto in quo maxima valet duas longas, et longa duas breves, et brevis perfecta tres semibreves. Semibrevis vero duas minimas, et bene dico brevis perfecta, quia sola semibrevis

Digitized by Google

vel illa que est minor breve, imperficit ipsam brevem, exemplum ut hic : ▭▭♦. Prima est perfecta quia similis ante similem non potest imperfici.

Hoc signum est medium precedentis quod tenet parem numerum, sed de media parte diminutive, quoniam maxima que valebit 12 semibreves, non valet nisi sex, et longa que valebit sex semibreves non valet nisi tres, et sic diminuendo alias figuras de dimidia parte secundum tempus; non autem secundum numerum, ut dictum est supra.

Signum minoris imperfecti in quo maxima valet duas longas, longa duas breves, et brevis duas semibreves, et semibrevis duas minimas.

Signum reverse factum est semper medium sui antecedentis.

Istud enim signum equipollet signo reverse facto.

Istud enim signum est per medium signo reverse facto et sic in infinitum.

Istud enim signum est signum commune per medium in quo maxima valet 4 semibreves, et longa duas semibreves, et brevis unam semibrevem, semibrevis minimam et minima semiminimam, et cetera; et hoc quantum ad tempus pronunciationis et non quantum ad numerum.

Signum majoris perfecti compositum cum puncto in quo est numerus ternarius in semibrevibus propter circulum et ternarius in minimis propter punctum, in quo maxima valet duas longas, et longa duas breves, et brevis perfecta tres semibreves, et semibrevis perfecta tres minimas. Et bene dico perfecta, quia brevis potest imperfici et semibrevis potest imperfici; brevis sic, si sola semibrevis sequitur vel minor ea, ut hic : ▭♦; brevis autem perfecta dicitur, quando similis sequitur vel major ea, ut hic : ▭▭▭, quia similis ante similem non potest imperfici. Semibrevis imperficitur si sola minima sequatur, ut hic : ♦♦; semibrevis vero perfecta dicitur quando similis sequitur vel major ea, ut hic : ♦♦▭; quia similis ante similem non potest imperfici vel ante ejus pausam, ut hic : .

Et nota quod si in ista prolatione due semibreves ponantur inter duas breves absque puncto, secunda illarum alterat, et si due minime ponantur inter duas semibreves absque puncto, secunda minima alterat, exemplum primi : ▭♦♦▭ | ♦♦♦♦. Et nota super hoc quod omnes figure possunt perfici et imperfici, excepta minima que non potest valere nisi duas semiminimas, cum perfectio constet in numero ternario. Sic maxima potest imperfici et a parte ante et a parte post, vel a parte post, vel a parte ante patet hic :



Et longa potest imperfici similiter modo dicto, ut hic :



et brevis non potest imperfici nisi a parte ante solum, vel a parte post solum, ut patet hic : ♦▭ | ▭♦. Sed nota quod semibrevis potest imperficere brevem, si similem sequatur, quia

Digitized by Google

alioquin destrueretur illa regula similis ante similem, etc. Sed si sit semibrevis, et non habeat locum ante, recipiat locum post primum quem potest habere, ut patet in exemplo : ♦ ♦ ♦ ♦ ♦ ♦ ♦ ♦.

Istud signum est medium sui antecedentis : 3 3 2, tenendo parem numerum, sed de media parte diminutum, quantum ad tempus pronunciandi, in quo maxima valet sex semibreves, et longa tres semibreves, et sic de aliis figuris per medium diminuendo eas. Istud enim signum tenet easdem regulas sui antecedentis.

Signum majoris imperfecti in quo est numerus binarius in semibrevibus propter dimidium circulum, et ternarium in minimis propter punctum in quo maxima valet duas longas, longa duas breves, brevis duas semibreves; et semibrevis perfecta valet tres minimas propter punctum ; et bene dico perfecta, quia propter punctum potest perfici ; et si minor ea sequatur, potest imperfici, ut patet hic in hoc exemplo :  .

In isto enim signo si due minime ponantur inter duas semibreves absque puncto, secunda minima alterat, hoc est valet duas, et nota quod hoc non est nisi numerus ternarius in minimis.

 Signum istud est medium precedentis signi, cum omne signum reverse factum sit medium sui antecedentis. Istud enim signum eumdem numerum tenet, sicut signum precedens, sed diminutum de media parte ; hoc est maxima accipitur pro longa, et longa pro brevi.

Istud signum equipollet signo precedenti tenendo parem numerum et mensuram.

Istud signum est medium sui antecedentis, sed diminutum de media parte et tenens parem numerum. In ipso enim signo maxima accipitur pro brevi, longa pro semibrevi, brevi pro minima cum dimidia, et sic de aliis per medium diminuendo, etc.

Omnia autem ista signa tenent pares alterationes in minimis, sicut signa precedentia.

3. Signum istud est signum modi perfecti temporis perfecti et semibrevis imperfecte, in quo maxima valet duas longas. Longa perfecta tres breves vel tria tempora, tempus tres semibreves, et semibrevis duas minimas ; bene dico brevis perfecta, quia longa potest imperfici, si sola brevis sequatur vel minore ea, et hoc intelligitur in modo perfecto, quando longa valet tria tempora.

Et nota super hoc quod duplex est modus, scilicet perfectus et imperfectus. Modus perfectus est quando longa valet tria tempora sive tres breves. Modus vero imperfectus est quando longa valet dua tempora sive duas breves, et hoc intelligitur circa signa simplicia et illa que sunt composita cum puncto. Quando vero longa valet tria tempora, intelligitur quando signa sunt composita cum 3, vel cum 2, vel hoc modo 3, et sic de singulis.

Est enim alter modus qui est compositus cum circulo et duabus 3 3, vel cum circulo et duabus 2 2, et talis modus intelligitur, quoniam maxima valet tres longas, longa tria tempora, et tempus tres semibreves, et semibrevis aliquotiens tres minimas, et aliquotiens vero duas.

In isto signo superius, si due breves ponantur inter duas longas absque puncto, secunda illarum brevium alterat, hoc est valet duas breves, ut in exemplo isto patet :  , et si due semibreves ponantur inter duas breves, secunda illarum alterat et hoc absque puncto, quoniam dat ternalitatem brevium, et 3 ternalita-

Digitized by Google

tem semibrevium; et eo quod non est punctum, est ibi binalitas minimarum, hoc est semibrevis, sub hoc signo valet nisi duas minimas.

3 Istud signum est signum modi perfecti et temporis perfecti et semibrevis imperfecte, hoc est prolationis imperfecte, in quo est numerus ternarius in temporibus; hoc est longa valet tres breves et maxima valet duas longas, et brevis perfecta tres semibreves, et semibrevis duas minimas. In quo signo si due breves ponantur inter duas longas absque puncto, secunda alterat, et si due semibreves ponantur inter duas breves absque puncto, secunda alterat, et longa in hoc signo potest imperfici per ▭; et brevis per semibrevem, etc.

3 Signum istud est signum modi imperfecti et temporis imperfecti et semibrevis perfecte sive prolationis. Et super hoc nota quod 3 aliquotiens dat ternalitatem semibrevium, aliquotiens vero ternalitatem minimarum; sicut est posita in isto signo, semper dat ternalitatem minimarum; et si sit posita in signo supradicto signato per medium hoc modo :  3, semper dat ternalitatem semibrevium; hoc est brevis perfecta valet tres semibreves. In isto signo supradicto si due minime ponantur inter duas semibreves absque puncto, secunda alterabit, et in secundo signo si due semibreves ponantur inter duas breves absque puncto, secunda semibrevis alterabit.

3 Istud signum est medium sui antecedentis tenendo parem modum, excepto quod numerus est hic ternarius in semibrevibus, et superius ternarius in minimis.

3 Signum istud est signum medium sui antecedentis, hoc est maxima accipitur pro longa, longa pro brevi, brevis pro semibrevi, etc., et sic diminuendo in infinitum in figuris.

3 Istud signum est signum modi perfecti; temporis perfecti et semibrevis perfecte, scilicet prolationis, in quo maxima valet duas longas, longa perfecta tres breves, et brevis perfecta tres semibreves, et brevis perfecta tres semibreves, et semibrevis perfecta tres minimas, in quo si due breves ponantur inter duas longas absque puncto, secunda alterabit, et si due minime ponantur inter duas semibreves absque puncto, secunda alterabit; bene dico longa perfecta, quia aliquando longa imperficitur, et similiter brevis et etiam semibrevis.

Et nota quod circulus hic dat ternalitatem temporum sive brevium; 3 vero ternalitatem semibrevium; punctus vero ternalitatem minimarum.

3 Signum istud est medium sui antecedentis, tenendo parem numerum, sed de media parte diminutum; ibi enim maxima non valet nisi longam; longa vero brevem cum media brevis; semibrevis cum media, et semibrevis cum media.

3 Signum istud est signum modi imperfecti, temporis perfecti, et semibrevis perfecte, hoc est prolationis; est enim signum modi imperfecti propter  , quia , dat binalitatem; est enim perfecti temporis propter 3, quare 3 dat ternalitatem minimarum, hoc est semibrevis valet tres minimas.

Nota quod in hoc signo maxima valet duas longas, longa duas breves, et brevis tres semibreves, et semibrevis tres minimas.

Nota etiam quando in isto signo ponantur due semibreves inter duas breves absque puncto, secunda illarum alterabit; et si due minime ponantur inter duas semibreves absque puncto,

Digitized by Google

secunda illarum minimarum alterabit, hoc est valebit duas minimas.

3 Istud signum reverse factum est medium sui antecedentis, cum omne signum reverse factum, sit medium sui precedentis. Istud enim signum tenet parem numerum qualem tenet signum antecedens, sed de media parte diminutum, quoniam maxima accipitur pro longa, longa pro brevi, etc.

3 Istud enim signum equipollet signo antecedenti reverse facto tenendo parem numerum et pares alterationes.

Signum istud est medium sui precedentis, sed tenet parem numerum de media parte diminutum, et tenet pares alterationes.

2 Signum istud est signum modi perfecti, temporis imperfecti et semibrevis imperfecte. Multi enim cantores accipiunt istud signum per medium. Bene dico signum modi perfecti, quoniam dat ternalitatem temporum, et 2 vero binalitatem semibrevium; hoc est valet duas semibreves; et binalitatem minimarum, hoc est semibrevis valet duas minimas. In isto enim signo maxima valet duas longas, longa tres breves, si sit perfecta, et brevis duas semibreves, et semibrevis duas minimas. In hoc enim signo si due breves ponantur inter duas longas absque puncto, secunda illarum semibrevium valebit duas breves, ut hic :



2 Istud enim signum est medium sui antecedentis tenendo parem numerum et pares alterationes, sed de media parte diminutum. Ibi enim longa accipitur pro brevi et maxima pro longa, etc.

2 Istud enim signum est signum modi imperfecti, temporis imperfecti et semibrevis imperfecte. In quo maxima valet duas longas, longa duas breves et brevis duas semibreves, et semibrevis duas minimas. Istud enim signum vulgariter vocatur signum permedium, quoniam 2 diminuit de media parte, et ibi maxima accipitur pro longa, longa pro brevi, etc. Ibi enim penitus nulle sunt alterationes.

2 Signum istud est per medium sui antecedentis, tenendo parem numerum cum signo suprascripto, sed de media parte diminutum.

2 Istud enim signum equipollet cum signo supradicto in valore figurarum et pausarum, etc.

2 Istud signum adhuc est per medium sui antecedentis tenendo parem numerum, sed media parte diminutum.

2 Istud signum est modi perfecti, temporis imperfecti et semibrevis perfecte, et bene dico modi perfecti, quoniam longa valet tres breves; et bene dico brevis imperfecte propter 2, quia 2 dat imperfectionem, et semibrevis perfecte, quia in quocunque loco est punctus, ibi semibrevis perfecta valet tres minimas. In isto enim signo si due breves ponantur inter duas longas absque puncto, secunda alterabit; et si due minime ponantur inter duas breves absque puncto, secunda alterabit. In isto enim signo maxima valet duas longas, longa perfecta tres breves; et bene dico perfecta, quia sola brevis imperficit longam, et brevis imperficit longam, et brevis valet duas semibreves, et semibrevis valet tres minimas. Et nota quod si due minime ponantur inter duas semibreves absque puncto, secunda alterabit.

Digitized by Google

2 Istud enim signum est signum per medium sui precedentis quod tenet parem numerum, sed de media parte diminutum.

2 Istud enim signum modi imperfecti, temporis imperfecti et semibrevis perfecte, in quo maxima valet duas longas ; longa duas breves et brevis duas semibreves, et semibrevis tres minimas. Ibi enim si due minime ponantur inter duas semibreves absque puncto, secunda illarum alterabit. Istud enim signum vulgariter per medium majoris prolationis imperfecte nuncupatur, etc.

2 Istud enim signum est medium sui antecedentis, sed de dimidia parte diminutum. Ibi enim maxima accipitur pro longa, longa pro brevi, etc.

2 Istud enim equipollet cum signo precedentis tenendo parem numerum et modum.

2 Signum istud est adhuc per medium sui antecedentis quod tenet parem numerum, sed de predicta parte diminutum, etc.

3 3 Signum istud est signum in quo maxima valet tres longas, longa tres breves, et brevis tres semibreves, et semibrevis tres minimas. Et enim istud signum totum ternarium, scilicet in longis propter ; in brevibus propter primum 3; in semibrevibus propter secundum 3; et minimis propter punctum. Et nota quod si in isto signo ponantur due longe inter duas maximas absque puncto, secunda illarum longarum alterabit; et si due breves ponantur inter duas longas absque puncto, secunda alterabit. Et si due minime ponantur inter duas semibreves, secunda illarum minimarum alterabit absque puncto, etc.

 3 3 Istud signum est medium sui antecedentis, quod signum tenet eumdem numerum, sed de media parte diminutum, hoc est maxima accipitur pro longa, longa pro brevi, semibrevis pro minima cum dimidia, etc.

Istud enim signum tenet pares alterationes, et in longis, et in brevibus, et in semibrevibus, et in minimis, et non est alia differentia inter istud signum et aliud signum precedens nisi quia istud diminuitur de media parte.

 3 3 Signum istud est signum modi imperfecti erga maximam, et modi perfecti erga longam; in quo signo maxima valet duas longas, longa tres breves, et brevis tres semibreves, et semibrevis tres minimas. Maxima enim valet duas longas propter , et longa tres breves propter primum 3, et brevis tres semibreves propter secundum 3, et semibrevis tres minimas propter punctum.

Et nota super hoc quod si due breves ponantur inter duas longas absque puncto, secunda alterabit; et si due minime ponantur inter duas breves absque puncto, secunda alterabit; et si due minime ponantur inter duas semibreves absque puncto, secunda aterabit, ut patet in in hoc exemplo :



 3 3 Signum istud est medium sui precedentis, quod signum tenet parem numerum cum signo soprascripto, sed de media parte diminutum. In ipso enim ponitur maxima pro longa et longa pro brevi, et brevis pro semibrevi, etc.

 3 3 Signum istud equipollet signo precedenti; in quo signo maxima valet longam, et longa brevem, etc.

Digitized by Google

Istud enim signum tenet pares alterationes.

3 3 Signum istud est medium sui precedentis, in quo maxima accipitur pro longa, et longa pro brevi, brevis pro semibrevis, et semibrevis pro minima; semibrevis cum dimidia.

2 2 Istud signum est modi perfecti respectu maxime in quo maxima valet tres longas, et longa duas breves, et brevis duas semibreves, et semibrevis tres minimas : bene dico maxima valet tres , propter ; et longa duas breves propter primum 2; quia 2 denotat binalitatem et brevis valet duas ♦ ♦, propter secundam 2; et semibrevis tres minimas propter punctum, quia punctus denotat ternalitatem minimarum; hoc est semibrevis perfecta valet tres minimas. Et nota quod in isto signo si due longe ponantur inter duas longas maximas, secunda illarum alterabit absque puncto, et si due minime ponantur inter duas semibreves absque puncto, secunda illarum minimarum alterabit, ut hic patet :



2 2 Istud signum est medium sui antecedentis, in quo maxima accipitur pro longa, longa pro brevi, et brevis pro semibrevi, etc. Et nota quod in isto signo fiunt pares alterationes sicut in signo precedenti.

2 2 Istud signum est signum modi perfecti in quo maxima valet duas longas propter , longa duas breves propter 2, et brevis duas semibreves propter secundam 2, et semibrevis tres minimas propter punctum. Istud enim signum potest accipi pro duplici medio eo quod sunt duo 2 2; et nota quod si due minime ponantur inter duas semibreves, secunda minima alterabit, et hoc absque puncto.

2 2 Istud signum est medium sui antecedentis in quo maxima accipitur pro longa; longa pro brevi, etc. Istud enim signum tenet pares alterationes sicut signum precedens.

2 2 Istud enim signum equipollet signo precedenti tenendo parem numerum et parem modum sicut signum precedens, et pares alterationes, etc.

2 2 Istud enim signum est medium sui antecedentis, sed tenet parem numerum sicut signum suprascriptum, sed de media parte diminutum.

3 3 Signum istud est signum modi perfecti, in quo maxima valet tres longas propter ; longa tres breves propter primum 3, et brevis tres semibreves propter secundam 3; et semibrevis duas minimas eo quod non est punctus.

Et nota quod si due longe ponantur inter inter duas maximas absque puncto, secunda alterabit. Et si due breves ponantur inter duas longas, secunda illarum alterabit, et hoc absque puncto; et si due semibreves ponantur inter duas breves absque puncto, secunda alterabit.

3 3 Istud signum est medium sui antecedentis, quod signum tenet eumdem modum, sed de media parte diminutum, quoniam maxima accipitur pro longa, et longa pro brevi, etc.; tenet etiam pares alterationes.

3 3 Signum istud est modi imperfecti in maximis, hoc est maxima valet duas longas, et modi perfecti in temporibus propter primum 3; hoc est longa perfecta valet tres breves; et brevis tres semibreves propter secundam 3. Et nota quod si due breves ponantur inter duas longas absque puncto, secunda alterabit; et si due semibreves

Digitized by Google

ponantur inter duas breves absque puncto, secunda alterabit, et non de minimis quia non est punctus.

3 3 Signum per medium; quod signum tenet eumdem numerum, sed de media parte diminutum, quoniam maxima accipitur pro longa et longa pro brevi, etc.

3 3 Istud signum reverse factum est medium signi precedentis, tenendo parem numerum, sed de media parte diminutum.

Istud est signum modi perfecti in maximis, hoc est maxima valet tres longas; et modi imperfecti in longis, hoc est brevis valet duas semibreves, et modi imperfecti in semibrevibus sive in prolatione, hoc est semibrevis valet duas minima.

Et nota quod si due longe reperiantur inter duas maximas absque puncto, secunda alterabit, ut hic patet : 

De aliis autem figuris non est sic, quoniam sunt omnes imperfecte, eo quod perfectio non consistit in numero binario, ut hic : 2 2; et semibrevis in hoc signo imperficitur, hoc est non valet nisi duas minimas, quia ibi non est punctus in circulo, etc.

2 2 Istud signum est medium antecedentis, tenens parem numerum et pares alterationes, sed de media parte diminutum.

2 2 Signum istud est signum modi imperfecti in maximis, et modi imperfecti in longis, et modi imperfecti in brevibus, et modi imperfecti in semibrevibus; hoc est maxima valet duas longas; et longa duas breves; et brevis duas semibreves; et semibrevis duas minimas, etc. Ibi penitus nulla est alteratio quia dat binalitatem et similiter primum 2, et secundum 2 similiter, et imperficit semibreves, quia ibi non est punctus qui denotat ternalitatem minimarum; et hoc signum potest dici plus quam medium propter duo 2 2, et semicirlum, etc.

2 2 Signum istud est medium sui antecedentis; quod signum tenet eumdem numerum, sed de media parte diminutum, hoc est maxima, accipitur pro longa, etc.

2 2 Istud signum est simile et equipollet signo precedenti, etc.

2 2 Signum istud est medium sui antecedentis; tenet parem numerum, sed de media parte diminutum. Et hec de prolatione et signis dicta sufficiant, etc., etc.

Regula circa cognitionem syncoparum.

Nota quod si cantus firmus semiuncem sequatur ascendendo de riga in spatium, vel e converso, et ascendat x, xii notas gradatim, tunc debemus facere per tertiam bassam et quartam, quod idem est dicere per sextam et quintam altas, et hoc est verum ascendendo; descendendo vero debemus syncopare per tertiam bassam et secundam, quod est dicere per sextam et septimam altas, ita quod penultima minima sit sexta veniendo postea ad unisonum, quod idem est quam octava, ut patet per exemplum :

Digitized by Google



XXIV

ANTONII DE LENO

REGULÆ DE CONTRAPUNTO

LE INFRASCRIPTE SON LE REGULE DE CONTRAPONTO.

Dinanzi se dito dele mutazione a presso dirassi dele voxe che se trovan nel contraponto. A tute quante le zoe da la decima quinta in sotto, e dela octava di sotto, cossi como nela mane e nel canto fermo sono VII *ut*, che tuti fenissero in *la*, zoe che hanno *ut, re, mi, fa, sol, la*. De tuti quanti dirasse la lor voxe che se li trovan dentro, et farasse mentione de gama in gama como apresso. Et ai da sapere che nela letione infrascripta, tute quante le note quadre, a questo

Digitized by Google

modo ■, s'intende essere lo tenore, e tute quante le altre a questo modo ♦, sono le voxe del contraponto. Et cantando da la nota del tenore infino a quela de la voxe vederassi quale è XV, quale XIII, quale XII, quale X, chi VIII, chi VI, chi quinto, chi III, chi unison. Nota che unison s'intende sempre esser quella voxe che, a paro cola nota del tenore, zoe che su in quella riga o spacio, dove e la nota del tenore, e chiamassi unison, perchè le sona voxe medesima col tenore. Poi cantando da la nota del tenore infino a quella dela voxe cantassi de riga in spatio fino che sey ala nota dela voxe del contraponte che voi trovare, et per questo modo trovassi tute le voxe che entrano nel contraponte.

E par similmente sono terzia, quinta, sexta, octava, tutte quante di sotto, zoe quelle voxe che sono di soto dala nota del tenore, tuti sono o terzi, o quinti, o sexti, o octavi di sotto, cosi como voi cantanto le voxe di sopra de riga in spatio, con farai a questi cantansi di soto per lo modo dinanze dito. Et chi dicessi per che resone non si mete cossi : decima, duodecima, tredecima e quintadecima di soto quanto fai di sopra; la resone è questa che cossi potrebessi ponere dite voxe di soto quanto fai di sopra; ma fazandoli sarebe cosa dissutela pero che in canto nessuno di sopra non si fa contraponte nessuno sopra nullo tenore, per chesi fazi piu che una terza o vero quinta, al piu de soto, salvo ali contratenori che piu far octo di soto como di sopra, e pui basso non si va mai, sichè fazanda X^a^, o XII^a^, o XIII^a^, o XVI^a^, di soto sarebe cosa vana, perchè non se usitano, e pur chi li volesse far, dico che si pono; far in alcun lochi, se lo tenore fosse alto tanto che potresse far una de essi, zoe o X^a^, o XII^a^, o XIII^a^, o XV^a^, di soto, no possando lo ut di gama ut, perochè non e voxe nel arte de la musicha più bassa quanto e quella como dito se denanzi.

Contraponto a nota per nota.

Denanzi se dito de tute quante le voxe che entrano ne la mane per contraponte, et apresso dirassi solamente del contraponte de la gama G *sol re ut* basso, che se chiama la manera del contraponte a la gama bassa de nota per nota, como apresso. Primo el contraponte si e questo che lo tenore comenza C *fa ut*, e dirai *ut* in C *fa ut, re* in de *sol re, mi* in E *la mi, fa* in F *fa ut, sol* in G *sol re ut, la* in A *la mi re,* e cossi hai *ut, re, mi, fa, sol, la* per lo tenore. El contraponte si comenza G *sol re ut* basso, e dirai *ut* in G *sol re ut, re* in A *la mi re, mi* in *b fa,* ♮ *mi, fa* in C *sol fa ut, sol* in D *la sol re, la* in E *la mi* alto. E cossi hai *ut, re, mi, fa, sol, la* per lo contraponte.

Et ay a sapere che sono nove figure de contraponte, zoe unison, tertia, quinta, sexta, octava, decima, duodecima, tredecima et quintadecima. De le quale nove sono ci quatro imperfecte e cinque perfecte. Le imperfecte sono queste : tertia, sexta, decima et tredecima. Tute le altre cinque sono perfecte, zoè unison, quinta, octava, duodecima e quintadecima. Et ai a sapere che non si po principiare ne finire canto nessuno per lo accordo imperfecto, ma solamente per le perfecte, zoe uno di queli cinque, e tuto l'acordo imperfecto se po indopiare, triplare como se vole, et de lo perfecto, convenessi far sempio, zoe de non far do unison l'uno dietro l'altro, ne do quinti ne do octave, ne do duodecimi, nè do quintidecimi l'una dreto a l'altra. Se fai la unison, seguitaray dreto la tertia, se essa po andare, caso de non seguitaray la quinta, dreto a la quinta, la sesta se essa po ire, casa de no seguitaray la octava dreto a essa la decima, se essa po ire caso che no la duodecima dreto a essa la tredecima se essa po ire. Caso che questa non potesse ire, seguitaray la quintadecima. E sel canto ascende, sempre

Digitized by Google

descenderai el contraponte, zoe se ay una octava di soto, e volesti ascendere col tenore, dreto a essa fa la quinta, poy seguitar la tertia dreto, et poy far II, III, o IIII terzi, l'una dreto a l'altra per venir a la quinta. Et habi mente che non si po far *fa* contra *mi,* ne *mi* contra *fa,* su l'acordo perfecto, ma solamente su lo imperfecto; in contraponte nessuno la dove sia el *b* molle, e poy de le III game che sono nela man, sapia che la gama del *ut* di gamaut non se usita in contraponte de soprano nessuno, ne quelta de C *fa ut,* e similmente quelta de F *fa ut* basso; e si se usitano più in contratenori, poi tute quante le altre se usitano, e fassi solamente questo principio de questa gama de G *sol re ut* basso; per più lezer puncto pero che le la più lezere gama si facieno nel contraponte, poy tute quante le altre di sopra vano etravagante l'una in l'altra, como se vedera poy ne la prima regola seguente e questa. E poi chi de esso contraponte volesse imprendere a cognoscere, guardassi in que voxe a la nota del tenore, poi cantassi sopra tanto che sey a dita nota del contraponte, zoe cantando de riga in spatio, como sarebe la infrascripta che lo tenore sie *fa* in C *sol fa ut:*



canta sula nota del tenore e di I° in riga, una altra voxe in spatio che II°, poi a la riga di *b,* uno a III, poy al spatio di sopra uno a *mi,* poi a la riga di sopra doe e la nota del contraponte uno a V, e cosi hay *fa* in quinta per contraponte 8 lo tenore di F *fa ut* basso, et per questo modo haveray a far de le altre someliante in che voxe voglia se siano, se fossero ben in quintadecima entaressi per lo modo dito di sopra, zoe de riga in spatio, comenzando da la nota del tenore in fino a la voxe voresti trovare per lo contraponte. E poy ay sapere che sel tenore descende, conventi ascendere al contraponte, e sel tenore ascende, bisagnati descendere la contraponte, verbi gratia sel tenore e in *ut* de C *fa ut* per XII^a^ e volesti ascendere lo tenore in *re,* de D *sol re,* bisagnati andar sempre calando el contraponte da la XII^a^ a la X^a^, poy a la octava, poy ala quinta, et cossi de grado in grado, e sel tenore descende, ascende sempre el contrapente.



Poy siati sempre a mente che questa chiave

Digitized by Google

sta sempre in F *fa ut* basso et questa altra in C *sol fa ut*, et essi non si moveno may de F *fa ut*, et di C *sol fa ut* portandoli in che riga se vole che sia che sempre quella riga, doe li sarano sono de quelli do figuri octo dite.

ANTONIUS EXCELLENTISSIMUS MUSICORUM.



Digitized by Google



Digitized by Google





Denanzi se dito el contraponte di nota per nota ala gama bassa, apresso dirassi quello dele game alte, zoe a quelli di C *sol fa ut*, di F *fa ut*, et C *sol re ut* alto, tramutandosi de l'una in l'altra. E poi nela regula decanze de la gama bassa el tenor se comenza C *fa ut*, e cossi comenzassi questo, e andaray alto e basso, come esso lo tenore a to bon piacere.

E dicto contraponte comenzassi al *ut* de C *sol fa ut*, et diray cossi *ut* in C *sol fa ut*, *re* in de *la sol re*, *mi* in E *la mi*, *fa* in F *fa ut* alto, *sol* in G *sol re ut* alto, *la* in A *la mi re* alto, e cossi hay *ut, re, mi, fa, sol, la,* per contraponte ala gama alta. E poi, como dito, se ala regula nanzi dita de contraponte ala gama bassa, che sono cinque figure, de che se vole principiare e finire ceschun contraponte che hay per lo medesimo modo che se ditto ne la regula passada, zoe per li cinque figure delo acordo perfecto. E poy siate sempre in mente sel tenore ascende de non ascendere il tenore più che una voxe de una nota al altra, como sarebbe questo tenore :



A esse diresti a la prima nota *re* per octava, se dicesti alta secunda *la*, per decima, sarebbe falso pero che ascenderesti IIII voxe, zoe dal *re* al *la*, che *re, mi, fa, sol, la,* sono IIII voxe. E disopra se dito che non poy ascendere altro

Digitized by Google

che una voxe como sarabbe questo:



A la prima diresti *sol* per decima, a la seconda *la* per duodecima, si che dal *sol* al *la* non ascendi altro che una voxe; ma nel descendere, poy descendere de l'una al altra quella voxe che si piaceno, como sarebbe queste:



A la prima diresti *mi* per quinta, a la secunda *la* per duodecima, siche descendano al tenore poy ascendere et contraponte dal unison in fino ala quinta decima, che tuto quanto vera giusto.





Digitized by Google



Digitized by Google





Contraponto de due notte per una.

Nele regole denanze dite, se dito contraponte de nota per nota ala gama bassa, et apresso dirassi de II per una ala gama bassa et ale alte mescolate l'una con l'altra; como apresso prima ditose nele regole denanze che sel tenore ascende, convieti ascendere el contraponte. E cossi sel tenore descende, si convien ascendere lo contraponte, zoe fay una octava al ascendere del tenore, sequitaray dreto la quinta, poy la terza. Sel tenore descende dreto la quinta, fare la sexta per venire alla octava. E siate sempre in mente de non fare sexta recessuna, se la octava non si segue dreto. E sel canto ascende como sarebe questo :



se dicessi al *fa re* per sexta, et al *sol sol* per octava, non sarebe tono, peroche la sexta se vole sempre fare, quando el tenore descende, como sarebe questo :



Digitized by Google

a questo *fa* poresti ben dire *re* per sexta al alta *mi* per octava, siche non fare mai sexta, se la octava nomli cadesse dreto a modo dito di sopra. E poi habia sempre che fazando contraponte de II note per una, a modo sarano le infrascritte, bisognarati farle tute bone, zoe che nulla de esse vengano false, et poi al cantarle cantaray lo tenore, dagandoge II batte per ceschaduna nota cola voxe, e guardassi de non far *fa* con *mi*, ne *mi* con *fa*, altro che sol acordo imperfecto :



Digitized by Google



Digitized by Google



Contraponto de III note per una.

Denanzi se dito contraponto de nota per nota, poy de II per una ala gamma bassa et ale alte, apresso dirassi de III note per una; et dito se nele regole nanze dicte como se fano de II note per una, volendole far de III, fa sempre che de esse III la prima e la ultima nota de contraponto siano bone, e anche tute III se poy. Caso che non potesse far bona quella de mezo, non monta niente, perchè le altre siano bone. E siate in medite de non principiar canto nessuno e simile fenita nessuna, altro che l'acordo perfecto a modo se dito nele regole nanze dite. E poy perche fazi bene le note del contraponto de la letion infrascripta vode e piene non acade dir niente, purche fazi che vaya tanto le vode quanto che le piene. Ma faray questo solamente purche se possi vedere più presto quale note anderanno sul so tenore : pero faray le note del contraponto III vode et III piene, purche ceschaduno che havera a vedere questa lection, sapia che tanto vale le vode quanto le piene de le note del contraponto infrascripto. E nel cantar tenore infrascripto, ti bisogna dar III vote colla voxe per ceschanna nota del tenore.

Antonius de Leno musicus.



Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google



Fiortise. — De prolatione.

Denanze se dito contraponto de nota per nota, de II note per una, e de III nota per una, apresso dirassi del fiortise de una semibreva de mazore, e in essa regola sono de III spectie; zoe prolatione, alteratione e ponte de divisione. Dirassi de uno in uno nele regole seguente dreto a questa. E poy hay a sapere che ogni nota del tenore de questa prolation de una semibreva de mazore non vale più che una semibreva, zoe mezo tempo imperfecti, e su in esse non poy fare più che III minime per ceschauna nota del dito tenore. E apresso dirassi che cosa e prolatione, essa si e quando non sono nel soprano altro che minime, o semibreve senza nullo segno, como vederassi lesempio nela lectione infrascripta.

Antonius de Leno.

Digitized by Google

De alteratione.

Na la lectione infracripta si e de prolatione, a modo se dito ne la sopradita. In questa farassi mention dele alteratione, essi quando due minime sono tra do semibrevi. A modo stanno queste  la prima semibreve vale III minime; la prima minima zoe quella dinanze non vole altro che una minima; la segonda ne vole II per casone che li segne dreto la semibreve, e pero chiamassi alterar, perche la vale due minime. E may non po essere alteration nessuna a nulla minima, se la semibreve non li segue dreto. A modo sta la suprascripta, e viderassi l'esempio nele lectioni infrascripte, e similmente sel fosse cinque minime a questo modo  . Cola semibreva dreto ay a sapere che le III prime minime valeno una semibreva, le altre II. L'ultima se altera a modo se dito di sopra. E cossi ay a sapere che in ogni prolation de mazore, che trovandosi II minime in paro a la semibreva a modo suprascripto che sempre l'ultima si altera, zoe che la vale II minime.

Antonius de Leno.





Ponte de divisione.

Nela lectione infrascripta sono de prolatione a modo se dito nelle regole denanze, in questa farassi mention del ponte di divisione. Esse sono como sarebe questo ponte che tra mezo queste II minme  . Esso ponte fa tanto chel divide che non li po essere alteration pero chel ponte si dimostra che luna minima entra nela semibreve denanzi, e laltra in laltra, e pero nulla de essi semibreve po valere altro che II minime, e quella re apresso a III, che mezo tempo e quello si chiama ponte de divisione pero che divide che non li po essere alteration. Sel ponte non fosse le II semibreve e le II minime, stando al modo stanno le soprascripte, varebeno nove minime, unde che stando al modo li stanno col ponte, non valeno altro che VI minime, pero chel ponte le fa calar et terzo, e a questo modo poy sapere che cosa e ponte di divisione. Et poy quando se mete el ponte de divisione, esso vol star di sotto dal corpo della minima cossi stando si sopra essa nota sarebe perfecta per la perfection del ponte.

Digitized by Google



Nela lectione infrascripta non ge altra figuratione, como se dito denanzi, salvo questa che quando vedi in nullo canto la minima colla coda volta di sotto e di sopra a modo sta questa ay a sapere che essa vale II minime de queste siando piena canto e la suprascripta, como vederassi l'esempio nela lectione infrascripta.



Nela lectione infrascripta non ge altera figuratione, como se dito denanzi, salvo questa che quando vedi in nullo canto la minima conata di

Digitized by Google

sotto e di sopra a modo sta questa , ay a sapere che essa vale una minima e meza, zoe tanto quanto queste III . Como se vederà l'esempio nela lectione infrascripta.



PROPORTIONI DE SEXQUITERTIA.

Nela lectione infrascripta se dira de la proportione sexquitertia, como se vedera apresso, et in essa lectione sono de prolatione, a modo se dito ne le regole denanze dite, ma sarano mescolate insieme con la suprascripta prolatione ditta proportione. Et proportion sexquitertia se chiama, quando vanno IIII note a la semibreva de mazore, zo e IIII note per III minime, si che andandone III sarebano como e questa  e chiamassi quattro per tre, perche essa vale tanto IIII minime. Ay a sapere che la crozuda como e questa , che hanno il revolto de sopra, ne vanno II per minima, et similmente ceschauna nota con segno o denza segno, unde che vadi IIII note per III minime, chiamassi sexquitertia proportion. E similmente queste crozude che hanno crozudo el revolto de sopra a mane sinistra, come sono queste  ne vano IIII per III. E si se usitano vel cantare de Taliani; ma vel sonare niente, niente valerebe como se vedera poy nele regole del sonare, si che essi sono di quella proportione soprascripta, e tutte quante le note de la soprascripta proportione voleno essere piene.



Digitized by Google

De la sexquialtera.

Nela lectione infrascripta se dira de la proportion sexquialtera, como se videra apresso, et in essa lectione saraci de proportione suprascripta e prolatione mescolate, et proportione sexquialtera sono quando vanno III nota per II minime, come sarebero queste .. E similmente ceschauna nota che trovasi in nullo canto con segno, e senza segno doe che ne vadano III note per II minime, chiamassi proportion sexquialtera. Tute quante voleno essere piene, et usitassi essi nel menore.



De la dupla.

Ne la lectione infrascripta se dira de la proportione dupla, como se vedera apresso, et in essa lectione saracci de la proportione suprascripta e prolatione mescolate como se fato ne le regole nanzi dite; et proportione dupla sono, quando vanno VI note a la semibreva de imperfecto majore, zoe VI note per III minime, como sarebeno queste crozude che hannoet revolto di sopra, e chiamassi II per I.

Perche da esse crozude ne vanno II per minima de prolatione de perfecto o imperfecte che volia se sia. Similmente de ceschune altre note, de che ne vanno VI ala semibreva de imperfecto mazore, chiamasse proportione dupla, e tutte quante voleno essere piene, como vederassi l'esempio.



Digitized by Google

De la dupla superbiciens.

Nela lectione infrascripta dirassi de la proportion dupla superbiciens, como vederassi apresso, e in essa lectione farassi mention de la proportion predita et prolatione, como e fato ne le regole nanzi dite. Et proportion dupla superbiciens sono quando vanno octo note ala semibreva de mazore, como sono queste  , che non sono crozude disoto ne di sopra, et sono vade. E similmente in nullo canto dove trovassi octo note per semibreva de mazore chiamassi de la proportion suprascripta : et a queste figurate de proportione vi pono mal due rasone nessuna peroche siano figurate a ben piacere de li musici, ma la soa prima forma si è che voleno esser vode, e senza nullo crocimento, a modo stanno le suprascripte, et ne la lectione infrascripta farassi mention dela suprascripta proportione :





De proportione tripla.

Nela lectione infrascripta farassi mention de la proportione tripla, como vederassi apresso. Prima essa proportione sono, quando vanno VIIII note ala semibreva de mazore, come sono queste , che sono crozude di sopra et hanno la coda de soto despicata senza crocimente nessuno, et essi voleno esser piene tute quante, ben bene, como se dito nele regole nanzi dite, si pono mal dar fermeza nessuna a queste proportione, pero che si fano a ben piacere de chi li hanno a notare, segondo lapetito deli musici chi li fanno piene e chi vode, ma siano como sempre quando vedi che ne vanno nove a la semibreva de mazore, zoe III per minima, sapi che si chiamano de la proportione suprascripta. Ma notando li altri como voleno la

Digitized by Google

soa propria forma si e che voleno esser piene e formade per lo modo suprascripto, como vederassi ne la lectione infracripta.

ANTONIUS DE LENO MUSICHUS.



DE PROPORTIONE QUADRUPLA.

Nela lectione infrascripta dirassi de la proportione quadrupla, como vederassi apresso. Essa proportione sono quando vanossi XII note ala semibreva de mazor zoe quatro note per minima, come sono queste , che sono crozude di sopra cola coda langa di soto quanto di sopra colo crocimento a l'una et a l'altra, a modo stanno le suprascripte, e voleno essere pieni benche fanossi a ben piacere chi piene e chi vode, si che quando vedi nota a nullo canto crozude, come stanno le soprascripte de che ne vadeno IIII per minima. Essa chiamassi proportion quadrupla, et de altri nessun non si fanno proportioni altro che de questi VI, rasone dite denanzi, ma fanossi poy altri figurati de proportione, de che non si fanno nessuna mention, zoe del nome.



Digitized by Google



De le polse.

Ne la lectione infrascripta non ge altra figurata, como dito sed enanzi, salvo questa, che quando vedi in nullo canto polsa nessuna de sopra de la riga a modo stanno queste , ay a sapere che ceschuna de essi vale tanto quanto la minima. E chiamassi polse pero che essi non si cantano, e bisognati tenir tanto spatio de voxe a zeschauna de essi, quanto faresti a cantare una minima, et essa polsa non vol passare niente di sotto da la riga. Et dicto più che su in nulla semibreva de mazore non poy far più che II polse; e fa sempre la minima apresso, a modo stanno le soprascripte, sempre ponando le polse avanti alla minima. E poy quando vedesti a nullo canto la polsa despicata dela riga, a modo sta questa , ay a sapere che essa vale tanto quanto una semibreva de che prolation volia se sia volia de mazore, volia de menore. Et essa polsa non vol passar niente di sopra de la riga.

XXV

JOHANNIS HOTHBI

REGULÆ SUPER PROPORTIONEM

Regule fratris Johannis Hothbi super proportionem et cantum figuratum.

Omnis numerus habet tot partes quot sub se sunt unitates, sicut senarius habet quinque partes, eo quod sub se sunt quinque unitates, que sunt 1, 2, 3, 4, 5; et sic de ceteris numeris est intelligendum. Partes cujuscumque numeri aut sunt aliquote aut non aliquote. Partes aliquote sunt que

Digitized by Google

multotiens sumpte precise reddunt suum totum, id est numerum cujus sunt partes, sicut unitas bis sumpta reddit precise binarium cujus est medietas, etiam ter ternarium, cujus est pars tertia. Quatuor deinceps ut binarius bis sumptus reddit quaternarium cujus est dimidium et ter sumptus senarium cujus est pars tertia. Unde pars aliquota bis sumpta dicitur aliquota media vel altera et ter tertia, et quater quarta, et sic deinceps usque in infinitum. Partes non aliquote sunt que aliquotiens sumpte precise non reddunt suum totum, id est numerum cujus sunt partes sicut binarius bis sumptus superat ternarium et superatur a quinario quem ter sumptus superat et sic deinceps ut ternarius bis sumptus superat quinarium et superatur a septenario quem ter sumptus superat. Unde binarius dicitur pars non aliquota due tertie ternarii, et due quinte quinarii, et due septime septenarii, etc.; et ternarius dicitur pars non aliquota, tres quarte quaternarii, et tres quinte quinarii, et tres septime septenarii, quatuor deinceps.

Proportio est duplex, scilicet equalitatis et inequalitatis. Proportio equalitatis est duorum ad invicem equalium habitudo, ut 1 ad 1 et 2 ad 2, et deinceps quamvis una tantum fit ejus species. Proportio inequalitatis est duorum dissimilium ad invicem comparatorum habitudo, ut 1 ad 2, et e contrario, vel quatuor ad 2, et e contrario. Et hec est duplex, scilicet majoris inequalitatis, et minoris inequalitatis. Proportio majoris inequalitatis est habitudo majoris ad minorem, sic 2 ad 1 et 3 ad 2 et deinceps, cujus species sunt quinque, scilicet multiplex, superparticularis, superpartiens, multiplex superparticularis, et multiplex superpartiens. Multiplex est quando major numerus totus in se precise continet totum minorem multipliciter sicut binarius unitatem, et quaternarius unitatem et unarium, cujus species sunt infinite, que sunt dupla, tripla, quadrupla, quintupla, et sic deinceps. Dupla est major numerus in sè precise continens minorem sicut binarius unitatem, quaternarius binarium, senarius ternarium, octonarius quaternarium, et sic deinceps. Et hec diffinitio deservit omnibus multiplicibus, mutatis tantum mutandis secundum habitudinem terminorum ad invicem comparatorum.

Superparticulare est quando major terminus in se semel continet minorem et ejus partem, aliquotam, mediam, tertiam, vel quartam, etc. Ejus species specialissime sunt, sesquialtera, sesquitertia, sesquiquarta, sesquiquinta, et deinceps. Sesquialtera est quando major terminus in se semel continet totum minorem et ejus partem aliquotam mediam, sicut ternarius ad binarium, senarius ad quaternarium, et deinceps. Et hec diffinitio eadem competit aliis superparticularibus media tamen mutata in tertiam, vel quartam, vel quintam, et sic deinceps.

Superpartiens est quando major terminus in se continet totum minorem semel et ejus partem non aliquotam duas ternarias, vel tres quartas, vel duas quintas, vel tres quintas, et sic deinceps, cujus species specialissime sunt superbipartiens tertias, superbipartiens quintas, et sic deinceps, etc. Superbipartiens tertias est quando major terminus in se semel continet totum minorem, et ejus partem non aliquotam, duas tertias, sicut quaternarius ad ternarium, et sic deinceps. Et hec diffinitio competit omnibus superpartientibus mutatis mutandis.

Multiplex superparticularis est quando major terminus in se multipliciter continet totum minorem et ejus partem aliquotam, mediam, vel tertiam, et quartam. Cujus species specialissime sunt dupla, vel tripla, vel quadrupla sesquialtera, et sic deinceps componendo multiplices cum superparticularibus. Dupla sesquialtera est quando major numerus in se continet bis

Digitized by Google

totum minorem et ejus partem aliquotam mediam, sicut quaternarius ad binarium et denarius ad quaternarium, et sic deinceps. Et hec diffinitio convenit aliis multiplicibus superparticularibus, mutatis tamen mutandis.

Multiplex superpartiens est quando major terminus in se multipliciter continet totum minorem, et ejus partem non aliquotam duas tertias vel tres quartas, et sic deinceps. Cujus species specialissime sunt dupla vel tripla, vel quadrupla supertripartiens quartas, et sic deinceps componendo multiplices cum superpartientibus. Dupla superbipartiens tertias est quando major tertius in se bis continet totum minorem et ejus partem non aliquotam, duas tertias, sicut octonarius ad ternarium et sexdecim ad senarium, et sic deinceps. Et hec diffinitio competit aliis multiplicibus superpartientibus mutatis tantum mutandis.

Proportio minoris inequalitatis est habitudo minoris termini ad majorem, cujus species sunt quinque : que sunt submultiplex, superparticularis, subsuperpartiens, submultiplex superparticularis, et submultiplex superpartiens, quarum species specialissime sunt infinite, et nominantur ut supra cum additione termini *sub*, ut subdupla, subtripla, subsesquialtera, subsesquitertia, subsuperbipartiens tertias, subsupertripartiens quartas ; subdupla sesquialtera, subdupla superbipartiens tertias, et deinceps. Sed sicut proportiones majoris inequalitatis infinite augmentantur, ita iste infinite diminuuntur. Deo gratias.

XXVI

JOHANNIS HOTHBY

DE CANTU FIGURATO

De cantu figurato
secundum eumdem fratrem Johannem Hothby carmelitam.

Octo sunt figure mensurabilis cantus, videlicet maxima, longa, brevis, semibrevis, minima, semiminima, croma et semicroma, ut hic :



Duplex est maxima, scilicet perfecta et imperfecta. Maxima perfecta valet tres longas, et tunc est de modo maximarum perfectarum. Maxima imperfecta valet duas longas, et tunc est de modo maximarum imperfectarum. Dupla est longa, scilicet perfecta et imperfecta. Longa perfecta valet tres breves, et tunc est de modo longarum perfectarum. Longa imperfecta valet duas breves, et tunc est de modo longarum imperfectarum. Duplex est brevis, scilicet perfecta et imperfecta. Brevis perfecta valet tres semibreves, et tunc est de tempore perfecto. Brevis imperfecta valet duas semibreves, et tunc est de tempore imperfecto. Duplex est semibrevis, perfecta et imperfecta. Perfecta valet tres minimas, et tunc

Digitized by Google

est de majori prolatione. Semibrevis imperfecta valet duas minimas, et tunc est de minori prolatione, ut hic patet :



vel hic : , de duo in duo.

Circulus denotat quod brevis valet tres semibreves, et plenitudo denotat quod semibrevis valet tres minimas.

Semicirculus denotat quod brevis valet duas semibreves, et vacuitas denotat quod semibrevis valet duas minimas, ut hic :

Et si post circulum vel semicirculum sequitur signum ternarii vel binarii, circulus vel semicirculus denotat longam, et signum sequens denotat brevem, et si post circulum vel semicirculum sequuntur duo signa binarii vel ternarii, circulus vel semicirculus denotat maximam ternarii vel binarii sequens denotat longam et tertium signum binarii vel ternarii denotat brevem, ut hic :





Duo sunt puncta, videlicet punctus perfectionis, et punctus divisionis. Si punctus perfectionis stat juxta maximam, illa maxima valet tres longas, et si stat juxta longam, illa valet tres breves, et si stat juxta brevem, illa valet tres semibreves, et si stat juxta semibrevem, illa valet tres minimas :



Punctus divisionis dividit longas imperficiendo maximas, semibreves imperficiendo breves, minimas imperficiendo semibreves.



Duplex est ligatura, recta, et pendens. Ligatura recta est quando prima figura est inferior secunda, vel quando ultima quadrata est inferior penultima. Ligatura pendens est quando prima figura est altior secunda vel ultima quadrata immediate altior penultima. Omnis ligatura est recta in principio sine virgula dicitur cum proprietate, et in fine sine virgula dicitur cum perfectione. Item quando ligatura est pendens in principio sine virgula dicitur esse sine proprietate, et in fine dicitur sine perfectione. Et omnis ligatura habens virgulam ascendentem in parte sinistra dicitur cum opposita proprietate, ut hic :



Digitized by Google

Omnis ligatura cum proprietate facit primam esse brevem, et sine proprietate facit primam esse longam, et cum opposita proprietate facit primas duas esse semibreves, et cum perfectione facit ultimam esse longam, et sine perfectione facit ultimam esse brevem, ut hic :



Omnes figure prime et ultime, si essent mille, sunt omnes breves nisi ligatura esset cum opposita proprietate, que facit duas illas esse semibreves, ut supra dictum est. Maxima propter suam magnitudinem est cognita in omni loco, et longa nunquam vim suam perdit quam extra ligaturam habebat. Ligatura cum proprietate et perfectione secundum virtutem principalem convenit musice Gregoriane, quia omnis ligatura in musica Gregoriana vocatur in principio cum proprietate et in fine cum perfectione. Sed tantum isti quinque modi serviunt musice mensurali, que habuerunt fundamentum suum a musica Gregoriana que proprie musica appellata est. Si vis scire si ligatura ascendit vel descendit, debes respicere ad secundam figuram si est altior vel inferior prima; si est altior, illa ligatura ascendit, si inferior, illa ligatura descendit. Ligature in principio ascendenti convenit sola res convenit, scilicet quod prima figura sit mensura quadrata, ut hic :



Ligature in principio descendenti sola res convenit, scilicet quod prima figura habeat virgulam finitam in parte sinistra descendente, ut hic :



Et hoc modo vocatur cum proprietate, et si alio modo inveniantur, vocatur sine proprietate, vel cum opposita proprietate, et hoc quando virgula ascendit :



Ligature in fine ascendenti vel descendenti convenit quod ultima figura sit altior vel inferior penultima. Si est altior, penultima illa ligatura ascendit, si est inferior, illa ligatura descendit. Ligatura in fine ascendenti sola res convenit, scilicet quod ultima nota sit recta supra penultimam vel habeat unam virgulam finitam in parte dextera descendente, ut hic :



Ligature in fine descendenti sola res convenit, scilicet quod ultima figura sit mera quadrata, ut hic :



et hoc vocatur cum perfectione, et si alio modo inveniatur, vocatur sine perfectione, ut hic :



et sic in omnibus modis reperiuntur ligature cum proprietate et cum opposita proprietate et cum perfectione. Amen.

Et sic est finis per me fratrem Jo. Bonadies in conventu Regij hora prima noctis 1474, die 10 septembris.

Digitized by Google

XXVII

JOHANNIS HOTHBY

REGULÆ SUPRA CONTRAPUNCTUM

Quamvis species sive consonantie discantus infinite sint, tamen in presentiarum communiter novem utende reperiuntur, videlicet unisonus, tertia, quinta, sexta, octava, decima, duodecima, tertia-decima, et quinta-decima. Quarum quinque dicuntur esse perfecte. et quatuor imperfecte alternatim procedendo, id est unisonus, quinta, octava, duo-decima, et quinta-decima sunt perfecte. Imperfecte vero sunt tertia, sexta, decima, et tertia-decima. Quibus dantur octo regule, quarum quatuor dicuntur essentiales, et quatuor accidentales, ante quarum declarationem duo vicia sunt intelligenda, et deinde removenda, quorum primus est ♮ quadrum contra *b* rotundum, et *f* ac *b* rotundum contra *e* cantare; et e contrario. Secundum vitium est redictiones specierum nimis cantare, istis retro *explicatis*, declarande sunt octo regule supradicte.

Quarum prima est discantum incipere et finire per consonantias perfectas.

Secunda est, quando cantus planus sive tenor est gravis, contrapunctus sive discantus cantare debet acutum, et e contrario; et si tenor sit mediocris, contrapunctus sit etiam mediocris.

Tertia est, quando tenor in eodem loco firmiter manet, discantum move, et e contrario.

Quarta regula, unam notam discantus juxta precedentem ponere, et absque intervallo, si fuerit possibile; et iste dicuntur regule essentiales.

Regularum vero accidentalium prima est: cantare duas vel plures consonantias perfectas dissimiles tam ascendendo quam descendendo.

Secunda est: duas vel tres vel plures consonantias tam similes quam dissimiles cantare tam ascendendo quam descendendo.

Tertia regula est: cantare discantum per gradum tam ascendendo quam descendendo, quando tenor movetur per saltum per consonantias perfectas.

Quarta regula est: quando tenor movetur per gradum tam ascendendo quam descendendo, similiter post se movere discantum; et iste regule dicuntur accidentales.

Sunt et due regule appellate placabiles, que dantur gradibus. Quarum prima datur gradibus descendentibus, secunda vero ascendentibus.

Prima est quod si volumus in fine alicujus gradus ascendentis facere unam quintam, ante eam debemus facere unam tertiam, vel plures secundum quantitatem gradus. Si volumus facere octavam, ante eam debemus ponere sextam vel plures secundum quantitatem gradus. Si duodecimam, ante eam debemus facere decimam vel plures. Si quinta-decimam, ante eam debemus facere tertia-decimam vel plures

Digitized by Google

Secunda regula est quod si volumus in fine alicujus gradus ascendentis facere unisonum, ante eum debemus facere tertiam vel plures secundum quantitatem gradus ascendentis. Si volumus facere quintam, ante eam debemus facere unam octavam. Si octavam, ante eam debemus facere decimam.

Secundum quosdam anglicos iste modus canendi vocatur discantus visibilis: modum infra quatuor lineas illum videre docebo, cui modo dantur novem regule.

Prima regula : est octavam ponere equalem tenori.

Secunda est : ponere sextam sub tenore per tertiam.

Tertia est : ponere quintam sub tenore per quartam.

Quarta est : ponere tertiam sub tenore per sextam.

Quinta est : ponere unisonum sub tenore per octavam; et iste regule sunt de octava inclusive subtus.

Sexta est : ponere decimam per tertiam sub tenore.

Septima est : ponere duodecimam per quintam supra tenorem.

Octava est : ponere tertia-decimam per sextam supra tenor.

Nona est : ponere quintam-decimam per octavam supra tenorem. Et iste regule sunt de octava supra exclusive.

Unde octava dicitur consonantia media in qua incipiendo et sursum ascendendo per rectam lineam consonantias inveniemus. Si consonantias infra octavam volumus, retro numerando consonantias inveniemus. Et sic finis.

XXVIII

ANONYMI I

DE MUSICA ANTIQUA ET NOVA

Dictis aliquibus circa planum cantum, restat aliud dicendum de cantu sive musica mensurabili, circa quod : primo, dicendum est de quantitate musice mensurabilis; secundo, de divisione et diffinitione musice; tertio, de figuris et nominibus figurarum; quarto, in quibus numeris musica consistit; quinto, de modis perfectis et imperfectis; sexto, de natura punctuum, et de eo quod longa, brevis et semibrevis possunt perfici et imperfici per puncta; septimo, de alterationibus notarum et figurarum; octavo, de pausis; nono, de truncationibus sive que hoketi vocantur; decimo, de circulis et semicirculis et rubris notis; undecimo, de organo et ejus natura; duodecimo, de modo operandi discantum et de conductis faciendis et de modo pronunciandi tenorem; tridecimo, de discantu.

Digitized by Google

I.

DE QUANTATE MUSICE MENSURABILIS.

Cum omnis quantitas aut est continua aut est discreta, ut ait Boetius in sua musica libro primo, cap. septimo, et libro secundo, cap. tertio, in utraque quantitate musicam esse constitutam non est dubium, sed aliter plana et aliter mensurabilis musica se habet. Elevationis namque vocum et depositionis certa limitatio per pondera et per mensuram, ut in cordarum extentione, inventa est, ut patet in secundo principali, ex quibus plana musica et ejus proportiones exordia sumpserunt que in continua existunt quantitate, de quibus dictum est superius. Que quidem quantitas incipit a magnitudine que finita est, sed decrescit in infinitum, nam si sit pedalis linea vel cujuslibet alterius modi, potest in duo equales dividi, ejusque medietas in alia medietate secari; rursum ejus medietas in aliam medietatem dividi, ut nunquam dividendi magnitudinem ullus terminus fiat. Ac continua mensurabilis musica, que per numeros producitur in quantitate, permanet discreta; nam omnis nota sive vox mensurabilis aut in unitate permanet, aut in binario vel in ternario numero. Crescere autem potest per binarium vel ternarium numerum usque in infinitum, ut inferius patebit; decrescit vero ad illum in unitatem. Ad modum igitur quantitatis discrete mensurabilis musica ad minimum est terminata, ad majus interminabilis manet cujus, principium minima vocatur, que est unitas; nam sicut unitas non est numerus, sed principium numeri, sic minima non est tempus, sed principium temporis mensurati, quia in ista arte unitas et minima convertuntur. Sed mensurabilis musice caput est minima, sicut unitas est numeri, que dividi non licet permanens quantitatis discrete principium. Principium vero plane musice magnitudo est, quod ad majus terminatum est, ad minimum interminale manet. Utraque tamen quantitas terminale habet principium, sed una crescens et alia decrescens terminalem non habet finem.

II.

DE DIVISIONE ET DIFFINITIONE MUSICE.

Mensurabilis musica, secundum Franconem, est cantus longis brevibusque temporibus mensuratus; gratia hujusmodi diffinitionis videndum est quid sit mensura et quid tempus. Mensura est habitudo quantitativa longitudinem et brevitatem cujuslibet cantus mensurabilis manifestans. Mensurabilis dicitur, quia in plana musica non attenditur talis mensura. Tempus est mensura tam vocis prolate quam ejus contrarii, scilicet vocis omisse que pausa communiter appellatur. Dico autem pausam tempore mensurari, quia aliter si duo cantus divisi quorum unus cum pausis alius sine pausis concinerentur, non possent ad invicem coequari. Dividitur autem mensurabilis musica in mensuralem simplicem et partim mensuralem. Simpliciter est discantus, eo quod in omni parte sua tempore mensuratur; partim mensurabilis dicitur pro tanto quod non in omni parte sua tempore mensuratur.

Et sciendum est quod organum dupliciter dicitur, et proprie et communiter. Est enim organum proprie sumptum organum duplum quod purum organum appellatur; communiter vero organum appellatur quilibet cantus ecclesiasticus tempore mensuratus. Omnis totius musice minima in sonorum ordinatione consistit; idcirco de sonis aliud dicendum est; ex sonis quippe voces oriuntur, quarum alie sunt consone et alie dissone; sed omnis vox, sive sit consona sive dissona, aut est continua aut discreta, aut cum intervallo suspensa. Vox vero cum intervallo suspensa est que per intervalla a gravissima in acutissimam consistit; vox autem continua est que continue operatur et naturaliter est

Digitized by Google

insita, de quibus in primo principali capito; sed vox discreta propria habet loca prolationibus et temporibus mensurata. Unde vox discreta est certa morula in prolatione sive in motu vocis mensurata ultra quam non extenditur, et sic naturaliter est finita.

In talibus autem vocibus cantus mensuralis permanet et in illis pronunciari debet quin si modus vocum uniformiter non fiat, tam tempore est audire quam ad modum vocum; intervalla non recte pronuncientur. Omnis igitur dissonantia tam in excessu vocum cum una vox in cantando excedit alterius vocis mensuram, quam in elevatione et depositione, cum una vox super aliam limitata proportione non elevatur; et minus necessaria est vox discreta quam vox continua sive intervallo suspensa ut in ecclesia Dei uniformes sint arsis et thesis et pronunciatio.

III.

DE FIGURIS ET NOMINIBUS FIGURARUM.

Et sicut voces plani cantus scribi non possunt sine monocordi proportionibus, sic mensurabilis musice voces scribi non possunt sine figuris certos numeros continentes. Unde figure dantur per quas quilibet cantus mensurabilis nobis representatur et per modos distribuitur. Idcirco primo de figuris sive notis que voces breves et longas representant et consequenter de modis est pertractandum. Cum autem cantus mensurabiles tam voce recta quam voce omissa regulantur, et ita sunt diversi horum; igitur figure erunt diverse signantes diversa; sed cum prius sit vox recta quam omissa, quia habitus precedit que non, ideo prius dicendum est de figuris voces rectas significantibus; deinde de figuris voces omissas representantibus.

Figura est representatio vocis in acuto modorum ordinato per quod patet quod figure signare debent modos et non e contra : ideo prius restat dicere de figuris quam de modis. Figurarum alie sunt simplices et alie composite; composite quippe sunt ligature de quibus post modum dicendum est; simplicium vero sunt quatuor species videlicet longa, brevis et semibrevis, ac minima que est primum cantus mensurabilis, et ideo ab ea inchoandum est, quemadmodum in numeris ab unitate; nam sicut in numero naturali unitas prior est dualitate et dualitas ternario et sic deinceps, sic minima prior est semibrevi et semibrevis brevi et brevis prior est longa. Unde minima est idem quod primo percipitur in prolatione vocis quod per se indivisibile manet. Non dicitur indivisibile secundum figuram cum corpus sit continuum, sed dicitur quod est indivisibile in vocem; longa igitur in quantitate discreta est constituta; et sic de aliis usque ad minimam manifestum est.

Procedamus ergo ad figurationem figurarum sive notularum que contra figure sive notule alie longe, alie breves, alie semibreves et aliquando minime vocantur. Longarum vero alia est triplex et alia duplex et alias implex. Figura autem triplicis longe sic formatur : . Figura duplicis longe sic formatur : . Figura simplicis longe est corpus quadratum habens caudam descendendo vel ascendendo in parte dextra, ut hic : , potest etiam longa aliter figurari, ut patebit in ligaturis. Figura vero brevis recte in corpus quadratum carens omni tractu, ut hic : , potest caudari et aliter figurari, ut patebit in ligaturis. Figura vero semibrevis est corpus oblongum ad modum losonge carens omni tractu, ut hic : , tamen potest caudari et aliter figurari, ut patebit inferius.

Figura vero minime est corpus oblongum ad modum losange gerens tractum recte supra caput; qui tractus signum minutantis dicitur, ut hic : .

De minima vero Magister Franco mentionem in sua arte non facit, sed tantum de longis et brevibus ac semibrevibus. Minima autem

Digitized by Google

in Naverina inventa erat, et a Philippo de Vitriaco, qui fuit flos totius mundi musicorum, approbata et usitata; qui autem dicunt predictum Philippum crochatam sive semiminimam aut dragmam fecisse aut eis concessisse, errant, ut in motetis suis manifeste apparet. Dividebat autem Franco longam in tres breves, et brevem in tres semibreves, sed non minus quam in duas semibreves quarum prima major, secunda minor semibrevis ab eo appellatur vel e contra; major semibrevis pro tanto dicitur, quia duas minores includit, et signari debet ut brevis recta, quia equipollet imperfecte; minor semibrevis figurari debet ad modum losange ut supra.

Propterea sunt alie figure simplices; illud idem quod predicte significantes eisdem etiam nominibus nominate cum additione hujus quod est plica, idcirco videndum est quid est plica. Plica, secundum Franconem, est nota divisionis ejusdem soni in gravem vel acutum, vel, sicut secundum alios, plica est inflexio vocis a voce sub una figura. Plicarum alia longa, alia brevis; plica autem semibrevis in simplicibus figuris non invenitur in ligaturis; tamen in ordinationibus semibrevium plica possibilis est fieri, ut postea apparebit.

Item plicarum alia ascendens, alia descendens; longa plicata ascendens est quedam quadrangularis figura solum tractum gerens ex parte dextra ascendentem, ut hic : , vel majus proprie duos tractus habens quorum dexter tractus longior est sinistro, ut hic patet : . Longa vero plicata descendens duos habet tractus descendentes; sed dexter, ut prius : . Plicata brevis ascendens longior est sinistro, ut hic est qui habet duos tractus ascendentes, sinister tamen longior est dextro, ut hic : . Descendens vero plicata brevis duos habet tractus descendentes, sinister tamen longior, ut hic : ; et notandum est quod iste plice similem habent potestatem, et similiter valorem regularem, quemadmodum habent simplices figure supradicte. Dictis jam de figuris simplicibus, jam de compositis figuris est prosequendum que ligature proprie appellantur.

Ligatura est conjunctio figurarum simplicium per tractus debitos ordinata; ligaturarum alia ascendens, alia descendens; ascendens est illa cujus secundus punctus altior est primo, ut hic :



descendens vero ligatura cujus primus punctus altior est secundo, ut hic :



Ligaturarum alia cum proprietate, alia sine proprietate, alia cum opposita proprietate; de singulis istarum prosequendum est. Et sciendum est quod duo sunt genera musice proprietatis; unum videlicet plani cantus et aliud cantus mensurabilis; de proprietate plani cantus dictum est in tertio principali. Proprietas vero musice mensurabilis est nota vel signum primarie inventionis ligature a plana musica data in principio illius; est enim parvulus tractus vel cauda alicui figure conjuncta ad denotandum eam esse longam, brevem et semibrevem, ut in sequentibus patebit.

A parte autem principii ligature iste regule sequuntur. Omnis ligatura descendens tractum habens a primo puncto descendens a parte sinistra cum proprietate dicitur, eo quod simile in plana musica figuratur, ut hic :



Si autem tractu careat, sine proprietate dicitur, ut hic :

Digitized by Google



Item, omnis ligatura ascendens, si careat omni tractu, sine proprietate dicitur, ut hic :



Item, omnis ligatura tam ascendens quam descendens a primo puncto tractum ascendentem cum opposita proprietate dicitur, ut hic :



Magister Franco, inter alias figurarum regulas, tres ponit sequentes, dicens : omnis ligatura ascendens, si careat omni tractu, cum proprietate dicitur, ut hic :



Si vero tractum habeat a parte sinistra primi puncti descendentem, tunc sine proprietate dicitur, ut hic :



vel ad dextram quod majus proprium est; ut hic :



Iste regule videntur rationi dissonari; quod si secundum imaginationem suam consonant, tamen valde durum est eam captare ; idcirco ab usu recesserunt.

V.

De modis perfectis et imperfectis.

Dictis de figuris simplicibus, dicendum est antequam ultra progrediatur de modis per quos omnis mensurabilis procedit cantus. Sciendum est tamen videlicet quod modus armonicalis duplex est : plani et mensurabilis. Planus vero cantus octo habet modos in quibus tota usatur plana musica, ut patet tertio principali. Modus autem cantus mensurabilis est representatio soni longi brevibus temporibus mensurati. Modi autem a diversis diversemodo enumerantur. Secundum enim Magistrum Franconem quinque sunt modi motetorum, licet quidam ponant sex, et bene ut jam prosequendo in littera apparebit.

Primus modus, secundum Franconem, procedit ex omnibus longis et sub isto modo reponitur iste modus qui est ex longa et brevi et longa. Et assignantur ab eo due cause : prima est quia isti duo similibus pausationibus utuntur. Secunda causa est propter antiquorum et modernorum controversiam compescendam. Secundus modus procedit ex brevi et longa et brevi. Tertius modus ex longa et duabus brevibus et longa. Quartus vero modus ex duabus brevibus et longa. Quintus ex omnibus brevibus et semibrevibus. Secundum autem modernos sex sunt modi motetorum; et istos teneo communiores, nam isti tenentur in Curia Romana, ut plures cantores hos tenent.

Primus namque modus consistit ex longa et brevi, ut hic : ¶ ▪ ¶ ▪ . Secundus modus procedit ex brevi et longa, ut hic : ▪ ¶ ▪ ¶ . Tertius modus consistit ex una longa et duabus brevibus, ut hic : ¶ ▪ ▪ ¶ ▪ ▪ . Quartus modus est ex duabus brevibus et una longa, ut hic : ▪ ▪ ¶ ▪ ▪ ¶ . Quintus modus procedit ex omnibus longis, ut hic : ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ . Sextus modus ex omnibus brevibus et semibrevibus, ut hic : ▪ ▪ ▪ ♦ ♦ ♦ ♦ ▪ ♦ ♦ ♦ ▪ ♦ ♦ ♦ ♦ ♦ ♦ .

Notandum quod omnes hi modi, etiam si plures essent in musica mensurabili, reduci habent in duobus modis videlicet in modo perfecto et in modo imperfecto, ut postea patebit.

A parte vero finis ligaturarum, tales dantur

Digitized by Google

regule : omnis ligatura ascendens ultimum punctum gerens quadratum indirecte supra penultimum punctum cum adverso capite dicitur longa ut :



De figuris quadratis et non quadratis scilicet obliquis supra penultimum et sub penultimo esse quod dicetur prenotandum est, quod sicut per has litteras una figura differt ab alia formatur ita. Et in valore realiter a parte principii omnis ligatura descendens cum proprietate prima dicitur brevis, ut :



sicut omnis ligatura ascendens sine proprietate prima dicitur brevis, ut hic :



et si qua illarum gaudetur cum proprietate illa dicitur longa, ut hic :



relique sunt breves. Item in omni ligatura descendente sine proprietate prima dicitur longa, sive corpus fuerit obliquum sive quadratum, ut hic :



Item, cujuslibet ligature sic omnis opposita proprietas facit illam semibrevem cui addatur cum sequente eo quod nulla sola semibrevis invenire possit rationabiliter nec debet, ut hic :



a parte medie sciendum est quod omnes medie figure in omni ligatura tam ascendendo quam descendendo dicantur breves, nisi a casu, licet abusive, per proprietatem aliquando longantur, ut hic :

aut per oppositam proprietatem aliquando semibrevientur, ut hic :



Sed quia in talibus ligaturis dubium oriri potest an proprietas illa ad quadratam figuram precedentem pertineat et facit eam longam, an ad subsequentem et facit eam semibrevem cum sequente, ideo semper in principio cujuslibet ligature ponenda est talis opposita proprietas.

A parte autem finis est sciendum quod omnis nota vel figura quadrata in fine ligature descendendo dicitur longa :



Item, omnis nota quadrata vel obliqua in fine ligature ascendendo, dicitur brevis, ut hic :



Item, omnis nota obliqua in fine ligature descendendo dicitur brevis, ut hic :



Nota, est sciendum quod omnis ligatura tam longarum quam brevium plicabilis est; et habetur parte finis plicatur in longa in ligaturis duplicitur videlicet ascendendo et descendendo, ut hic :



Item, brevis dupliciter plicatur scilicet ascendendo et descendendo

Digitized by Google

Et notandum est quod brevis in ligaturis semper plicari debet in corpore obliquo ad hoc quod ultima brevietur, quia, si quadrata nota in ligaturis plicaretur aut ascendendo aut descendendo, per plicam, longa signatur. Item, brevis obliqua ascendens sine plica non est ponenda, nam positio recte brevis sufficit ubicumque non est plica, et proprior est et magis usitata; et sic patent plice omnium ligaturarum.

V.

In quibus numeris musica consistit.

Dicto de figurationibus simplicium aut compositarum figurarum per quas voces recte representantur et regulantur, dicendum est consequenter de earum perfectione et imperfectione. Notandum est quod omnis perfectio musice mensurabilis constituitur in ternario numero, imperfectio in binario numero, sive fuerit in longis aut in brevibus vel in semibrevibus. Minima vero est tam simplex quod non potest perfici neque imperfici, nec dividi ut patet supra capito primo. Potest tamen alterari, ut patebit inferius; ratio autem ad presens quare perfectio consistit in numero ternario, quia hujus modi est perfectum quod habet principium medium et finem, et sic habet numerus ternarius quia componitur ex tribus brevibus, et e contra; et illud est imperfectum quod caret uno illorum cujus est numerus ternarius, quia non habet medium de perfecto numeri ternarii, vide Philippum.

Item, in antiquo tempore gentiles, quando volebant Deum et homines honorare et magnificare, faciebant eis oblationes in numero ternario.

Sicque tota musica mensurabilis in tribus gradibus procedit, videlicet per unitatem ac per binarium et ter narium et per nullos alios numros quam per istos et in istis gradibus tota musica mensurabilis reducitur; et sicut in quantitate discreta incipiendum est ab unitate qua nihil minus est, sed duplicata unitate fit numerus binarius, triplicata ternarius, ita in musica mensurabili incipiendum est a minima voce prolata, sed duplicata illa prolatione fit semibrevis imperfecta, triplicata illa voce minima fit semibrevis perfecta. Sic musica mensurabilis incipere habet a minima crescendo sicut numerus ab unitate; et sic unitas et minima convertuntur; etiam multitudo per binarium et ternarium crescere habet in infinitum; decrescit autem gradatim ad minimam. Unde regula: sicut se habet minima ad semibrevem, ita semibrevis ad brevem et brevis ad simplicem longam et simplex longa ad suam majorem. In isto ordine ex minimis componitur semibrevis, ex semibrevibus creatur brevis, ex brevibus vero simplex longa, ex simplicibus longis duplex longa et tripla. Et sicut unitas habet ad perficiendum et imperficiendum, sic minima habet perficere et imperficere semibrevem, semibrevis brevem et sic deinceps; verbi gratia, ex duabus minimis fit semibrevis imperfecta, ex tribus autem semibrevis perfecta; deinde ex duabus semibrevibus fit brevis imperfecta, ex tribus autem perfecta; insuper ex duabus brevibus componitur simplex longa, imperfecta ex tribus duplex perfecta. Insuper ex duabus simplicibus longis fit longa que in natura sua est imperfecta; ex tribus vero longis simplicibus fit triplex longa, que in natura sua perfecta est; si autem totum compositum duas continet partes equales, dicitur imperfectum. Si autem continet tres partes equales, tunc dicitur perfectum, et hec ratio est generalis.

Sunt et alie regule pro musica mensurabili: videlicet cum simplex longa sit perfecta, dicitur modus perfectus; si vero sit imperfecta, dicitur modus imperfectus, quia omnes modi motetorum reduci habent ad unum istorum. Item, quando brevis continet in se tres semibreves, tunc dicitur tempus perfectum, quando vero duas, tunc dicitur tempus imperfectum. Tempus enim po-

Digitized by Google

test dupliciter accipi, primo pro mensura vocis prolate, vel ejus contrarii, ut superius dictum est capitulo ; secundo modo accipitur pro brevi recta, ut in isto loco, et dicitur recta brevis ad doctrinam altere brevis, quia duplex est brevis videlicet recta et altera. Brevis recta est illud quod minimum est in plenitudine vocis. Plenitudo dicitur propter semibreves et minimas que prolate sunt non in plenitudine vocis. Altera brevis dicitur que in figura brevis recte se et aliam rectam sub uno accentu includit. Item, quando semibrevis tres continet in se minimas, tunc dicitur major prolatio ; quando vero tantum duo, tunc dicitur minor prolatio. Horum ergo predictorum exempla in arboribus sequentibus manifestantur, incipiendo a minima et crescendo per binarium et ternarium numerum usque ad maximam perfectam que triplex longa vocatur. Non dico ipsam esse maximam, quasi non posse fieri majorem, tamen musica mensurabilis in quantitate sit discreta, et crescit in infinitum ; sed dico eam esse maximam eo quod voci hominis sufficit in cantu mensurabili tam diu sub uno accentu et cum uno anelitu continuare. Exempla :

MINIMA

SEMIBREVIS IMPERFECTA

SEMIBREVIS PERFECTA

BREVIS IMPERFECTA DE MINORI PROLATIONE

BREVIS PERFECTA DE MINORI PROLATIONE

BREVIS IMPERFECTA DE MAJORI PROLATIONE

BREVIS PERFECTA DE MAJORI PROLATIONE



MINIMA LONGA SIVE LONGA IMPERFECTA EST DE MODO IMPERFECTO VEL DE TEMPORE IMPERFECTO VEL DE MINORI PROLATIONE, UT HIC :



MODUS IMPERFECTUS, DE TEMPORE IMPERFECTO, ET DE MAJORI PROLATIONE



Digitized by Google

MODUS PERFECTUS, DE TEMPORE IMPERFECTO, ET DE MINORI PROLATIONE



MODUS PERFECTUS, DE TEMPORE PERFECTO, ET DE MINORI PROLATIONE



MODUS PERFECTUS, DE TEMPORE PERFECTO, ET DE MINORI PROLATIONE



MODUS PERFECTUS, DE TEMPORE PERFECTO, ET DE MAJORI PROLATIONE



MODUS IMPERFECTUS, DE TEMPORE PERFECTO, ET DE MAJORI PROLATIONE



MODUS PERFECTUS, DE TEMPORE IMPERFECTO, ET DE MAJORI PROLATIONE



DUPLEX LONGA DE MODO IMPERFECTO, DE TEMPORE IMPERFECTO, ET DE MINORI PROLATIONE



DUPLEX LONGA EJUSDEM NATURE ET DICITUR MINIMA TRIPLEX LONGA



DUPLEX LONGA DE MODO PERFECTO, DE TEMPORE IMPERFECTO ET DE MINORI PROLATIONE



Digitized by Google

DUPLEX LONGA DE MODO PERFECTO, ET DE TEMPORE IMPERFECTO, ET DE MINORI PROLATIONE



TRIPLEX LONGA DE MODO IMPERFECTO, ET DE TEMPORE PERFECTO, ET DE MINORI PROLATIONE



DUPLEX LONGA DE MODO PERFECTO, ET DE TEMPORE PERFECTO, ET DE MINORI PROLATIONE, VEL MAXIMA DUPLEX LONGA DE MINORI PROLATIONE



TRIPLEX LONGA DE MODO PERFECTO, DE TEMPORE IMPERFECTO, ET DE MINORI PROLATIONE



Digitized by Google

TRIPLEX LONGA DE MODO ET DE TEMPORE PERFECTO, ET DE MINORI PROLATIONE



Maxima triplex longa de minori prolatione.

DUPLEX LONGA DE MODO PERFECTO, ET DE TEMPORE PERFECTO, ET DE MAJORI PROLATIONE



Maxima duplex longa.

DUPLEX LONGA DE MODO IMPERFECTO, ET DE TEMPORE IMPERFECTO, ET DE MAJORI PROLATIONE



TRIPLEX LONGA DE MODO PERFECTO, ET DE TEMPORE PERFECTO, ET DE MAJORI PROLATIONE



Maxima triplex longa.

Digitized by Google

Ex predictis arboribus patet quod ex minimis fit semibrevis que duplex est; ex semibrevibus fit recta brevis que quadruplex est; ex brevibus rectis fit simplex longa que octuplex est; et ex simplicibus longis fit duplex longa, et ex duplici longa fit triplex longa. Precipue ex predictis duplicibus et triplicibus longis alie longe duplicari et triplicari possunt, quemadmodum ipse duplicate et triplicate sunt a longis simplicibus et sic procedi potest in infinitum.

VI.

DE PUNCTIS, ET DE EO QUOD LONGA, BREVIS, SEMIBREVIS POSSUNT PERFICI ET IMPERFICI PER PUNCTA.

Visis supradictis figuris sive notis voces breves et longas signantibus et quomodo nota imperfecta et perfecta plures in se recipit, ut patet supra, consequenter videndum est, quomodo nota perfecta potest imperfici ac e contra quomodo nota imperfecta perficitur. Sed quia punctus, tam in perfectione quam in imperfectione et etiam in alteratione est magne virtutis, ideo ejus naturam elucidare perutile etiam mihi videtur. Unde punctus in musica mensurabili duplici de causa ponitur, scilicet aut causa perfectionis aut causa divisionis, licet quidam etiam posuerunt punctum duabus aliis de causis et male, videlicet causa imperfectionis et alterationis, quod absurdum est dicere. Unde punctus notam sequens facit eam perfectam, et si de sua natura fuerit imperfecta etiam aut nota de sua natura fuerit perfecta vel imperfecta. Si punctus sequatur in tantum eam perficit quod non potest imperfici nisi per litteram divisionis ponitur etiam punctus divisionis cum per eum perfectiones dividuntur. Aliis autem de causis punctus non ponitur in musica mensurabili.

De notis perfectis et imperfectis. Est sciendum quod omnis nota perfecta tres partes equales in se continet a quibus componitur; sed deposita tertia parte remanet imperfecta. Precipue omnis nota imperfecta duas partes equales in se retinet ex quibus componitur, sed addita sibi tertia parte sibi competente fit perfecta, quia omnis nota potest perfici et imperfici, ex quibus immedietate componitur et aliter non, et hec est ratio verbi gratia. Triplex longa est perfecta in sua natura et potest imperfici a sua tertia parte, videlicet a simplici longa tantum vel a parte ante vel a parte post, ut hic:



quia sunt ejus partes et ex illis componitur.

Et sciendum est quod triplex longa non debet perfici neque imperfici a breve et semibreve neque a minima, quia non sunt partes immediate, sed mediate; si autem partes ejus sint perfecte, possunt imperfici aut a parte ante vel a parte post, aut prout placet, remanente media perfectione integra, ut hic:

Duplex longa non potest imperfici, quia de sua natura est imperfecta; nam continet in se duas partes equales vel duas simplices longas aut de modo perfecto vel de modo imperfecto; et talis notula continens in se duas partes equales, constructa ex binario numero in quo consistit imperfectio illius artis, non potest imperfici. Duplex longa est hujusmodi, igitur, etc. Sed si partes sue sint perfecte, possent imperfici a sua tertia parte, prout placet, ut hic:



Et notandum est quod duplex longa non potest valere magis quam sex tempora, et tunc est de modo perfecto, nec minus quam quatuor et tunc est de modo imperfecto, exempla patent supra.

Digitized by Google

Sicut partes exeuntes a tali notula, si sint perfecte, possent imperfici a tertia parte, ut hic:



Potest autem duplex longa per punctum perfici scilicet immediate sequens, ut hic:



Idem est videndum de longis simplicibus imperfectis et de brevibus et semibrevibus imperfectis.

Item simplex longa de modo perfecto constituitur ex tribus temporibus, et illa potest imperfici a tertia parte scilicet a breve vel a valore et hoc a parte ante vel a parte post, quia ex illis a quibus immediate componitur potest perfici, ut hic:



Talis autem longa non potest perfici neque imperfici per semibrevem neque per minimam, quia non sunt ejus partes immediate; tamen si partes longe sint perfecte, possunt imperfici, ut hic:



De brevibus etiam idem est judicium veluti de longis, nam brevis neque potest perfici neque imperfici cum sit pars ejus immediatæ; si tamen sit perfecta, potest imperfici a semibrevi vel per valorem a parte ante vel a parte post, ut hic:



Item, semibrevis perfecta potest imperfici a minima, ut patet superius et etiam hic:



Quantum vero ad imperfectionem minima indivisibilis manet, et ideo non potest perfici neque imperfici, manente simplici; minima vult tamen alterari ut patebit inferius.

Patet enim finaliter pro regula quod sicut se habet simplex longa ad triplicem, ita brevis ad longam et semibrevis ad brevem et minima ad semibrevem, nam sicut simplex perficit et imperficit triplicem longam, ita brevis simplicem longam, et semibrevis brevem, et minima semibrevem. Unde a quibus nota componitur ab illis potest perfici et imperfici; consequenter sciendum est quod tribus modis perficitur longa que nullo modo imperfici debet a parte ante nec a parte post, nisi per litteram divisionis. Primo, longa ante longam de modo perfecto, ut hic:



Secundo modo, longa ante punctum, ut hic:



Tertio modo, si pausa longe que dicitur signum perfectionis immediate longam sequatur et hoc si fuerit ejusdem coloris, ut hic:

Isti tres predicti modi nullo modo imperfici possunt nisi per litteram divisionis; sic dicendo talis longa perficitur tanto a parte ante nominando quanto a parte post. De brevibus et semilongis, nam brevibus idem est judicium quemadmodum de brevi ante brevem vel punctum seu ante pausam brevis vel majorem non potest imperfici, nisi, sicut dictum est; de longa.

Item semibrevis ante semibrevem vel ante punctum sive ante pausam semibrevis vel ante majorem non potest imperfici. Ex predictis tribus modis omnes nascuntur alterationes, ut patebit

Digitized by Google

inferius. Quarto modo invenitur quod longa perficitur, videlicet si due breves longam sequantur, nulla brevi precedente ad eam pertinente, et si indiget puncto, ut hic :



Posset tamen prima longa imperfici a parte ante, nisi punctus eam immediate sequatur, ut patet in moteto qui vocatur *Hugo* quod edidit *Philippus de Vitriaco*.

De brevibus et semibrevibus idem est judicium. Quinto modo invenitur longam esse perfectam, scilicet si tres breves immediate longam sequantur, nulla brevi precedente ad eam pertinente, et si indiget puncto, ut hic :



Posset tamen prima longa imperfici a parte ante per brevem precedentem vel per valorem, nisi punctus immediate eam sequatur, ut patet in tenore de *Gratissima,* quem idem *Philippus* edidit. De brevibus idem est judicium. Sicque patet quot modis perficitur longa et tot modis perficitur brevis ac semibrevis, quia de longis, brevibus et semibrevibus idem est judicium.

Ad designandum tempus perfectum in cantu diversimode prolato circulus rotundus apponitur, ut hic :



Sed ad tempus imperfectum demonstrandum semicirculus figuratur, ut hic :



Rubee autem notule tribus de causis in motetis ponuntur, scilicet quando cantantur alio modo vel alio tempore vel alterius prolationis quam nigre, ut patet in pluribus motetis quos composuit *Philippus.*

Longa perfecta quintis modis imperficitur, et idem est judicium de brevibus et semibrevibus. Primo modo imperficitur longa, si sola brevis antecedit eam, ut hic :



Idem, est judicium si sola brevis antecedit brevem, aut minima semibrevem, ut hic :



Secundo modo, si longam sola brevis sequatur, ut hic : ▪ ▪ ▪ ▪ .

Idem est judicium, si sola semibrevis sequatur brevem vel minima semibrevem, ut hic :



Tertio modo si due breves longam sequantur et punctus divisionis interponatur, ut hic : ▪ ▪ . ▪ | ▪ ▪ . ▪ . Idem est judicium de brevibus et semibrevibus, ut hic : ▪ ♦ . ♦ | ♦ ♦ . ♦ ♦ .

Quarto modo, si tres breves longam sequantur habentes punctum divisionis inter primam brevem et duas breves sequentes, ut hic : ▪ ▪ . ▪ ▪ ▪ ▪ . ▪ ▪ ▪ . Idem est judicium si tres semibreves sequantur brevem vel tres medie semibrevem habentem divisionem inter primam et duas sequentes, ut hic :



Idem intelligitur de tempore perfecto et de majori prolatione.

Quinto et ultimo modo imperficitur longa perfecta, scilicet si plures quam tres breves sequantur longam, ut hic :



quia semper computande sunt tres breves pro perfectione in modo perfecto. Sed si sola brevis

Digitized by Google

in fine remaneat, reduci debet ad alteram notam ut perfectio fiat, quia sola brevis sine alia valore non potest, nec per se stare debet ad majorem evidentiam habendam; cum plures breves quam tres concurrunt, securum est post quamlibet perfectionem divisionis punctum inserere, ut hic :



De semibrevibus idem est judicium, quia cum plures quam tres semibreves sequantur brevem, tres semibreves continue pro tempore perfecto computari debent. Si vero sola semibrevis in fine remaneat, tunc reduci debet ad alteram notam ut perfectio fiat, vel signum minimitatis apponi, quia sola semibrevis non potest sine alia valore nec per se stare ; nec etiam sola minima potest per se stare; idcirco reduci debet ad aliam minimam vel ad semibrevem precedentem vel subsequentem, si fieri potest, ut perfectio fiat tam in semibrevibus quam in brevibus et etiam longis; et sic apparet aliqualiter de perfectione et imperfectione notarum.

VII.

DE ALTERATIONIBUS.

Sciendum quod omnium alterationum causa tres primi modi predicti sunt videlicet longa ante longam, longa ante punctum, et longa ante pausam longe, quod est signum perfectionis ; et breviter est notandum quod semper alteratio habet fieri in numero ternario in quo cadit perfectio veluti in numero perfecto aut in tempore perfecto vel in majori prolatione, ut patebit.

Igitur ad hoc quod due equipollent longe perfecte, oportet quod iste due breves numerum ternarium perficiant. Quidam tamen vult alterationem nullibi fieri preterquam in secundo modo, sed divisim quod alteratio semper habet fieri in ternario numero et in nullo alio videlicet cum due note equipollent tribus, ita quod prima sit minor et secunda major; et sic fit quomodo de secundo modo videlicet de brevi et longa, ut patet in sequentibus. Presertim quandocunque due simplices longe ponuntur ante unam triplicem longam vel ante valorem, ultima alteratur, ut hic : ▬▬▬ · ▬▬▬ ; vel quando due simplices longe sunt inter duas triplices longas ultima alteratur, ut hic : ▬▬▬▬, et quandoque, ut hic : ▬▬▬▬▬▬▬ ; et quando octo inter duas triplices longas, ultima alteratur, nisi punctus divisionis interponatur, ut hic : ▬▬▬▬▬▬▬▬ · ▬ .

Et notandum quod sola nota per se non potest alterari, ut quidam fatue posuerunt; de brevibus et semibrevibus nunc idem est judicium.

Preterea sciendum est quod omnis nota perfecta potest imperfici a tertia parte tam a parte ante quam a parte post, tam in alterationibus quam extra, ut patet supra verbi gratia in alterationibus.

Sint due breves inter duas longas ejusdem coloris de modo perfecto, prima longa potest imperfici a tertia parte, scilicet a brevi et a valore et ibi punctus divisionis post illam perfectionem necessarius est. Deinde brevis recta que est prima duarum predictarum, cum fuerit de tempore perfecto, imperfici potest a tertia parte que est semibrevis. Que quidem semibrevis, cum sit de majori prolatione, imperfici potest a minima que est tertia pars illius semibrevis. Secunda quippe brevis, que dicitur altera, cum in se continet duas partes, imperfici non potest, sed cum sue partes sint perfecte, ultima pars imperfici potest a tertia parte, scilicet a semibrevi. Que quidem semibrevis, cum sit de majori prolatione, imperfici potest a minima, ut patet hic : ▬♦♦♦ . ■♦♦♦ . ■♦♦♦▬ .

Idem, est judicium de brevibus et semibrevibus sicut de longis, ut hic :



Digitized by Google

Haud possent predicte longe et breves in alterationibus imperfici a parte ante et a parte post, ut patet supra. Unde notandum secundum expertos hujus scientie et approbatos magistros, quod alteratio numquam fiet ante punctum nec ante suum equale, ut brevis ante brevem, semibrevis ante semibrevem, nec minima ante minimam, sed semper ante majorem ejusdem coloris, ut patet supra; nam cum due notule ante majorem vel inter majores alterius coloris ponuntur, alterationem non recipiunt de necessitate. Ceterum qui per punctum aut per caudam hirundinis aut quoquomodo alterationem supradictis regulis repugnantem faciunt, errant et viam veritatis hujus artis ignorant.

VIII.

DE PAUSIS.

Dictis de figurationibus rectam vocem signantibus, dicendum est de pausis que omissas voces representant. Unde pausa est omissio recte vocis in debita quantitate facta alicujus note, ac si esset in acuto modo prolato pausationum. Secundum Franconem sex sunt species, sed secundum modernos sunt septem. In omnibus enim concordant antiqui et experti moderni, minima excepta; nam in tempore Franconis minima et ejus pausa erat incognita. Tamen semibrevem minorem pronunciabant antiqui veluti minimam et sic quomodo artem custodiebant, sed moderni minimam et ejus pausam invenerunt in qua totius mensurabilis musice principium consistit. Que quidem minima indivisibilis manet, sicut unitas in quantitate discreta, et hoc rationabiliter, quia non invenitur in musicis naturaliter major et minor sicut in semibrevibus, sed simplex minima et indivisibilis, ut patet supra. Cum autem fuerit alterata, hoc non habet a natura, sed virtute sequentis figure, ut patet supra in alterationibus. Sicque hujus scientie figurationes tam voces prolatas signantes quam omissas per hujus scientie peritos constitute sunt et approbate. Tamen figure ad placitum sunt ponende; unde modernis temporibus aliqui semiminimam id est crochutam, et aliqui dragmam posuerunt; aliqui vero per caudam hirundinis alterationem fecerunt, et punctum pausis dederunt, et nulla talia invenerunt, et novas produxerunt figuras. Que tamen dictis antiquorum repugnant.

Pausationum quinque sunt species, scilicet minime, semibrevis de majori prolatione, et semibrevis de minori prolatione, brevis recte et longe imperfecte sub qua altera brevis comprehenditur, eo quod mensuram eamdem tenet et pausant, longe perfecte, atque finis punctorum. Pausa vero que dicitur finis punctorum immensurabilis appellatur. Nam et ipsa in plana musica reperitur; hec tamen penultimam notam denotat esse longam in quocunque modo evenerit, et si forte ista penultima de ratione modi in quo est, brevis esset. Pausa vero longe perfecte est omissio vocis recte longe perfecte in se. Tria tempora perfecta et imperfecta comprehendens. Pausa imperfecte longe vel ulterius brevis duobus tantum temporibus sive perfecte vel imperfecte est mensurata.

Pausa autem recte brevis est omissio recte brevis in se includens solum tempus aut perfectum vel imperfectum. Pausa vero semibrevis majoris duas tenet partes temporis perfecti. Pausa semibrevis minoris tertiam partem temporis perfecti possidet; imperfectum vero tempus semibrevis non habet majorem et minorem, sed equales atque pausationes semibrevium equales.

Pausa vero minime tertiam partem semibrevis de majori prolatione aufert de minori prolatione, est altera pars semibrevis.

Iste septem pause figurari habent hoc modo. Pausa minime super lineam situatur et tertiam

Digitized by Google

partem unius spatii tantum teget ; semibrevis vero pausa de minori prolatione pendere habet sub linea et medietatem unius spatii tantum pertransire. Pausa vero semibrevis de majori prolatione per medium linee protrahitur tangendo utrumque spatium comprehendens semibrevem de minori prolatione et minimam. Pausa recte brevis unum spatium tegit tangens duas lineas.

Pausa vero longe imperfecte vel alterius brevis, quod idem est, nec ab ipsa differt nisi aliquando in figuratione duo spatia tegit, et eadem ratione tres lineas comprehendit. Pausa perfecte longe tangens lineas tria spatia comprehendit eo quod tribus temporibus mensuratur unde regula : tot continet tempora quot occupat spatia, sive fuerint perfecta vel imperfecta; pro duplici vero longa duarum simplicium longari pause figurari debent utrum de modo perfecto sint an imperfecto pausa, triplicis longe non est in usu, communiter figurari debet tribus simplicibus longis. Finis punctorum omnes lineas attingens quatuor spatia tegit. Harum omnium pausarum formule patent in sequenti exemplo ut hic :



Sciendum pro ratione quod pausa non potest perfici, neque imperfici, neque alterari, quia tot continet tempora quot occupat spatia. Item sciendum est quod in musica mensurabili reductio fieri potest tam in pausis quam in aliis figuris, ut pause pausis, vel pause notis; nam pause reduci habent aliis figuris ut iste modus perficitur in quo procedit cantus. Fit interdum pausarum reductio cum sparsim posite sint, reduci habent ad invicem ut perfectio fiat, ut gratia exempli sint : tres pause imperfectarum longarum sparsim in uno cantu et non in diversis posite. equipollent enim duabus longis perfectis, iste reduci habent, si hic modus postulat ut perfectio fiat. Recipiunt etiam pause diversos colores sicut et note ut inter ipsas et notas sive figuras ejusdem coloris conformitas fiat, sive sit in modo sive in tempore aut in prolatione. In motetis vero ponuntur diversi colores, non rubei, sed nigri, ut cantus magis elucidatur. Sed quia longum est circa ista insistere, motetis Philippi de Vitriaco remitto, qui diversis coloribus compositi sunt, ut patet intuenti.

Precipue cum pausatio semibrevis majoris figurari opportet, duarum semibrevium pause poni debent et non brevis, quia pausa, ut dictum est, non potest perfici neque imperfici. Notandum est quod pausationes poni debent in discantu et in motetis secundum motetorum modos, nam per ipsas ad invicem modi transmittantur. Unde propria primi modi pausa est longa imperfecta et brevis recta. Pausa vero secundi modi est brevis recta et longa imperfecta.

Tertii modi et quarti pausationes sunt proprie longe perfecte, improprie vero recta brevis et altera. Quinti modi pausationes sunt longe aut de modo perfecto vel imperfecto. Sexti modi pausationes sunt de brevibus et semibrevibus ac minimis; et notandum quod in uno solo discantu omnes modi concurrere possunt eo quod perfectiones omnium modorum ad unum reduci possunt; nec est vis facienda in tali discantu de quo modo judicetur : ita quod de modo perfecto aut de modo imperfecto fiat; tamen potest dici de illo modo in quo plus commoratur. Predictorum modorum pausationes in subscripto per exempla aliqualiter patent :

Digitized by Google

Quemadmodum numeri naturalis divisio sit, cum per gradus decrescit per quos crescebat, ita totius musice mensurabilis divisio gradatim diminuitur sicut numerus naturalis crescit de minori numero ad majorem incipiendo ab unitate; sed decrescit de majori numero ad minorem quousque ad unitatem pervenitur; sic tota mensurabilis musica ab unitate per binarium numerum ad ternarium numerum, in quo omnis perfectio hujus scientie consistit, gradatim ad perfectionem crescit de qua perfectione dicitur supra. Et per quos gradus ascendit, per illos habet descendere, et non per alios. Decrescit igitur a majore ad minorem, ad minimam, nam ubicumque est numerus ternarius, ibi est major, et ubi binarius, ibi est minor, et ubi unitas, ibi est minima, quia ista convertuntur. Sed notandum est quod unitas dupliciter potest considerari videlicet prout est quantitas, et sic potest dividi, aut prout est quantitas principium, et sic manet indivisibilis.

Primus quippe gradus crescendi ad perfectionem a minima prolatione vocis incipit procedendo per semibrevem imperfectam ad semibrevem perfectam.

Secundus vero gradus crescendi ad perfectionem incipit a semibrevi procedendo per brevem imperfectam duas in se continentem semibreves ad brevem perfectam.

Tertius enim crescendi gradus ad perfectionem incipit a brevi recta, que est musice in plenitudine vocis procedendo per longam imperfectam duas breves eedem nature in se continentem ad longam perfectam, sicque gradatim potest ascensus fieri in infinitum, incipiendo a primo gradu, sed nunquam ad ultimum gradum pervenitur. Per eosdem quoque gradus musica mensurabilis decrescit per quos et crescit et in quolibet gradu decrescente major, minor et minima connumerantur, ut gratia exempli : longa perfecta dicitur major in suo gradu; longa vero imperfecta dicitur

Digitized by Google

minor, et brevis recta in illo gradu dicitur minima. Insuper brevis recta atque perfecta dicitur major in suo gradu; brevis imperfecta dicitur minor, et semibrevis regula illorum dicitur minima, et juste quia est minimum in plenitudine vocis. Item semibrevis perfecta dicitur major in primo gradu, et semibrevis imperfecta dicitur minor. Sed minima in illo gradu est illud quod est minimum in prolatione vocis et est indivisibilis, nam est principium mensurabilis musice. Isti predicti gradus, non secundum gradus comparationis procedunt, quod si sic dicerentur ascendendo magnus, major, maximus et decrescendo parva, minor, minima. Sed autores majorem et minorem ac minimam in musica mensurabili posuerunt ad designandum quod in ea ad minimum et ad medios gradus pervenitur, sed nunquam ad gradum maximum. Sicut enim tota mensurabilis musica sub quadruplicis figuris nobis representatur, ut patet supra, et per istas diversimode voces sive note pronunciantur, sic figure, prout divisio fiat, diversi mode signantur, quia tota ista musica per longas et breves et semibreves procedit ac per minimas dividatur. Illa nota sive vox, que modus perfectus dicitur, in duas partes; prima pars erit major et secunda minor, vel e contra et figurari debent, ut hic :



Si autem dividitur in tres partes, erunt equales et figurari debent, ut hic : ▮■■■. Sit enim divisio in temporibus perfectis, aut enim frangitur tempus in duas partes, aut in tres. Si enim per duas partes, tunc prima est major et secunda minor vel e contra et sic figurari habent : ■♦♦■; si vero in tres partes scinditur, erunt equales, ut hic : ■♦♦♦. Item, fiat divisio in semibrevibus de majori prolatione ; si enim dividitur semibrevis talis in duas partes, prima erit minor et secunda minima, vel e contra, ut hic :



Si enim predicta semibrevis talis in tribus partibus dividitur eruntpartes omnes equales, ut hic :



Ex quibus patet quod modus perfectus de tempore perfecto ad majus in tribus temporibus dividitur, novem semibreves continentibus vel valorem, ut patet supra in arboribus ; tempus vero perfectum in tres semibreves partitur tantum novem minimas vel valorem continentem. Sicque in tempore perfecto plures quam novem minime ingredi non possunt quod valde difficile pronunciari divisim valent.

Objiciunt quidam et dicunt quod continuum est divisibile in infinitum; cum tempus est continuum. Voces quidem mensurate sunt ex tribus, quapropter divisibiles erunt in infinitum. Sed dicitur quod tempus prout in musica mensurabili sumitur, ut patet supra, non est continuum, sed discretum quod caput est musice, sicut unitas numeri; sed contra non est dare unitatem quin est divisibilis in minuta et minute in secundas et sic deinceps; quibus dicendum est quod sicut minute sive secunde sive plures videlicet due vel tres vel quatuor, etc., et si sint plures cadunt sub numero et sic quo ad numeros incipiendum est ab unitate, tamen iste minute ad musicam non pertinent, sed ad astronomiam. Precipue cum modus perfectus dividitur, hoc habet fieri per duas partes equales que breves dicuntur, ut hic : ▮■■ ; idem est judicium de tempore imperfecto : ■♦♦, et etiam de semibrevi de minori prolatione. Sed omnis nota de sua natura imperfecta per punctum perfici potest, et in hoc cantu reduci, nam cum longe de modo imperfecto apponuntur, valent tria tempora. Sed reductio quarto tempore equipollent duabus longis imperfectis, ut hic : ▮■▮▮.

Digitized by Google

Idem est judicium de tempore imperfecto, cui, si apponitur punctus, valet tres semibreves; sed reducta quarta semibrevi equipollent longe imperfecte, ut hic : ¶ ¶. Idem etiam est judicium in semibrevibus et minori prolatione cui, si addatur punctus, valet tres minimas; reducta autem quarta minima equipollent brevi imperfecte de minori prolatione, ut hic :



Et quia musica mensurabilis per modos et tempora atque prolationes procedit, de eis in sequentibus patebit. Unde modus perfectus in tribus temporibus diversimode dividitur, ut hic :



Modus vero imperfectus per duo tempora partitur, ut hic :



Tempus autem perfectum de majori prolatione diversimode figuratur prout pronunciatur, ut hic :



Et his similibus. Tempus vero imperfectum de majori prolatione divisum erit per duas semibreves in quibus tantum sex permanent minime que pronuntiari, difficile possunt; figurari enim diversimode debent, ut hic :



Et his similibus. Tempus vero perfectum de minori prolatione in tres frangitur semibreves in quibus tantum sex minime permanent. Figuratur enim diversimode, prout pronunciatur, ut hic et his similibus :



ut sic in quo cadit reductio :



Tempus vero imperfectum de minori prolatione per duas semibreves decrescit in quibus tantum quatuor permanent minime. Figuratur in diversimode prout pronunciatur, ut hic :



Per predicta patet quod due minime equipollent semibrevi de minori prolatione et reduci habent. Equipollentia etiam fit in minimis inter tempus perfectum de minori prolatione et tempus perfectum de minori prolatione et tempus imperfectum de majori prolatione. Fit etiam equipollentia inter modum imperfectum de tempore perfecto de majori prolatione et modum perfectum de tempore imperfecto ejusdem prolationis ac etiam modum perfectum de tempore perfecto de minori prolatione. Equipollent etiam isti tres modi, videlicet modus imperfectus de tempore imperfecto de majori prolatione et modus perfectus de tempore imperfecto de minori prolatione ac modus imperfectus de tempore perfecto de minori prolatione, ut patet supra in arboribus. Cum dant enim iste equipollentie quod si per minimam festinatur tempus aut protrahitur, statim de una mensura transit in aliam; hec autem fit aut in prolatione vel in tempore aut in modo, exemplum patet inter modum imper-

Digitized by Google

fectum de tempore imperfecto de minori prolatione et tempus perfectum de majori prolatione. Istud vero tempus per minimam excedit modum, ut patet supra in arboribus distantia prima. Equipollentie enim supradicte atque reductiones mensure pronunciandi difficultates creant, que quidem tractus latine, Gallice termini et syncope a multis nominantur. Denique in modulando musicam mensurabilem, que discreta dicitur, talis mensura pronunciari debet ut in tempore perfecto de majori prolatione ingredi possunt tantum novem minime. In tempore vero imperfecto de majori prolatione sex minime habent intrare et non plures. Item tempus perfectum de minori prolatione ita habet mensurari ut sex minime tantum in eo ingredi possunt. Item, imperfectum tempus de minori prolatione tantum quatuor minimas optinet; exempla horum in arboribus supradictis patent, et hec de musica discreta ad presens sufficiunt.

De discantu.

De consonantiis et dissonantiis.

Quum de plana musica, cum additionibus Boecii et Guidonis ac etiam de figuris voces breves et longas in musica mensurabili significantibus sufficienter tractatum est, jam restat voces illas figuris mensuratis que consonantie dicuntur explicare. De consonantiarum namque ortu dictum est in secundo principali, ex quibus oritur nobis discantus. Unde discantus est aliquorum diversorum cantuum consonantia in qua illi diversi cantus per voces longas et breves et semibreves atque minimas proportionaliter adequantur, et in scripto per debitas figuras proportionalitate ad invicem designantur. Discantus enim sic dividitur: discantus alius est simplex prolatus, id est sine fractionibus; alius est copulatus qui dicitur copula, id est floratura; et alius truncatus qui hoketus dicitur. De his per ordinem est dicendum; sed quia quilibet discantus per consonantias, ut dictum est, regulatur, de consonantiis et disconsonantiis factis in eodem tempore et in eadem voce vel in diversis vocibus videndum est.

Consonantiarum octo sunt species, dissonantiarum vero sunt quatuor. Que simul juncte cum unisono tredecim faciunt; que quidem dicuntur musice species, de quibus dictum est in tertio principali. Ex predictis consonantiis quatuor perfecte consonantie dici possunt et quatuor imperfecte. Perfecte vero consonantie sunt dyapason, dyapente, dyatessaron ac tonus dicuntur, et ratio est quia per istas et per nullas alias consonantias monocordum dividitur. Que semper infallibiliter in ceteris proportionibus habent fieri, nam tonus nullibi invenitur preterquam in sexquioctava proportione; dyatessaron vero in sexquitertia proportione; dyapente autem in sexquialtera proportione; dyapason enim in dupla proportione. Indubitanter inveniuntur quarum principium est unisonus, que semper proportionem tenet equalitatis; nam, ut ait Boetius, libro secundo capitulo sexto, sicut unitas pluralitatis numeri est principium, ita equalitas proportionum sed recedente acuto ab equalitate statim fiet inequalitas. Sic cum recessus fuerit ab unisono, statim aut fit dissonantia aut consonantia; et hoc apparere potest in acuto instrumento duas cordas extentas et unisonantes habente; cetere vero consonantie, videlicet semiditonus, ditonus, semitonium cum dyapente aut tonus cum dyapente imperfecte dici possunt; et ratio est quia in nullis certis sicut cetere consonantie cadunt proportionibus.

Precipue ex dictis consonantiis alie sunt consonantie concordantes, alie vero consonantie discordantes. Consonantie quippe concordantes sunt semiditonus, ditonus, dyapente, tonus cum dyapente ac dyapason quibus additur unisonus.

Digitized by Google

Iste consonantie sex faciunt concordantias de quibus alie sunt concordantie perfecte, alie vero imperfecte, ut patebit in sequentibus. Consonantie vero discordantes sunt tres, videlicet tonus, dyatessaron et semitonium cum dyapente. Iste dicuntur imperfecte discordantie ad doctrinam dissonantiarum que perfecte discordant. Que quidem dissonantie quatuor sunt species, scilicet semitonium, tritonus, semiditonus cum dyapente et ditonus dum dyapente. Unde perfecta discordantia dicitur, quando due voces sic conjunguntur quod se compati non possunt secundum auditum. Imperfecte discordantie dicuntur, quando due voces conjunguntur sic quod quodammodo se compati possunt secundum auditum, sed discordant.

Et nota quod omnis imperfecta discordantia immediate ante concordantiam bene concordat. Et sciendum quod ex discordantiis perfectis et imperfectis, alie oriuntur super dyapason, sicut etiam ipse super unisonum orte sunt. Que quidem ejusdem sunt qualitatis, ejusdem similitudinis, et pares in elevationibus et depositionibus, ut scilicet semitonium super dyapason, tonus super dyapason, dyatessaron super dyapason, et sic de singulis discordantiis usque ad duplicem et triplicem dyapason et etiam in infinitum. Cum autem de dyatessaron consonantia mentio fiat que perfecta consonantia est et una de principalibus consonantiis, nam in musice proportionibus et quantitatibus magis versatur et monocordum per illam frequentius meditatur, ac etiam per illam *b* et ♮, investigatur, et semitonium magis et minus per eam demonstratur; et sicut principalis est consonantia, ita asserunt multi eam esse principalem concordantiam aut unam de principalibus, quod autem una est de principalibus consonantiis et perfecta consonantia. Et omnes auctores hoc affirmant, et ratio est quia tam in elevando quam in deponendo firmiter suam tenet proportionem, et etiam quod inter musicales proportiones magis versatur quam cetere supradicte, non est ambiguum. Quod autem per se sit concordantia nullo modo asserendum est; nam si concordaret cum prima gravi voce, concordaret etiam super octavam vocem quia sunt consonantie prima vox et octava, ut patet in secundo principali. In octava voce redeunt omnes qualitates et quantitates videlicet elevationes et depositiones, ordines tonorum et semitoniorum, que in prima voce erant propter perfectionem et unitatem consonantie.

Quod non concordat dyatessaron consonantia super octavam vocem, id est super dyapason, probabitur per Boetium, igitur nec cum prima voce. Si autem supposita sit alteri consonantie, concordantia aliquando reddit, ait Boetius libro secundo capito 24°; sic si dyapente jungitur dyatessaron, nunc simul unum dyapason creant. Huic vero, id est dyapason, rursum dyapente simphonia jungatur, fit consonantia que ex utribusque vocabilis nuncupatur dyapason, scilicet ac dyapente, et cetera. Si dyatessaron addatur, fit bis dyapason, que quadruplam proportionem tenet. Quod si dyatessaron ac dyapason consonantias jungantur, nullam efficiunt consonantiam. Sed mox fit discordantia, ut probat Boetius ibidem, per musice proportiones; et sic patet quod, quando dyatessaron sit, ut dictum est, reddit concordantiam. Affirmant forte aliqui omnem consonantiam fore concordantiam, et allegant illud Boetii libro primo; sic dicunt : Consonantia est dissimilium inter se vocum in uuum reducta cencordia, et capito septimo sic inquit : Consonantia est acuti soni gravisque mixtura suaviter uniformiter que auribus accedens; dissonantia e contra, ut patet in primo principali qua, secundum expositores, dicendum est quod suaviter dicitur ad doctrinam dissonantiarum, uniformiter vero id est in discordia.

Dicto autem de discordantiis consequenter

Digitized by Google

dicendum est de concordantiis que sex sunt species, ut supra patet, videlicet unisonus, semitonus, etc. Secundum autem auctoritatem Boetii superius tractam, consonantia est dissimilium inter se vocum in unum redducta concordia, ut supra. Contra unisonum objici potest quod non sit concordantia cum non est consonantia; sic unisonus, quippe non est concordantia, quia non est consonantia; non enim consistit ex dissimilibus inter se vocibus, sed quasi una vox permanet et omnis concordantia est consonantia. Quapropter videtur quod unisonus non est concordantia.

Unisonum non esse consonantiam manifestum est, sed concordantiam, quia non omnis consonantia est concordantia, nec e contrario; unde nihil perfectius concordat duabus in unisono cantantibus. Est enim consonantiarum principium atque proportionum et una de concordantiis principalibus.

Precipue concordantiarum alie sunt perfecte et alie imperfecte; perfecte autem concordantie sunt que tam in elevando quam in deponende constanter suas retinent proportiones, que sunt dyapente et dyapason, quibus additur unisonus propter suam perfectam concordantiam. Et licet in proportionibus non cadit, tamen est proportionum principium. Dyapente enim que est quina vox sub tribus tonis cum semitonio semper continetur que quidem habet infallibiliter fieri in sesquialtera proportione. Dyapason vero est octava vox a gravi; quinque tantum tonos cum duobus minoribus semitoniis sibi vindicat, que semper habet fieri in dupla proportione. Unisonus propter suam immobilitatem perfecta concordantia dicitur. Que quidem concordantia in proportione equalitatis manet. Presertim imperfecta concordantia ab instabilitate sua merito denominatur, que de loco movetur in locum et per se inter nullas certas invenitur proportiones. Tales enim sunt semiditonus, ditonus, et tonus cum dyapente; nam semiditonus et ditonus que tertiam tenent vocem, diversimode variantur, prout cantus ascendit et descendit ut patet in tertio principali. Tonus vero cum dyapente semper habet fieri in sexta voce, sed sexta vox aliquando fit in dyapente cum tono et aliquando in dyapente cum semitonio. Cum autem fuerit sexta vox in tono cum dyapente, dicitur imperfecta concordantia; si autem fuerit semitonium cum dyapente, dicitur discordantia imperfecta; sicque patet que sint perfecte concordantie et que imperfecte.

Ex predictis concordantiis alie oriuntur concordantie que ejusdem sunt qualitatis, ejusdem similitudinis et pares in elevationibus et depositionibus super dyapason quemadmodum predicte concordantie sunt super unisonum, ut patet in secundo principali. Sunt enim iste : videlicet semiditonus super dyapason, ditonus cum dyapason, dyapente cum dyapason, tonus cum dyapente super dyapason et bis dyapason; et sic concordantie possent sumi in infinitum, si hominis voce possibile esset.

Qualiter discantandum est.

Visis concordantiis et discordantiis supradictis, considerandum est qualiter cum concordantiis perfectis et imperfectis in discantu operandum est, dissonantiis semper evitatis. Sed quia discantus simplex dupliciter potest considerari, primo videlicet dicitur discantus quasi diversorum cantus, secundo quasi cum cantu sumptus. Uterque incipere potest cum cantu id est in unosono, aut incipere potest in alio sono prout tenor sive planus cantus habet ascensum et descensum. Unde intelligendum est quod omnis discantus habet incipere et finire semper in aliqua concordantiarum perfectarum; demum prosequendo per concordantias perfectas et imperfectas, permiscendo aliquando et transcurrendo per discordantias imperfectas in locis debitis, ita quod quando tenor ascendit, discantus descendet et e contrario; et

Digitized by Google

specialiter in concordantiis perfectis, quia nunquam due concordantie perfecte consequenter fieri debent, nec ascendendo nec descendendo, nisi pausa intervenerit; aut quando tres cantus simul modulantur. Et non potest fieri aliter bono modo, quoniam due perfecte concordantie aut ascendendo vel descendendo concurrunt forte propter majorem melodiam, tunc unus istorum cantus fiet in concordantiis imperfectis, ut gratia exempli si duo sint dyapason, alius erit in decima voce et in sexta vel e contrario, aut fient due decime.

Item concordantie imperfecte due vel tres possent dici consequenter cum tenore tam ascendendo quam descendendo propter pulchritudinem cantus, demum ab illis recurrendum est ad consonantiam perfectam. Item notandum est quod in principio omnium perfectionum, quamvis sit longa vel brevis aut semibrevis, utendum est semper concordantiis cum a multis supradicti termini videlicet semiditonus, ditonus, et ceteri concordantias insinuantes et ad discantum pertinentes non de facili concipiuntur; idcirco facilioribus terminis utendum est. Unde sciendum est quod concordantie in hominis voce sufficientes sunt, he videlicet : unisonus, tertia vox, quinta, sexta, octava, decima, duodecima, tertiadecima et quinta-decima; ex quibus, ut supradictum est, alie sunt perfecte concordantie et alie imperfecte. Perfecte vero concordantie sunt unisonus, quinta, octava, duodecima, et quintadecima vocis; cetere vero concordantie sunt imperfecte. In concordantiis perfectis discantus habet semper incipere et finire; unde si planus cantus et tenor valde grave inciperit, discantus incipere potest in duodecima voce, vel in quintadecima. Si non valde grave inceperit principium, discantus in octava voce vel in duodecima poni potest; si vero tenor, non minus alte, sed mediocriter fuerit inceptio, discantus poni potest in quinta vel octava voce a tenore; si autem tenor, id est planus cantus, valde acute situatur, discantus incipere potest cum plano cantu vel in quinta voce a tenore. Demum posito principio in aliqua predictarum concordantiarum, prosequendum est ad proximas concordantias quo bono modo fieri potest ita quod cum planus cantus ascendit, discantus descendet, et é contrario; excepto, ut dictum est, quod tenor et discantus propter pulcritudinem cantus quandoque simul ascendunt et descendunt per duas vel per tres concordantias imperfectas, recurrendo statim ad concordantiam perfectam.

Ut ad majorem experientiam discantus in corde humano concipiatur, per exemplorum demonstrationes utilitas gravatur.

Et primo exemplificandum est qualiter est cantandum si planus cantus descendat discantu incipiente in unisono, ut hic [1]:

Sic vel sic qualiter discantandum est ab unisono plano cantu manente in unisono, ut hic :



Qualiter discantandum est a tertio plano cantu descendente :

1 Notæ vacuæ rubeo colore depinguntur in codice.

Digitized by Google

Qualiter discantandum est a tertia vel a quinta plano cantu in unisono manente :



Quomodo discantandum est a quinta, plano cantu descendente :

Quando discantandum est a sexta plano, cantu in eodem manente, ut hic :

Qualiter discantandum est ab octava, voce plano cantu descendente sive in eodem manente :

Quomodo discantandum est a decima nota plano cantu in eodem manente sive descendente. Et notandum quod decima nota et tertia sunt ejusdem nature tam in ascendente quam in descendente, ut patet tertio principali :



Digitized by Google

Quomodo discantandum est duodecima nota plano cantu descendente sive in eodem manente, ut hic :

Qualiter discantandum est a tertiadecima sive quintadecima, nota plano cantu in eodem manente sive descendente :

Qualiter discantandum est a duodecima plano tantum ascendente, ut hic :

A decima plano ascendente, ut hic :

Ab octavo plano cantu ascendente :

Digitized by Google



Qualiter discantandum est a quinta, plano cantu ascendente :

Quomodo discantandum est a tertia, plano cantu ascendente :



Cum autem planus cantus ad quartam vocem vel ad quintam ascendat, et fuerit in tertia vel in aliqua alia concordantia supradicta planum canticum non licet amplius descendere quam ad tertiam sub plano cantu, alio vel aliis discantantibus supra planum cantum, et hoc solummodo fiat quando quinta vel duodecima supra planum cantum non modulantur; que quidem consonantie ad primam tertiam, que gravior est nota, dissonant; alie vero consonantie resonant concordantiam.

Item si fuerit in unisono, et planus cantus ascendat per quintam vocem vel per duas aut per tres, non licet amplius descendere sub plano cantu quam ut predicitur.

Qualiter discantandum est a tertia, plano cantu ascendente et descendente, ut hic :



A sexta, plano cantu descendente, ut hic patet :

A quinta, plano cantu descendente :

Item notandum quod in curia Romana et ecclesia Francie non ascendunt per sextas cum plano cantu, nisi fuerit raro, et hoc ut in sequente exemplo patet :

Qualiter discantandum est a decima, plano cantu ascendente et descendente :

Sie patet per predicta exempla qualiter discantus potest ascendere et descendere diversimodo. Unde si duo vel tres discantent super planum cantum, minus debent in quantum possunt, ut incipiant et continuent in diversis concordantiis ; hoc enim facient si per predictas regulas discantent. Si enim unus illorum concurrerit cum alio et cantat in concordia, statim signare se debent ad aliam concordantiam tenendo regulas supradictas. Cum enim discantare volueris sub plano cantu et fueris in duplo, in sexta, in quinta, in tertia, in duodecima aut quintadecima, discantare debes ascendendo et descendendo modo et forma quo vel qua discantares. Si supra planum

Digitized by Google

cantum esses, tantummodo discantaveris sub plano cantu. Nullus potest cantare supra hunc nisi sit expertus gravium de vocum sedibus, quia omnes superiores voces ad graviores habent recedere ad hoc quod consonantia bona sit.

Alius modus discantandi invenitur, quoniam, si bene pronuntiatur, artificiosius auditur et apparet, cum tamen valde levis sit. In isto modo plures super planum cantum discantare apparebunt, cum tamen in rei veritate unus tantum discantabit, alii vero planum cantum in diversis concordantiis modulantur. Hoc modo sint quatuor vel quinque homines: primus incipit planum cantum in tenore; secundus paret vocem suam in quinta voce; tertius vero in octava voce, et quartus, si fuerit, ponat vocem suam in duodecima voce. Hi omnes, concordantiis inceptis, continuabunt planum cantum usque in finem. Qui vero in duodecima et in octava voce simul et continue cantant, frangere debent et florere notas, prout magis decet mensura. Sed nota bene, tenor quippe integre notas pronunciet in mensura.

Is vero qui discantabit, vocem suam non modo ponet in concordantia perfecta, sed etiam in concordantiis imperfectis videlicet in tertia, sexta et decima. Per istas enim concordantias discurrat ascendendo et descendendos secundum quod magis sibi videbitur expedire et auditori placere; sicque unus in discantu expertus, habehs etiam vocis humilitatem, potest cum aliis sic canentibus magnam facere melodiam. Sufficit enim quod sint quatuor simul canentes, si unus fuerit qui discantet continue duodecimam notam.

De modo operandi in discantu, de conductis, et de modo pronuntiando tenorem.

Modus operandi in discantu talis est: aut enim discantus cum littera aut sine; si cum littera, hoc est dualiter: aut cum eadem littera discantus fit ut in cantilenis, rondellis et in quodam cantu ecclesiastico; aut cum diversis litteris fit discantus, ut in motetis qui habent triplum cum tenore in quibus tenor equipollet littere. Cum littera et sine sic discantatur, ut in conductis et discantu acuto ecclesiastico qui proprie organum appellatur. Nota quod his omnibus idem est modus operandi exemplo musice; quia in omnibus aliis primo accipitur cantus prius strictus, secundum aliquem modorum mensuratus, qui tenor dicitur, eumdem discantum tenet, et ab ipso tenore ortum habet discantus. In conductis vero non sic, fiunt ab eo cantus et discantus. Unde aliter operandum est in illis quam in aliis cantilenis. Qui vult ergo conductum facere, primo cantum invenire debet, deinde uti debet pro tenore super quo fiet discantus, ut dictum est; postea procedendum est per concordantias perfectas et imperfectas, permiscendo aliquando et transcurrendo discordantias in locis debitis.

Item intelligendum est quod in omnibus modis utendum est concordantiis in principio perfectionis, sive perfectio illa sit longa vel brevis aut semibrevis. Qui autem ad triplum operari voluerit, respicere debet ad tenorem, ut si discantus ita discordat cum tenore, non discordet cum triplo et e contrario, ita quod semper habeatur concordantia ad graviorem vocem, et procedat ulterius per concordantias, nunc ascendendo nunc descendendo cum discantu, ita quod non semper cum alto tantum sedet. Qui autem quadruplum vel quintuplum operari voluerit, inspicere debet cantus prius statos, ut si cum uno discordat, cum aliis non discordet, ut concordantia semper habeatur ad graviorem vocem nec ascendere debet cum ipsorum altero, sed nunc cum tenore nunc cum discantu, etc.

Notandum quod tam in discantu quam in triplicibus et in aliis cantilenis incipienda est equipollentia in perfectionibus longarum, brevium et semibrevium ac minimarum, ita quod tot sint per-

Digitized by Google

fectiones in tenore quot sunt in triplo, vel in discantu, et e contrario, computando tam voces rectas quam omissas usque ad penultimam, ubi non attenditur talis mensuratio, sed organicus punctus.

Sciendum est, secundum Curiam Romanam et Francigenos et omnes musicales cantores, quod tenor, qui discantum tenet, integre et solide pronunciari debet in mensura, ne supra discantantes dissonantiam incurrant. Et hoc ratio exigit, nam sicut super instabile fundamentum stabile edificium construi non potest, sic per instabilem tenorem vix sine dissonantia discantus pronunciari potest. In motetis quippe et rondellis ac etiam in aliis cantilenis, tenor, prout figuratur, pronunciari debet. Tamen non est contradicendum tenorem pronuncianti, pulchras ascensiones et descensiones facienti, quando sentit se discantu non impediri, sed potius comendandum. Hoc enim oportet tam ex usu quam ex scientia. Sunt itaque nonnulli cantores in aliquibus mundi partibus qui musice naturam pervertunt, facientes de acumine fundum et e contra, pronunciando triplum in tenoris voce et e contra, et hoc tam in motetis quam in discantu; isti non sunt cantores musicales, sed cantores ministrales qui non arte, sed usu canunt.

De copula.

Copula est velox discantus ad invicem copulatus, sicuti est brevis partita sive fracta in semibrevibus, et semibrevis in minimis que copulari sive computari debent ad unam perfectionem. Copularum alia perfecta est, alia imperfecta. Copula vero perfecta est cum tres semibreves vel valor, sive sint de majore prolatione sive de minori, pro tempore perfecto computantur. Copula vero imperfecta cum due semibreves vel valor computantur pro tempore imperfecto, sive fuerint de majore prolatione sive de minori, ut patet supra. In divisionibus perfectionum copularum figure distribui possunt super litteram in discantu motetorum et aliarum cantilenarum, prout decens videbitur componenti.

Et notandum quod in omnibus modis discantandi utendum est semper concordantiis in principio copularum, deinde prosequendo per consonantias perfectas et imperfectas, ut dictum est, et sic copula damnabilis non erit. Aliter enim magister Franco copulam nominavit, videlicet ligatam et non ligatam; copulam dixit ligatam que incipiebat a simplici longa prosequendo per binariam ligaturam non habentem divisionem modi inter primam simplicem longam et ligaturam sequentem, ut hic : . Copulam non ligatam vocavit perfectionem non ligatam, ut hic : ■ ■ ■ ■ ■ ♦ ♦ ♦ . Et sciendum est quod in tempore Franconis non erat mentio de modo imperfecto, nec de tempore imperfecto, neque de minima. Tunc pronuntiabantur longa et brevis ita velociter ut nunc tempus imperfectum; temporibus modernis magis expresse musica figuratur; et Franconi non repugnat, sed potius defectus supplentur; et quod superfluum erat, resecatur, ut patet supra in figurationibus et alibi.

De truncationibus que Hocketi vocantur.

Truncatio est cantus rectis vocibus omissisque truncatim prolatus. Et sciendum est quod truncatio tot modis potest proferri quot longa et brevis contingit partiri; longa enim simplex partibilis est in longam et brevem, vel in brevem et longam, aut in tres breves equales, vel in duas breves, dividi potest ex his. Longa vero duplex vel triplex in pluribus dividi potest.

Ex his igitur omnibus cantus truncatio per voces rectas et omissas procedit, ita dum unus pauset, alius non pauset, vel e contrario, ut patet supra in pausationibus sex modorum. Unde truncatio idem.

Digitized by Google

est quod hoket. Brevis ergo partibilis est in tres semibreves vel in duas, et ex hoc cantus hoketus unam brevem omittendo in uno cantu et aliam in alio cantu. Idem faciendum est in semibrevibus, ut patet superius in pausationibus sex modorum. Truncatio semibrevis in tempore perfecto patet hic :

Et notandum est quod ex truncationibus predictis cantantur hoketi vulgares qui sunt omissiones longarum brevium et semibrevium ac minimarum. In omnibus autem istis truncationibus observanda est equipollentia in temporibus et concordantia in vocibus rectis ; et super omnia etiam cavendum est ne per truncationes fiat recisio alicujus dictionis in cantilenis. Item sciendum est quod quelibet truncatio fundari debet super excogitatum tenorem vel supra certum cantum, sive sit vulgare sive latinum, ut semper unus cantet, dum alius tacet ; aut si triplex fuerit, duo cantent dum alius tacet ; et sic est truncatio sive pausatio in omnibus modis, ut superius dictum est ; et hec de HOKET sufficiant.

De organo.

Dicto de musica mensurabili que simpliciter in omni parte sua tempore mensuratur, que quidem musica discantus dicitur, jam dicendum est de musica que partim mensurabilis est, que quidem organum appellatur ; et dicitur partim mensurabilis eo quod non in omni parte sua tempore mensuratur. Unde tanta vicinitate discantus et organum connectuntur ut medium non habent ; recedente discantu a mensura, statim fit organum et e contrario. Et sciendum quod secundum dictum vulgare organum habet dupliciter considerari, videlicet proprie et communiter.

Communiter vero organum appellatur quilibet cantus ecclesiasticus tempore mensuratus, sed organum proprie sumptum mensuram non retinet ; modum pronunciandi notas habet ; et illud purum organum appellatur, quia a dulcedine et melodia originem trahit. De auctore autem organi atque ejus inventione certitudinem aliter non in nomine quam in Genesi, capitulo quarto, ubi dicitur quod Jubal fuit pater canentium in cithara et in organo. Verumtamen sicut de Grecia musica descendebat ad nos, ita organum ; nam anno Domini 797 venit organum primo in Franciam, missum a Constantino, rege Grecorum, Pipino Imperatore. Non enim erat musica tunc mensurata, sed paulatim crescebat ad mensuram usque ad tempus Franconis qui erat musice mensurabilis primus auctor approbatus. Precipue sciendum est quod organum purum haberi non potest nisi super solum tenorem et sine mensura ; hoc modo cantans tenorem in aliquibus locis fingere debet. Unde quando per consonantiam sentit concordantiam aliquam perfectam minuere et specialiter in penultima, tunc se ad concordantiam debet signare ; cantans vero organum super tenorem tunc modo modulari habet ut quamdiu organum purum durat, discurrere per notas opportet sine mensura usque ad concordiam, sed cum ad concordiam perfectam pervenerit moram, ibidem trahet et specialiter super penultimam, ut hic :

Digitized by Google

In ipso autem organo longe et breves tribus regulis cognoscuntur. Prima regula est : quicquid notatur in longa simplici longum est, et in brevi breve, et in semibrevi semibreve. Secunda regula est : quicquid est longum indiget concordantia ad tenorem, sed si discordantia venerit, tenor taceat vel se in concordiam signat. Tertia regula est : quicquid accipitur immediate ante pausationem que finis punctorum dicitur, est longum, quia omnis penultima longatur. Et hec de musice continue et etiam discrete principiis sufficiant ad presens; que tanto, ut credo, acceptiora sunt, quanto aliorum dictis concordiam habent; nam in isto libello nihil apposui quod non ab auctoritatibus et a magistris peritis et approbatis, mediante gratia Dei, addidici.

EXPLICIT.

XXIX

ANONYMI II

DE MUSICA ANTIQUA ET NOVA

Ad evidentiam valoris notularum, sciendum quod quotienscumque nota quadrata invenitur habens tractum ascendentem vel descendentem a parte dextra longa dicitur, ut hic :



Et illa longa aut est perfecta, aut est imperfecta. Si sit perfecta, valet tria tempora; si sit imperfecta, valet duo. Etiam si cantus sit perfectus, valet tria; si non, valet duo.

Item quandocumque punctus quadratus invenitur carens omni tractu, brevis dicitur; et valet unum tempus, nisi in dispositione tertii modi; quia quandocumque inter duas longas inveniuntur due breves, prima brevis valet unum tempus, et secunda duo; quantumcumque sint ejusdem figure; ut hic :



Item quandocumque punctus quadratus invenitur, qui sit formatus ad modum losange unius, semibrevis dicitur; ut hic :



Et nota quod tales tres valent brevem rectam.

Item istius triplex est species sive genus; quia quedam est major, quedam minor, quedam minima. Et dicitur major, quando tres pro tempore perfecto inveniuntur, vel duo pro tempore imperfecto; ut hic :



Digitized by Google

Minor dicitur, quando due conjunguntur insimul, ita quod una illarum est minima; ut hic :



Item omnes sunt minime que sunt plicate a parte superiori; ut hic :



Item istud est intelligendum secundum novum modum notandi, quia antiquitus non fiebat per istum modum.

Notandum est ulterius quod talis est proportio inter istas notas, quod longa perfecta valet tres breves semper perfectas. Recta brevis valet tres semibreves majores, si sit perfecta; si vero sit imperfecta, duas.

Recta semibrevis valet tres minimas; que quidem minime sunt equales, quia amplius dividi non possunt.

Longa imperfecta valet duo tempora que per duas breves designantur.

Brevis autem imperfecta valet duas semibreves majores.

Semibrevis autem major in perfectis et in imperfectis duplici modo dividitur; scilicet in duas vel tres. Si in duas dividitur, tunc una erit minor et altera minima; si in tres, tunc sunt minime et sunt equales.

Et hic de simplicibus figuris quantum ad presens sufficiat.

Omnis ligatura aut est continua aut discreta. Et sciendum est quod quando due note uno corpore formantur, tunc dicitur continua. Si vero plures sibi invicem copulantur, dicitur discreta. Item omnis ligatura aut est cum proprietate, aut sine proprietate; et de istis dantur tales regule.

Omnis ligatura descendens sine proprietate, prima longa dicitur, ut hic :



Item omnis ligatura descendens cum proprietate, prima brevis dicitur, ut hic :



Item omnis ligatura ascendens sine proprietate, prima brevis :



Inveniuntur et ligature cum opposita proprietate; et tales ligature sunt que habent tractum ascendentem supra primam. Unde de istis est regula : quia omnis ligatura cum opposita proprietate tam ascendens, quam descendens, tam in uno corpore quam in diversis formata habet duas primas semibreves majores, ut hic :



Item de mediis sciendum est quod medie note ligaturarum, id est omnes que sunt inter primam et ultimam in omni ligatura sunt breves, ut hic :



De ultimo autem sciendum est, quod omnes ligature diversis corporibus formate descendentes habent ultimam longam, ut hic :



Omnes autem ligature in uno corpore formate, ultima brevis, ut hic :

Digitized by Google

Item omnis ligatura ascendens cujus ultima recte stat supra penultimam, habet ultimam longam, ut hic :



Si autem stet adverso capite supra penultimam, tunc illa ultima erit brevis ubicunque, ut :

Sequitur de figuris modorum que in diversis locis inveniuntur ; propter quod sciendum est quod sunt quinque modi secundum quos totus discantus variatur, et de ipsis dantur tales regule :

Primo sciendum est quod quandocumque sola brevis precedit vel sequitur longam, imperficit illam ; id est aufert ab illa tertium de valore quantum et illa brevis valet.

Unde sciendum est quod si sequatur, tunc erit primus modus. Si vero precedat, tunc est secundus.

De primo patet hic :



De secundo patet hic :



Et sciendum est quod ista regula est generalis, et habet locum inter semibreves respectu brevium, et inter minimas respectu semibrevium.

Et hoc fit pro tanto quia sicut secunda longa dicitur longa respectu brevis, ratione ita brevis secunda dicitur brevis respectu semibrevis, semibrevis respectu minimarum ; de semibrevibus respectu brevium patet hic exemplum, quantum ad primum modum :

Quantum ad secundum modum :

Etiam de minimis respectu semibrevium ; quantum ad primum modum patet hoc exemplum :



Quantum ad secundum modum :

Notandum tamen est quod nunquam longa imperfecta a brevi recta imperficitur, quia solum perfectum imperficitur ; sed solummodo a semibrevi majore vel minima minuitur, ut hic :

Brevis autem a sola minima precedente vel sequente minuitur, ut hic :



Sciendum quod longe imperfecte non possunt imperfici, tamen possunt minui, propter quod est sciendum, quod quandocunque longa imperfecta invenitur diminuta, hoc non potest esse nisi eam precedit vel sequatur minima.

Item sciendum est quod aliquando perfecta imperficitur sive diminuitur a semibrevi precedente vel sequente, nunquam tamen a minima diminuitur. Item duplex perfecta a brevi, a semibrevi majore precedente vel sequente ; duplex autem

Digitized by Google

imperfecta non usquam a minima; de omnibus his patet, exemplum hic :



Notandum est ulterius quod duplex longa prefecta a duabus brevibus imperficitur, aliquando ita quod illa duplex longa remanet sub valore quatuor temporum; prius valebat sex tempora, ut hic :



Si autem illam longam duplicem sola brevis precedat, vel sequatur, tunc illa longa valet quinque tempora.

Item notandum est quod accipiendo proportionaliter tot semibreves et tot minime quot ille breves imparcientur, duplices longas valent; possunt similiter illas duplices longas imperficere, ut hic :

Idem etiam dico de longis simplicibus, ut hic :



Idem etiam dico de semibrevibus respectu minimarum, ut sic accipiendo secundum proportionem divisionis notarum, ut hic :



Intelligendum est etiam quod idem est judicium, si pause breves vel semibreves vel etiam minime precedent vel sequuntur tales longas, ut hic :



Quia sicut brevis longam perfectam imperficit, ita etiam pausa brevis longam notam vel pausam imperficit, ut hic :



Propter quod sciendum est quod pausa que quatuor lineas occupat, est longa et valet tria tempora. Illa autem que tres lineas occupat, est imperfecta et valet duo tempora. Illa que duas lineas occupat, dicitur et valet unum tempus. Illa que lineam solam cum medietate spatii occupat, dicitur semibrevis. Illa autem que adhuc minus occupat, dicitur minima, ut hic :



Et hec de primo et secundo sufficiant. Viso de primo et secundo modo, nunc videndum est de tertio. Unde tertius modus est qui constat ex una longa precedente et duabus brevibus sequentibus; propter quod sciendum est generaliter quod quocienscumque inter duas longas, due breves inveniuntur, prima illarum est recta brevis, et valet unum tempus, alia vero dicitur altera, et valet duo tempora, ut hic :



Unde ista regula habet locum inter semibreves respectu sui invicem et in minimas, ut hic :

Digitized by Google

Unde sciendum est quod si cantus sit perfectus, prima illarum valet unum tempus; secunda, duo, et est altera ut dictum est.

Si autem cantus sit imperfectus, utraque brevis valet unum tempus.

Item visum est quod dictum est in illa regula ubi dicebatur quod illa regula habet locum in semibrevibus respectu brevium. Et sciendum est quod hoc universaliter est usum, nisi per divisionem modi aliter distinguatur ita quod fiat punctus inter illas duas, ut hic:



Et tunc prima brevis primam longam imperficiet, et secunda brevis secundam longam imperficiet.

Ista regula duobus modis impeditur aliter quam dictum est, quia aliquando prima illarum semibrevium formatur ad modum unius brevis, et alia remanet semibrevis, ut hic:



Aliquando illarum prima semibrevium plicatur inferius et tunc duplicatur valor suus et alia est semibrevis, ut hic:



Et etiam, quod si aliquis modulus vel clausula cujusdam cantus incipiatur per duas breves, longa sequente, non propter hoc impeditur quin secunda brevis sit altera, ut hic:



Item inter semibreves et minimas tenetur hec regula: si copulantur bine et bine et si non sunt inter duas longas, sed tamen ad hoc tantum oportet quod distinguantur iste combinationes per puncta, et in omne hoc oportet quod tempora ista sint perfecta quantum ad semibreves majores, ut hic:



Quantum ad minimas non oportet quod tempora sint perfecta, ut hic:



et debent sic cantari quod secunda sit semper altera.

Item quandocumque inter longas tres breves inveniuntur, tunc omnes equales sunt, videlicet unius temporis dum modus cantus sit perfectus, ut hic:



Et idem intelligendum est ceteris partibus. Si inter duas breves inveniuntur tres semibreves majores; et idem si inter duas semibreves inveniantur tres minime, ut hic:



Et nota quod non differt utrum ille inter quas ponuntur tres breves sint duplices longe, quia multiplicatio valoris non tollit dispositionem istarum regularum sive modorum.

Digitized by Google

Item nota quod si plures breves quam tres inter duas longas inveniantur, et cantus sit perfectus, computande sunt tres et tres pro perfectione; et si in fine illarum demum due sole remaneant, secunda valebit duo tempora, et erit altera. Et si sola brevis in fine remaneat, tunc computabitur cum ultima longa et eam imperficiet, ut hic :



Si autem cantus sit imperfectus, tunc computande sunt due et due breves pro perfectione. In minimis non habet locum, quia nunquam due minime sole inveniuntur, quod sint equalis valoris.

Intelligendum est quantum ad cantum imperfectum; et est sciendum quod in tali cantu non sunt breves altere nisi inter minimas, si inter duas semibreves majores inveniuntur, ut dictum est, ut hic :



Postea videndum est de plicatis de quibus datur talis regula, quod omnis nota quadrata ex utraque parte plicata habens tractum longiorem a parte dextra quam habeat a parte sinistra, longa dicitur, ut hic :

Si vero sit e converso, brevis dicitur, ut hic :

Et nota quod de plicatis et non plicatis idem est judicium; et sic expeditum est de tertio modo satis competenter.

Nota etiam quod longa ante longam valet tria tempora, ut hic :

Quantum ad modum quartum, sciendum est quod quartus modus constat ex pluribus duabus longis terminatis; et ideo quantum ad hoc, sciendum est quod si cantus sit perfectus, debetur sic procedere quod super; ex illis brevibus tres et tres pro proportione computentur.

Et si in fine illarum brevium due breves sole remaneant, secunda illarum erit altera. Si vero una sola remaneat, illa jungetur cum ultima et eam imperficit, ut hic :



Si vero cantus sit imperfectus, computande sunt due et due pro perfectione, nec in tali cantu sola brevis inveniri potest, ut hic :

Quintus vero modus constat ex omnibus brevibus et semibrevibus, et ibi sunt computande perfectiones in cantu perfecto et imperfecto, sicut dictum est de quarto modo ut hic. Et ista de quinque modis quantum ad presens sufficiant.

Post hec videndum est ad quid cantus perfectus et imperfectus cognoscitur. Primo sciendum est quod cantus perfectus tripliciter cognoscitur: Primo modo, quando perfectionibus per tria et tria tempora computatis nihil residuum perfectioni impeditus invenitur, ut hic :



Secundo modo dignoscitur, quando tres breves pro longa per totum cantari computantur.

Digitized by Google

Tertio modo, quando pause perfecte describantur; et hoc est intelligendum tam in tempore perfecto quam imperfecto, ut hic :



Cantus imperfectus cognoscitur multis modis. Primo modo, quando debita proportio duorum temporum custoditur in duas breves pro perfectione computando. Item et cognoscitur, quando pausa imperfecta post longam notam assignatur. Item etiam, quandocumque pause sunt duplices imperfecte, ut hic :



Subsequenter videndum est ad quid tempus perfectum et imperfectum cognoscitur. Unde tempus perfectum tripliciter cognoscitur. Primo modo : quando tres equales semibreves pro recta brevi computantur, ut hic :



Secundo modo : quandocumque semibrevis major longam notam vel brevem precedit vel sequitur, a qua dicta longa vel brevis imperficitur, ut hic :

Tertio modo : quandocumque minor cum minima dictam longam vel brevem precedunt vel sequuntur eam similiter imperficientes, ut hic :



Tempus autem imperfectum cognoscitur, quando due recte semibreves pro recta brevi computantur.

Alio modo : quando longa nota vel brevis a minima diminuta videtur.

Alio modo : quando tres pro uno tempore inscribuntur, ita tamen quod ultima vel media, sit minima, de precedentibus et de istis, ut hic :

vel due sint minime, ita quod una alteratur, ut hic :



Et hec ad presens sufficiant.

XXX

ANONYMI III

COMPENDIOLUM ARTIS VETERIS AC NOVÆ

Quoniam per ignorantiam artis musice multi, et maxime temporibus modernis, cantando delirant, ideo de arte musice breve compendiolum, Deo innuente, propono.

Digitized by Google

Et veterem ac novam artem in isto compendiolo manifestare intendo secundum quod vulgo dicitur, ab unitate inchoandum est.

Et quia unitas prior est dualitate, et brevis notula habet unum tempus, longa vero duo vel plura, ideo brevis prior est quam longa et sic semibrevis ante brevem et minima ante semibrevem. Et quia dicit actor quod a simpliciori et leviori inchoandum est, longe notule sunt simpliciores brevibus et semibrevibus.

Quod patet quia breves notule et semibreves difficiliores sunt ad pronunciandum quam longe, ideo ab ipsis longis tanquam a simplicibus est inchoandum, procedendo igitur ad modos breviter motetorum vel motetorum.

Quia de figuris vero nihil vix est faciendum, sciendum est quod in cantu mensurabili, secundum Magistrum Franconem, quinque sunt modi, licet quidam posuerint esse sex et septem, ut procedendo patebit.

Primus modus, secundum Magistrum Franconem, procedit ex omnibus longis.

Secundus constat ex brevi et longa.

Tertius constat ex longa et duabus brevibus.

Quartus ex duabus brevibus et longa.

Quartus ex omnibus brevibus et semibrevibus. Vide residuum in arte Magistri Franconis.

De nova arte quam PHILIPPUS DE VITRIACO nuper invenit, dicam hoc modo.

Primo a brevibus tanquam a simplicibus inchoabo. Postea dicam de semibrevibus, postea de minimis, tandem de semiminimis.

Sciendum est quod sicut in veteri arte est, ita in nova. Sed in veteri arte longa ante longam valet tria tempora, et sic brevis ante brevem valet tres semibreves; et hoc de modo perfecto intelligendum est.

Ita sicut se habet brevis ad longam, ita semibrevis ad brevem, et minima ad semibrevem.

Sed sic se habet brevis ad longam in veteri arte, quod quando sola brevis precedit vel sequitur longam, longa non valet nisi duo tempora; ergo sic erit in proposito, quod quando sola semibrevis sequitur solam brevem vel precedit, brevis non valet nisi duas partes unius temporis, scilicet duas semibreves, ut hic:



Quando due breves ponuntur inter duas longas, secunda dicitur altera et valet duo tempora; sic quando due semibreves ponuntur inter duas breves, secunda illarum semibrevium duas semibreves valet, ut patet in hoc exemplo:



Descendendo breviter ad divisionem brevis notule, sciendum est quod brevis notula perfecta valens unum tempus dividitur in tres semibreves equales.

Et quelibet illarum semibrevium subdividuntur in tres minimas; et quelibet illarum minimarum dividuntur iterum in duas semiminimas equales, si posset dici, ut hic:



Breve tempus imperfectum dividitur in duas semibreves equales, et quelibet illarum semibrevium dividitur in tres minimas, et quelibet illarum minimarum subdividuntur in duas semiminimas, iterum si possent dici, ut hic:



Primo posset querere aliquis ignorans que vocetur minima et que semiminima; ad quod breviter dico quod semibrevis recte caudata a parte superiori vocatur minima, ut hic:

Digitized by Google



Et minima recte bis caudata a parte superiori vocatur semiminima :



Item sic videmus in veteri arte quod quando sola brevis sequitur longam, vel quando plures quam tres sequuntur, quod illa longa non valet nisi duo tempora, nisi apponatur signum perfectionis. Sic est in nova arte quod eodem modo, quando sola semibrevis sequitur brevem, vel quando plures quam tres semibreves sequuntur, illa brevis non valet nisi duas semibreves, ut patet :



Et eodem modo quando sola minima sequitur semibrevem, vel quando plures quam tres sequuntur semibrevem predictam, semibrevis non valet nisi duas minimas, ut patet hic :



Et sic apparet utiliter cuilibet intuenti quod notule apponantur pro uno tempore, licet ibi puncti non ponantur, et si semiminime inveniantur, due semiminime computantur pro sola minima, quia semiminime non possunt poni impares, ut patet in hoc exemplo sequente :

Item nota quod si aliqua semi temporis inter tales semiminimas reperitur, computanda est pro tribus minimis, nisi sola minima sequatur; tunc enim non valet nisi duas minimas, ut patet hic :



Et sic apparet quod notule et pause sunt equivoce; nota quod omnis semibrevis notula est equivoca ad hoc quod potest valere sex vel quinque vel tres, vel duas minimas.

Equivoca distinguitur ab adjunctis pro tanto dum est, quia quando due semibreves ponuntur inter duas longas, secunda illarum valet sex minimas; ut hic :

Nisi prima signetur a parte inferiori, ut hic :

Quia tunc prima valet sex minimas. Unde dico quod talis semibrevis notula caudata a parte inferiori est equivoca, quia quandoque valet sex minimas, ut patet hic :



Quandoque vero quinque, ut patet :



Quandoque vero valet tres, ut patet exemplum :

Quandoque vero valet duas, ut hic patet :



Digitized by Google

Item notandum quod quedam sunt semibreves que caudantur a parte superiori et inferiori, ut patet hic :



Et tales notule sic caudate *dragme* vocantur, gallice *fuiscée,* et non possunt aliquo modo valere nisi duas minimas. Quod sic probatur, quia sicut se habet unitas ad perficiendum numerum et massa numerum, sic minima ad semibrevem ; sed sic habet numerus quia minor numerus prepositus diminuit ipsum numerum, scilicet massa numerum quod ipsemet valet, sic est in proposito ; quia talis notula ex propria natura ejus valet tres minimas, sed quando est caudata a parte inferiori ; hoc generaliter est unum signum minuitatis ; a proposito non valet nisi duas minimas, quia quando apponitur tali notule cauda a parte superiori quasi minima apponitur.

Sed quod minima ponatur, sic probatur : quia quod primo construitur, illud est primum, sed quia quando alias facit notulam talem, primo facit corpus obliquum et postea facit de sursum exilem tractum trahando deorsum :



et sic patet quod minima preponitur et quod habet quando minor numerus preponatur majori.

Unde si talem dragmam sequitur pausula, non valebit nisi solam minimam, ut hic :



Item in brevi vidimus quod quando sola brevis ligatur cum duplici longa, illa duplex longa non valet nisi quinque tempora, ut hic patet :



Item sic est in proposito, quod quando semibrevis ligatur cum simplici longa valente duo tempora perfecta vel sex semibreves equales, illa longa predicta non valebit nisi quinque semibreves, ut patet hic :



Et sic est in imperfecto modo, quando sola minima ligatur cum brevi valente sex minimas, illa brevis non valet nisi quinque minimas, ut patet :

Tandem de pronuntiatione minimarum et semibrevium dicendum est.

Unde notandum est quod due semibreves ponuntur pro uno tempore in modo perfecto, secunda debet esse major, et sic valebit sex minimas, ut hic :



Nisi prima signetur ; quia tunc est equivoca, ut dictum est supra, et valet sex minimas, ut hic :



Quando autem ponuntur tres, omnes sunt equales, ut hic :



Nisi prima signetur a parte inferiori, et tunc prima illa valet quinque minimas, ut hic :



Et secunda valet solam minimam, tertia tres minimas.

Digitized by Google

Quando quinque ponuntur, prime quatuor valent sex minimas et ultima tres, ut hic patet :



Nisi media illarum signetur, ut hic apparet exemplum :

Dum sex ponuntur, quelibet due valent tres minimas, secunda solam minimam, ut hic patet :



Quando septem ponuntur, prime tres sunt minime et due medie valent tres minimas et alie due tres minimas, ut patet hic exemplum :



Nisi prima signetur. Et tunc sex medie erunt minime.

Quando octo ponuntur sex prime sunt minime, septima valet duas minimns, et octava valet solam minimam, ut hic :



Nisi aliqua illarum signetur a parte inferiori, quia tunc illa signata valebit duas minimas, et omnes alie erunt minime :

Quando autem novem, omnes sunt minime.



Et est notandum quod plures quam novem non possunt ingredi unum tempus, nisi ibi esset aliqua semiminima et tunc difficile pronunciari possent, ut patet hic :

Ad designandum tempus perfectum ponitur circulus rotundus quia circulus rotundus est figura perfecta, ut hic patet :

Unde videndum est quod quando talis circulus reperitur, signum est quod tempus semper perfectum est, id est quod partitur in tres semibreves equales. Quod autem sit perfectum, probatur sic: Illud est perfectum quod habet principium, medium et finem. Ergo est tempus perfectum cum partitur in tres semibreves equales; videtur habere quodam modo principium, medium et finem; ergo est perfectum. Et e converso tempus imperfectum quoddam istorum caret.

Unde tempus imperfectum est quando non dividitur nisi in duas semibreves tantum, et sic caret una illarum. Unde ad designandum ejus imperfectionem ponitur semicirculus, ut hic :



Rubee notule ponuntur duabus de causis, in motetis, vel quia canuntur alterius mensure quam nigre, vel quia dicuntur in octava loci ubi superposita sunt.

Sex minime possunt ingredi tempus imperfectum. Et est notandum quod quando due ponuntur, ambe sunt equales semibreves, quia quelibet valet tres minimas, ut patet hic :



Digitized by Google

Nisi prima signetur et valet quinque minimas, ut patet hic :



Vel nisi ultima signetur, ut hic :



Et si patet quod nota equivoca . . . . . prima in tempore imperfecto valet tres minimas, secunda duas, tertia autem solam minimam, ut hic :



Nisi prima signetur, ut hic patet :

Quando tres ponuntur prima valet tres minimas, ut hic :



Quando quatuor ponuntur, prime due valent tres minimas, tertia duas, quarta vero solam minimam, ut hic :

Nisi prima vel ultima signetur a parte inferiori; et tunc illa signata valet tres minimas, et alie tres minime, ut hic patet :

Quando quinque ponuntur, prime tres sunt minime, quarta valet duas minimas, quinta solam minimam, ut :

Nisi prima signetur, quia tunc valebit duas minimas, et omnes alie erunt minime, ut hic patet :



Quando sex ponuntur omnes sunt minime, ut hic apparet exemplum :



Et notandum est quod plures minime quam sex non possunt ingredi unum tempus imperfectum bono modo. Et si plures fuerint, oportet quod sint minime, tunc erit difficile pronunciari posse, ut hic :



EXPLICIT ARS.

Digitized by Google

XXXI

ANONYMI IV

COMPENDIUM ARTIS MENSURABILIS TAM VETERIS QUAM NOVÆ

Si quis artem musice mensurabilis tam veterem quam novam sub compendio exemplo prospicere desideret, in hujus puncti sedulo dicta tam veterum quam modernorum, primo sciendum est quod sex sunt modi quorum primus ex longa et brevi; secundus ex brevi et longa; tertius ex longa et duabus brevibus; quartus ex duabus brevibus et longa; quintus ex omnibus longis; sextus ex omnibus brevibus et semibrevibus, ut patebit.

Primus sic incipit :



Secundus sic incipit :



Tertius modus sic incipit :

Quartus modus sic incipit :



Quintus modus sic incipit :

Sextus modus sic incipit :



Duplex longa valet sex tempora in modo perfecto. In imperfecto valet quatuor.

Sed imperfecto modo duobus modis imperficitur; vel cum sola brevi et sic valet quinque tempora, vel cum duabus brevibus, et sic valet quatuor.

Corpus ultra modum consuetum valet tot longas quot caudas sive breves in se continet diversas, ut hic :



Simplex longa habet caudam a dextro latere et corpus quadratum. Que vero a sinistro habet caudam, illa dicitur brevis et debet cani cum plica ; que vero habet duas caudas cantatur cum plica.

Unde si sinistra sit longior, brevis est; si vero dextra sit longior, longa dicitur, ut hic :

Digitized by Google

Longa fit trium temporum tribus modis :

Primo si longa longam sequatur, tunc valet semper tria tempora, quicquam precedit, si sit in numero perfecto.

Secundo si punctus perfectionis sequatur, tunc etiam quicquam precedat vel sequatur sive sit in modo perfecto sive in modo imperfecto semper valet tria tempora.

Tertio si due breves sequantur, nulla brevi precedente.

Quarto si tres breves sequantur, nulla breve precedente, ut patet in hoc exemplo :



Tot modis cognoscitur longa esse duorum temporum :

Primo, si longam sola brevis sequatur.

Secundo, si sola brevis precedat.

Tertio, si due vel tres breves vel plures ponantur post longam ita quod punctus divisionis ponatur post primam brevem, ita quod prima brevis ordinetur cum prima longa.

Quarto et ultimo, si plures breves quam tres sequantur. Si tamen non sequantur quinque vel sex, quia tunc longa precedens erit trium temporum, nisi sola brevis precedat et quinta erit altera, id est, duorum temporum, ut patet hic :

Brevis est duplex scilicet recta et altera ; quoniam quocienscumque due breves ponuntur inter duas longas vel inter longam et pausam, vel quando equipollens brevi et brevis ponuntur inter duas longas, vel quando inter longam et punctum ponuntur due breves, vel e converso, secunda illarum brevium vocatur altera, et valet duo tempora, ut hic patet in exemplo :

Quando secunda alicujus ligatura ascendit sine tractu, prima brevis.

Si habeat tractum descendentem, longa fit.

Si vero secunda descendat, prima est longa.

Si signum ponatur descendens, brevis fit.

Si autem signum ponitur ascendens, sive secunda illius ligature ascendat, sive descendat, prime due non valent nisi unum tempus, quia quelibet est semibrevis, ut patet in hoc exemplo :



Omnes medie sunt breves, nisi tantum due vel quinque essent, quia tunc secunda vel quinta alteratur.

Omnis finalis ascendens est brevis, nisi habeat caudam, vel nisi ponatur ordine prepostero, id est, situatur adverso capite, quia tunc fit longa.

Omnis finalis descendens est longa; nisi sit configurata quia tunc est brevis, ut patet hic :



Pausa valet tot tempora quot continet spatia. Pausa que continet dimidium spatium cum sola linea, valet unam semibrevem.

Longa in modo perfecto fit trium temporum ante pausam duorum temporum, ut patet in hoc exemplo :



Digitized by Google



Sicut se habet brevis ad longam, sic semibrevis ad brevem, et minima ad semibrevem. Sicut secunda duarum brevium in modo perfecto inter duas longas positarum alteratur, sic secunda duarum semibrevium inter duas breves pro tempore perfecto majoratur, ita quod valet duas semibreves, si non ponatur pro secunda brevi equipollens.

Prima brevis imperficiet primam longam; equipollens vero secundam, nisi alia longa secunda sequatur.

Et sic est de semibrevibus, quia si pro secunda semibrevi ponantur minime vel equipollens, prima brevis imperficiet primam brevem, equipollens vero secundam; nisi autem brevis sequatur. Quia sicut longa ante longam est trium temporum, sic brevis ante brevem est trium semibrevium, ut patet in hoc exemplo:

Sicut longa imperficitur a brevi, sic brevis a semibrevi, et semibrevis a minima. Brevis perfecta dividitur in tres semibreves, et quelibet semibrevis in tres minimas. Et sic tempus perfectum continet novem minimas, tempus autem imperfectum dividitur in duas semibreves, et quelibet semibrevis in tres minimas; et sic tempus imperfectum continet sex minimas, ut hic:

In nova arte non ponuntur aliqua puncta inter semibreves nisi causa alterationis.

In vetere autem arte omnes semibreves que ponuntur inter duas quadratas, vel inter punctum et quadratam, vel inter duo puncta, ponuntur pro uno tempore, ut hic:



Si post tales semibreves vel breves, ponatur brevis vel semibrevis quam velimus alterare, oportet quod punctus ponatur ante ultimas semibreves que equipollent brevi, sive breves que equipollent perfectioni; quidam punctus ponitur causa divisionis et aliter ponitur causa alterationis; et sic duos punctos necesse est ponere ibidem, ut hic:



Sicut duplex longa imperficitur per solam brevem, sic simplex longa per solam semibrevem. Et brevis imperfecta per solam minimam. Sicut duplex longa imperficitur a duabus brevibus, sic simplex longa duorum temporum perfectorum a duabus semibrevibus ita quod non valet nisi quatuor semibreves que post valebat sex. Sic brevis imperfecta a duabus minimis ita quod non valet, nisi quatuor minimas, ut hic patet:

Si due semibreves ponantur pro tempore perfecto, secunda debet dici major et valet duas semibreves, nisi prima signetur. Si tres, omnes sunt equales. Si quatuor, prima major secunda minima. Et alie semibreves; si quinque, prima et tertia minores; secunda et quarta minime; quinta semibrevis. Si sex, pares minime; impares minores. Si septem, quarta et sexta minores, relique minime. Si octo, septima minor, relique

Digitized by Google

minime. Si novem, omnes sunt minime, ut hic apparet :

Si pro tempore imperfecto ponantur due, equales sunt. Si tres, prima semibrevis, secunda minor, tertia minima. Si quatuor, pares minores, impares minime. Si quinque, quarta minor, relique minime. Si sex, omnes sunt minime.

Pro tempore perfecto denotando, ponitur circulus rotundus, vel tres tractuli ; pro imperfecto vero ponuntur semicirculi vel duo tractuli, ut hic patet :

Modus perfectus vocatur quando tria tempora capiuntur pro qualibet perfectione et tunc secunda duarum brevium alteratur et pause trium temporum fiunt in uno corpore. Et longa ante longam valet semper tria tempora.

Modus imperfectus est quando duo tempora ponuntur pro una perfectione, in quo nulla brevis alteratur nec ulla longa fit trium temporum nisi major pausa duobus temporibus fiat in uno corpore, vel nisi punctus post penatur. Duplex longa valet quatuor tempora in imperfecto modo.

Unde quotienscumque due pause reperiuntur immedtate quarum quelibet non est nisi duorum temporum, modus est imperfectus; si trium in uno corpore, modus est perfectus.

Rubee ponuntur duabus de causis, vel quia cantantur de alio modo vel tempore quam nigre, vel quia dicantur in octava, ut hic patet :

Explicit ars cantus.

XXXII

ANONYMI V

ARS CANTUS MENSURABILIS

Ad honorem et gloriam Sanctissime Trinitatis et Sancte Virginis Marie et omnium sanctorum[1]; incipit Ars cantus mensurabilis mensurata per modos juris et cum allegationibus ad hoc sufficienter inclusis.

Cum multi antiqui modernique cantores peritiores[1] artium fuerunt, nec aliquis illorum suam probaverit artem, indignum videtur et inhonestum quod ego presumam excitare quod alii neglexerunt, cum sim inter cantores minimus. Sed considerato

1 Hæc phrasis haud invenitur in codicibus Laurentiano et Parisiensi.

1 Codex Parisiensis : Ponitores ; — cod. Laurentianus ; Positores.

Digitized by Google

quod inter cetera opera caritatis non minimum est errantes ab erroribus suis scientia[1] revocare, ut jus dicit in rubrica « de Sponsalicis[2] » Capitulo: Inter cetera; videns varias multorum opiniones atque diversas fallacias, dicta mei magistri nolens improbare, confusis aliquibus dictis aliquorum magistrorum Italicorum que dictis Gallorum videntur obviare; considerato quod cythara cum psalterio se male concordat, rogatuque meorum amicabilium fratrum confisus gratia dei[3] dicentis in Isaia Propheta, capitulo: *Aperi os tuum;* et ego adimplebo illud, unum de pluribus eligo, de ejus pennis me adornabo aliqualiter, non quod sua probaverit dicta, sed quia sub ejus magisterio alitus sum atque nutritus, atque inter alios me melius discisse prohibeo[4]. Quedam namque humilia per modum conclusionis, quamvis minus sufficienter, pertractabo, submittendo[5] illa magistrorum meorum nec non et secundum artem Gallicorum peritorum correctioni, ut que sunt corrigenda corrigant, que resecanda resecentur[6], et que commendanda commendentur[7].

Attendat ergo volens hanc in praticam ponere ne suo ducatur proprio sensu, ut cum remittitur esse discipulus veritatis, fiat magister erroris; sed sepe interroget, interrogata retineat et retenta doceat, quia hec tria discipulum faciunt superare magistrum.

Dividitur autem hic tractatus in duobus tractatibus. Sequitur tractatus in quo agitur[8] de musica mensurabili; in secundo de contrapuncto; secundus ibi: Cum notum divisio, etc.

1 Cod. Laurentianus: Ab erroris sui scientia; — cod. Parisiensis: Ab erroribus sui semita.
2 Cod. Paris.: Sponsalibus.
3 Cod. Paris.: Confixus gratia dei.
4 Cod. Laur.: Prohibeor.
5 Ibid.: Submittens.
6 Ibid.: Resecanda, resecant.
7 Cod. Paris.: Commandent.
8 Cod. Paris.: In primo agitur.

I

DE MUSICA MENSURABILI.

Cum ergo bene noscatur quelibet scientia[1] sua presupponere principia, quibus ipsa tota probatur, hoc primo faciam; secundo ponam conclusiones de figurationibus: 3° de puncto; 4° de imperfectionibus; 5° de perfectionibus; 6° de alterationibus; 7° de syncopationibus; 8° de quadrangulis et circulis et semicirculis; 9° de evacuationibus seu figuris rubeis; 10° de pausationibus; 11° de tallis et coloribus; 12° de diminutionibus.

Primum principium.

Quod modus, tempus et prolatio sunt duplicia in musica, scilicet perfecta et imperfecta; nec aliud illorum habet aliud perficere vel imperficere. Unde Boetius « de consolatione », lib° 3° c° XIX°: « Omnia namque perfecta minus integris priora esse claruerunt[2]. »

Secundum principium.

Quod perfectum ad imperfectum reducitur; imperfectum vero ad perfectum quandoque comminatur.

Tertium principium.

Quod simile positum ante suum simile in modo, tempore et prolatione perfecta numquam erit dissimile. Et tunc fit prima conclusio.

Prima conclusio.

Quod ultra perfectum nihil datur, probatur per diffinitionem ipsius perfecti, quod perfectum est id cui nihil deest; ergo conclusio vera; et Boetius « de consolatione » libro 3° ca° XIX°. « Quod perfectum non sit, id summum non esse manifestum est »;

1 Cod. Ricard. et Paris.: Bene habeat scientia quelibet primo.
2 De consolatione, Prosa X, vel lib. III.

Digitized by Google

ergo per locum a contrario sensu, quod perfectum dicitur id quod summum esse dignoscitur, et quod ultra summum nihil datur; ergo, etc.

Secunda conclusio.

Quod perfectum dividitur in trinario numero, probatur per philosophum in primo « De celo » quod omnis perfectio in trinitate consistit.

Tertia conclusio.

Quod quinque sunt partes prolationis, scilicet maxima, longa, brevis, semibrevis et minima, probatur in naturalibus, datur maximum et minimum; ergo in artificialibus tenent genera. Ars autem imitatur naturam in quantum potest assummi [1], probatur, quia dicitur minimum quod non est maximum; quod si sit, tunc sic, cum jam presupposita sint esse in musica modus et tempus et prolatio, et hoc in primo principio, et quod non approprientur conjunctim neque disjunctim, maxime nec minime; ergo opportet quod alia tria attingantur quibus approprientur ista tria que sunt minora maxime et majora minime, quia ultra ista nihil datur; probatur quid nominis istorum. Et cum Magister JOHANNES DE MURIS dicat ipsam [2] esse longam, brevem et semibrevem, ergo sibi est standum. Probatur consequentia quia cuilibet experto in arte sua est credendum per locum ab anteriore [3]; ob hoc dicit quod modus accipitur a longa, tempus a brevi, et prolatio a semibrevi; figurationes autem sunt hec :



Quarta conclusio.

Quod quandocumque est longa perfecta vel reducibilis ad perfectionem, modus est perfectus; et e converso. Quando brevis est perfecta, tempus est perfectum; et quando semibrevis est perfecta, prolatio dicitur perfecta, et contra. Probatur quia modus accipitur a longa, et e converso, ut supradictum est in prolatione secunde [1] conclusionis. Unde ista conclusio non est simplex vera, nisi intelligatur ipsam substantialiter in modo perfecto longarum, et sic de aliis, quia accidentaliter longa extante perfecta, modus erit imperfectus et e converso.

Quinta conclusio.

Quod quamvis maxima sit pars prolationis, respectu tamen aliarum partium quatuor ad totum, probatur quia continet in se omnes alias partes, videlicet longam, brevem, semibrevem et minimam, et hoc declarabitur in sequenti exemplo.

Sexta conclusio.

Quod longe dicantur partes propinque ipsius maxime, breves remote, semibreves remotiores, minime remotissime. Ratio est satis clara, quia longe sunt propinquiores brevibus ipsius maxime et ideo propinque nominantur, et sic de singulis; sicut dictum est de maxima respectu suarum partium, sic de longa et de omnibus aliis respectu aliarum partium, id est de brevi et de semibrevi.

Septima conclusio.

Quod minima taliter est pars quod non potest esse totum, ideo quia non habet partes sub se; ergo conclusio vera. Assumptum probatur per quod modis ipsius minimum. Et hic ultra patet :

Quomodo maxima continet longas :



1 Cod. Paris. : Assumptum.
2 Ibid. : Ipsarum.
3 Ibid. : Ab arte.

1 Cod. Paris. : Tertie.
2 Signantur exempla notis nigris in codice Ricardiano, vacuis vero in Parisiensi et Laurentiano.

Digitized by Google

Quomodo continet breves :



Quomodo semibreves :



et debent esse numero 27.

Quomodo minima :



et debent esse numero 81.

Quomodo longa continet breves :



Quomodo semibreves :



Quomodo minimas :



et debent esse numero 27.

Quomodo brevis continet semibreves :



Quomodo minimas :



Quomodo semibrevis continet minimas :



De puncto.

Prima conclusio.

Punctus est cujus pars non est. Sic diffinitur in principio Grammatice[1], quod punctus in musica quandoque est ut signum in taberna, et hoc maxime quando ponitur in circulo vel semicirculo proprio, quia signum in taberna designat ibi vendere vinum tantum, sic punctus taliter positus designat esse cantus realis prolationis majoris scilicet vel minoris, et hoc ibi ubi tractabitur de circulo et semicirculo.

Secunda conclusio.

Quod idem facit punctus positus post maximam in modo perfecto maximarum, vel post longam in modo perfecto longarum, vel in tempore perfecto post brevem, vel post semibrevem in majori prolatione, quia tantum designat ipsas esse perfectas; melius videbitur hoc inferius in processu :



Tertia conclusio.

Quod punctus in musica quandoque dividit, et tunc dicitur divisionis, et hoc habet locum in modo, tempore et prolatione perfecta, ut hic :

Quarta conclusio.

Punctus in musica quandoque perficit, et tunc dicitur perfectionis, et hoc habet locum in modo, tempore, prolatione imperfecta ; et nota, quod punctus semper addit partem propinquam quando perficit, scilicet notam cui postponitur, ut hic :

1 Cod. Paris. : Geometrice.

Digitized by Google

SEQUITUR DE IMPERFECTIONIBUS.

Prima conclusio.

Quod maxima in modo perfecto maximarum valet tres longas:



probatur per secundam conclusionem, quod omne perfectum est divisibile in tres partes equales et sibi propinquas; cum autem maxima sit perfecta et longe sint partes propinque sue; ergo, etc.

Secunda conclusio.

Quod in modo perfecto maximarum maxima stat esse perfecta, suis propinquis partibus exstantibus imperfectis; probatur istud per primum principium ubi dicitur quod unum illorum non habet perficere reliquum, ergo est conclusio vera, cum sit alius modus maximarum et alius longarum; sed non aliud, ut hic:



Tertia conclusio.

Quod quandocumque inter duas maximas in modo perfecto maximarum vel inter pausas ipsius valorem continentes et maximam, vel inter punctum et maximam, inveniuntur due longe perfecte numerate, ultima alteratur, ut hic:



Probatur talis conclusio sic: cum modus perfectus sit divisibilis in tres partes equales per secundam conclusionem, et ibi sint tantum due partes, oportet ergo quod addatur in tertia ibi ad hoc ut modus perficiatur, et talis additio non potest fieri ut cantus remaneat in suo esse divisum et distinctum. Ergo oportet quod una illarum habeat vim duarum longarum, et non prima, quia jam numerata est; et quod semel dictum est amplius, recitari non debet. Regula juris est ergo secunda; nec illa secunda ex se substantialiter valet duas, sed accidentaliter. Considerare ergo debet cantor vel cantans quod ibi sint due note, ita et taliter signate quemamodum illa una.

Item si inter duas maximas erit pausa unius longe et una longa, vel si inter pausas continentes valorem, ut dictum est, vel si inter punctum et maximam, ut hic:

Quarta conclusio.

Quod quandocumque inter duas maximas in modo perfecto maximarum remaneat sola longa, perfectione numerata, imperficit primam se precedentem, nisi per punctum impediatur, et tunc imperficit secundam.

Item si longa ponitur ante maximam et non maximas, imperficit ipsam sequentem, ut hic:



Idem judicium de pausa valorem ipsius longe importante. Probo conclusionem per secundum principium, scilicet quod perfectum ad imperfectum, etc. Queratur autem quare potius imperficitur secunda quam prima? Regula universalis est quod qui prior est tempore, potior est jure. Cum ergo prima maxima sit prior secunda, ergo, etc.

In gramaticalibus etiam masculinum concipit femininum, non alia ratione, nisi quia ipsum fuit prius feminino et per consequens dignius. Restat ergo conclusio vera.

Posset dicere quis quare illa est dignior et

Digitized by Google

potior quod non potest fieri? Quia sint duo patres familias quorum quilibet habeat triginta, et unus eorum dare possit ad suum velle decem alicui, reliquus nihil. Quis ergo istorum dignior erit et potior, nonne qui magis gaudet libertate? Sic est, et hec illa est dignior que potest suum valorem dividere.

Quinta conclusio.

Quod maxima ante maximam in modo perfecto maximarum semper est perfecta, nec potest imperfici in propria figura stante, probatur per tertium principium, quod simile positum ante suum simile numquam erit imperfectum, verbi gratia: si maxima in modo perfecto maximarum sequitur maximam, prima semper erit perfecta; et si centum essent perfecte, nec possent imperfici preter ultimam que potest imperfici, nisi punctus impediat, ut hic:

Hec ultima figuratio dicitur syncopa de qua dicetur suo loco.

SEQUITUR DE IMPERFECTIONE MAXIME PERFECTE CUJUS OMNES PARTES SUNT PERFECTE.

Prima conclusio.

Qualiter ergo imperficiatur videndum est, et ad hoc, ut clarius pateat, recipiatur maxima perfecta cujus partes tam propinque quam remote atque remotiores sint perfecte; et sic ista prima conclusio.

Secunda conclusio.

Quod maxima perfecta, cujus omnes partes sunt perfecte, potest imperfici dupliciter, videlicet quo ad totum et quo ad partes tam propinquas quam remotas, probatur per secundam conclusionem in principio, videlicet quod omne perfectum in trinario numero dividitur, et per secundum principium potest imperfici a ternario parte, quia perfectum ad imperfectum reducitur, cum ergo maxima sit perfecta et quelibet ejus pars; ergo, etc.

Tertia conclusio.

Quod maxima perfecta ut supra potest imperfici quo ad totum ab una longa precedente vel sequente, probatur per secundum principium, scilicet quod omns perfectum ad imperfectum reducitur. Cum ergo ipsa sit perfecta, potest imperfici a tertia parte sui valoris, et cum sit valoris trium longarum, potest imperfici ab una, ut hic patet:

Item de pausis longarum dicendum est.

Tertia conclusio.

Quod maxima perfecta, ut supra, potest imperfici quo ad partem unam propinquam ab una brevi, probatur per secundum principium, quia ipsa est perfecta; ergo potest imperfici a tertia parte, ut hic:



Item de pausis brevis.

Quarta conclusio.

Quod maxima sic dicta potest imperfici ab una alia brevi quo ad secundam partem propinquam ipsius, probatur per rationes supradictas, ut hic:



Item de pausis semibrevis.

Quinta conclusio.

Quod maxima sic dicta potest imperfici ab una semibrevi quo ad primam partem sibi remotam, ut hic:

Digitized by Google



ratio hec est, quia quelibet ejus pars remota est perfecta; ergo potest reduci ad imperfectionem, ut dicit secundum principium.

Item de pausis [1].

Sexta conclusio.

Quod maxima sic dicta potest imperfici ab una alia semibrevi, et hoc quo ad secundam partem ejus remotam propter rationem ejus positam, ut hic :



Item de pausis [2].

Septima conclusio.

Quod maxima sic dicta potest imperfici ab una alia semibrevi, et hoc quoad tertiam partem ejus remotam propter rationes supradictas, ut hic :

Octava conclusio.

Quod maxima sic dicta potest imperfici ab una alia semibrevi, et hoc quoad quartam partem remotam sibi propter rationes suprapositas, ut hic:



3

Nona conclusio.

Quod maxima sic dicta potest imperfici ab una minima et hoc quo ad unam ejus partem remotiorem, ratio est quia quelibet ejus pars remotior est perfecta; ergo per secundum principium potest reduci ad imperfectam, ut hic :



1 Cod. Paris. : Item a duabus semibrevibus.
2 Ibid. : Item a tribus semibrevibus.
3 Ibid. : A minimus.



Decima conclusio.

Quod maxima sic dicta potest imperfici ab una alia minima et hoc quo ad secundam partem ejus remotiorem per rationem supra positam, ut hic :



Undecima conclusio.

Quod maxima sic dicta potest imperfici ab una alia minima et hoc quo ad tertiam partem remotiorem propter rationes suprapositas, ut hic :



Duodecima conclusio.

Quod maxima sic dicta potest imperfici ab una alia minima et hoc quo ad ejus quartam partem remotiorem, ratione suprapositа, ut hic patet per exemplum :

Quod plus non potest imperfici, quia imperfecta est ipsa et omnes ejus partes remanent; ergo si valor maxime imperfecte, que quidem valet duas longas imperfectas, que sunt valore quatuor brevium imperfectorum, que continent in se octo semibreves minoris prolationis, que valent sexdecim minimas; valebat prius tres longas perfectas que erant valoris novem brevium perfectarum; que continebant in se XXVII semibreves prolationis majoris; que valebant LXXXI minimas. Et hoc de

Digitized by Google

modo maximarum et de imperfectione ipsius maxime perfecte, cujus omnes partes sunt perfecte sufficiant.

SEQUITUR DE MODO LONGARUM.

Et primo presupponuntur prolationes conclusionum maxime perfecte cujus omnes partes sunt perfecte verificari de conclusionibus ponendis in modo longarum, mutato tamen vocabulo ubi scilicet dicitur de maxima, dicatur longa, et tunc ergo sit prima conclusio.

Prima conclusio.

Quod longa, in modo perfecto longarum, valet tres breves, hoc probatur sicut fuit probata prima conclusio de modo maximarum :



Secunda conclusio.

Quod in modo perfecto longarum stat longam esse perfectam suis partibus propinquis existentibus imperfectis, probatur sicut probata fuit secunda conclusio de modo maximarum, ut hic :

Tertia conclusio.

Quod quandocumque inter duas longas de modo perfecto longarum vel inter pausam et longam vel inter punctum et longam inveniuntur due breves perfecte numerate, ultima alteratur, probatur sicut fuit probata tertia conclusio de modo maximarum. Item si ante longam, idem judicium est, vel ante longas, etc. :



Quarta conclusio.

Quod quandocumque inter duas longas de modo perfecto longarum remanet sola brevis perfectione numerata, imperficit primam longam se precedentem, nisi per punctum impediatur; et tunc imperficit secundam sequentem. Probatur ista sicut fuit probata quarta conclusio de modo maximarum, ut sic; si ante longam idem judicium est; non autem ante longas :



Quinta conclusio.

Quod longa ante longam semper est perfecta in modo perfecto longarum, et si figuratur in propria figura, probatur per quintam conclusionem de modo perfecto maximarum, ut hic :



Ultima imperficiatur nisi punctus ponatur, et tunc erit perfecta, ut hic; et hec figura dicitur syncopa de qua in suo loco dicetur :



SEQUITUR DE IMPERFECTIONE IPSIUS LONGE PERFECTE CUJUS OMNES PARTES ERUNT PERFECTE.

Prima conclusio.

Quod longa perfecta cujus omnes partes sunt perfecte potest imperfici dupliciter quo ad totum et quo ad partes, probatur sicut probata fuit in prima conclusione de imperfectione maxime perfecte cujus omnes partes sunt perfecte; et sic secunda sicut secunda probatur et tertia et quarta; et sic de singulis usque ad finem.

Quod longa sic dicta potest imperfici quo ad totum ab una brevi precedente vel sequente, ut hic :



Quod longa sic dicta potest imperfici quo ad unam ejus partem propinquam ab una semibrevi, ut hic :

Digitized by Google



Quod longa sic dicta potest imperfici ab una alia semibrevi, et hoc quo ad secundam ejus partem propinquam, ut hic :



Quod longa sic dicta potest imperfici ab una minima, et hoc quo ad primam partem sibi remotam, ut hic :

Quod longa sic dicta potest imperfici ab una alia minima, et hoc quo ad secundam partem ejus sibi remotam, ut hic :



Quod longa sic dicta potest imperfici ab una alia minima et hoc quo ad tertiam ejus partem sibi remotam, ut hic :



Quod longa sic dicta potest imperfici ab una alia minima et hoc quo ad quartam ejus partem remotam, ut hic :

Et plus non potest imperfici. Ratio est quia est imperfecta ipsa et omnes ejus partes. Valet ergo duas breves imperfectas que valent quatuor semibreves, que continent in se valorem octo minimarum; valebant prius tres perfectas breves que erant valoris novem semibrevium, que continebant in se XXVII minimas. Et hec de imperfectione ipsius sufficiat, etc.

SEQUITUR DE TEMPORE PERFECTO.

Prima conclusio.

Quod brevis in tempore perfecto valet tres semibreves, probationes ponuntur hic sicut, posite fuerunt in modo perfecto maximarum, mutato enim vocabulo, scilicet de maxima dicitur brevis, ut hic ponitur exemplum :



Quod in tempore perfecto stat brevis fore perfecta suis propinquis partibus existentibus imperfectis.

Quod quandocumque inter duas breves in tempore perfecto vel inter pausam et brevem vel inter punctum et brevem inveniuntur due semibreves perfecte, ultima alteratur [1], ut hic in alia parte monstratur. Idem ante brevem vel breves :



Quod quandocunque inter duas breves in tempore perfecto remanet sola semibrevis, perfectione numerata, imperficit primam se precedentem, nisi punctus ponatur; et tunc imperficit secundam se sequentem immediate. Idem si ante brevem ponatur et non breves, ut hic :



Quod in tempore perfecto brevis ante brevem numquam erit imperfecta, si in propria figura figuratur, ut hic :



et tunc ultima imperficitur, nisi punctus ponatur, ut hic :



Qualiter autem imperficiatur, videndum est, et

1 Cod. Paris. : Idest valet duas.

Digitized by Google

ut magis sit clarum, recipiatur brevis perfecta cujus partes sunt perfecte.

Prima conclusio.

Quod brevis perfecta cujus partes sunt perfecte potest imperfici dupliciter quo ad totum et quo ad partes tantum propinquas, probationes ponuntur hic quemadmodum in imperfectione maxime perfecte cujus omnes partes sunt perfecte.

Quod brevis perfecta potest imperfici quo ad totum ab una semibrevi precedente vel sequente, ut hic :



Quod brevis sic dicta potest imperfici ab una minima quo ad unam partem propinquam, ut hic :



Quod brevis sic dicta potest imperfici ab una alia minima et hoc quo ad aliam partem propinquam, ut hic exemplum :



Et pluribus modis non potest imperfici, quia remanet imperfecta ipsa et ejus partes. Est enim valoris duarum semibrevium imperfectarum que valent quatuor minimas; valebat prius tres semibreves perfectas que erant valoris novem minimarum.

Sequitur de prolatione perfecta sive majori.

Prima conclusio.

Quod semibrevis valet tres minimas prolationis majoris, probationes erunt hic sicut posite fuerunt in modo perfecto maximarum, mutato tamen vocabulo maxime in vocabulo semibrevis, et sic de aliis respective.

Quod numquam semibrevis potest esse perfecta, suis partibus existentibus imperfectis, probatur hoc tamen quia non habet nisi partes propinquas tantum, et cum ille partes sint minime, et cum minima taliter sit pars quod non potest esse totum, ut supra demonstratum est. Ergo conclusio vera, quia partes remanent indivisibiles.

Secunda conclusio.

Quod quandocumque inter duas semibreves majoris prolationis inveniuntur due minime perfectione numerata, vel inter pausam semibrevem, vel inter punctum et semibrevem, ultima alteratur, ut hic :



Tertia conclusio.

Quod quandocumque inter duas semibreves majoris prolationis remanet sola minima, perfectione numerata, imperficit primam se precedentem nisi punctus ponatur et tunc imperficit secundam sequentem; et si ante semibrevem reperitur, idem est judicium, ut hic :



Quarto conclusio.

Quod semibrevis in majori prolatione posita ante semibrevem semper erit perfecta, dummodo in propria figura figuretur, ut hic :



Tunc imperficitur nisi punctus ponatur, ut hic :



Et hec figuracio dicitur syncopa.

De imperfectione ipsius.

Prima conclusio.

Quod semibrevis majoris prolationis potest imperfici quo ad totum ab una minima, ut hic :

Digitized by Google

Secunda conclusio.

Quod semibrevis majoris prolationis quo ad partes non potest imperfici. Ratio, quia non sunt divisibiles, ergo etc., et hec de imperfectione sufficiant.

De modo imperfecto maximarum.

Prima conclusio.

Quod maxima imperfecta de modo imperfecto maximarum cujus omnes partes sunt perfecte non potest imperfici quo ad totum. Ratio quia non est disivibilis in tres partes equales, et probatur cum in jure sit cantus, quod nihil debeat duplici contritione contineri[1] unico respectu; ergo cum ipsa sit imperfecta, amplius imperfici non potest; non debet per consequens quo ad totum.

Quod maxima imperfecta cujus omnes partes sunt perfecte potest perfici quo ad totum, et dicitur illa perfectione accidentali, non autem substantiali perfici, probo ista per secundum principium ubi dicitur quod imperfectum ad perfectum quandoque cominatur, et hoc non potest fieri nisi per punctum, ut hic patet exemplum:



Quod omnes partes sue possunt imperfici sicut jam superius imperfecte sunt, probatur, quia sunt perfecte; ergo, etc.

De longa imperfecta cujus omnes partes sunt perfecte.

Quod longa imperfecta de modo imperfecto longarum quo ad totum non potest imperfici, probatur sicut probatum est supra de maxima imperfecta.

Quod longa sic dicta potest per punctum perfici, ut hic:



probatur sicut fuit supraprobatum de maxima imperfecta. Quod omnes partes ejus possunt imperfici, cum sint perfecte, hoc patet per rationes supraposita.

De brevi in tempore imperfecto majoris prolationis.

Quod brevis imperfecta majoris prolationis quo ad totum non potest imperfici hoc patet.

Quod brevis sic dicta potest per punctum sic perfici, ut hic:



Quod partes ejus possunt imperfici, cum sint divisibiles in tres partes.

De semibrevibus minoris prolationis.

Quod semibrevis minoris prolationis nullo modo potest imperfici cum nec ipsa nec partes ejus sint divisibiles in tres partes, ergo etc.

Quod semibrevis minoris prolationis potest per punctum perfici, hoc patet ut hic per exemplum:



Si vero partes ipsius maxime vel longe vel brevis sint imperfecte, nullo modo possunt imperfici, quia nullum imperfectum potest imperfici. Et hec de imperfectione et perfectione sufficiant.

De alteratione.

Ubi notandum est quod alteratio nihil aliud est quam forme alterius note reduplicatio. Et hoc potest fieri in modo perfecto, tempore et prolatione perfecta.

Quod alteratio fit in modo perfecto, tempore et prolatione perfecta, hoc patet ex supradictis.

Quod numquam aliqua nota ante minorem se vel equalem alteratur, sed semper ante majorem vel pausam majoris prolationis, quia in jure est, quod par impar nullum habet dimidium; ergo nec minor alteratur, ergo conclusio vera.

[1] Cod. Paris.: Puniri.

Digitized by Google

Quod nota alterata potest imperfici, probatur quia, posito quod alteratio fiat in modo perfecto maximarum et longarum, tunc quelibet longa erit perfecta; et tamen illa longa altera habet vim duarum longarum perfectarum, et tunc dicitur perfectum posse reduci ad imperfectum per imperfectionem; ergo etc.

Quod longa sic alterata potest imperfici ab una brevi, et hoc quo ad unam longam propter rationem supradictam, ut hic :



Et hoc quo ad totum.

Quod longa sic alterata potest imperfici ab una alia brevi, et hoc quo ad secundam longam, cum habet vim duarum longarum perfectarum, ut supra est expressum :



Et hoc quo ad totum.

Quod quelibet longa divisibilis in tres partes potest imperfici altera parte quo ad totum. Si autem pars earum sit perfecta, tam propinque quam remote poterunt imperfici, ut supra ostensum est. Sed imperfectio debet sibi semper preponi. Ratio, quia si preponeretur, tunc ille due longe non remanerent inter duas maximas et per consequens ultima non esset altera.

Posset tamen quidam dicere quod etiam posito quod preponatur, non remanet inter duas maximas cum inter longam et primam maximam sit imperfectio illa. Verum est quod non remaneat inter duas maximas, sed bene inter punctum et maximam, quod idem est, ut supra ostensum est. Adhuc quis posset dicere quod tunc, scilicet quando postponitur imperfectio, punctabo ipsam. Et sic ille due longe remanebunt inter punctum et maximam et tunc pono conclusionem.

Quod inter maximam de modo perfecto maximarum et punctum nulla nota alteratur. Et sic inter longam de modo perfecto longarum; similiter de brevi in tempore perfecto vel inter semibrevem in majori prolatione et punctum, nulla nota alteratur. Ratio est quia contradicetur secunde conclusioni que dicit quod nulla nota alteratur ante minorem; sed tunc bene posset poni post punctum minorem notam vel equalem, sicut ponitur quando alteratur inter punctum et maximam bene ponitur ante punctum minor vel equalis nota; et sic esset minus incongruum, ut hic inferius :

Quod inter punctum et punctum nulla nota alteratur, ut hic :



Propter rationes positas in precedente conclusione, ut hic :

Prima figuratio vel primum exemplum non bene stat, quia ultima illarum duarum longarum non potest alterari ante suam equalem, sed debet sic figurari :



Si dicis mihi quod taliter debet figurari, quando due longe postponuntur in duas maximas, dico quod salva gratia, ut hic :

Digitized by Google



dico quod ista est mala figuratio, quia illa maxima, que stat in loco longe alterate non potest esse aliquo modo imperfecta propter tertium principium quod simile ante similem positum nullo modo potest esse imperfectum; ergo debet sic figurari :



Secundum exemplum bene stat et secundum regulam regulatum :



Tertium exemplum est pessime, sed dicitur figurari sicut primum, ad hoc ut non alteretur nota ante minorem se, ut hic :



Quartum eodem modo et sic de quinto et de omnibus aliis, ut dictum est de his.

Sicut dictum est de alteratione in modo maximarum respectu longarum, ita intelligendum est de ipsa in modo longarum respectu brevium, et in tempore perfecto respectu semibrevium, et in majori prolatione respectu minimarum; et hoc de alteratione sufficiat.

De syncopa.

Unde syncopa est quo ad totum alicujus note mediante perfecto, vel divisio facta in modo tempore vel prolatione. Dixi imperfectio quo ad modum tempus vel prolationem perfecta; dixi divisio et hoc quo ad modum tempus vel prolationem imperfectam.

Prima conclusio.

Quod syncopa fiat in modo perfecto maximarum. Est ibi reperire tres longas quarum una preponatur maxime vel maximis que per connumerationem reducitur ad alias duas postpositas, ut hic quemadmodum pars in suo toto videlicet exemplum :

Et tunc quod maxima ultima punctatatur; quod si non punctaretur, tunc ad ipsam reduceretur, ut hic :



Secunda conclusio.

Quod si ille due longe preponerentur et una postponeretur, idem est judicium, ut hic :



Quoniam? Probatur conclusio cum modus sit perfectus nec ultima longa possit alterari per punctum et cum illa prima nullum alium locum possit habere, quia omnes maxime sunt perfecte per tertium principium, quia simile ante similem positum semper erit perfectum, et cum ultima sit similiter punctata, et per consequens non possit imperfici, ergo etc.; sic probatur secunda.

Tertia conclusio.

Quod nota per syncopam reductam dicitur habere priorem locum quem potest habere per regulam juris, quia prior est tempore, potior est in jure, ergo ipsa prius debet colorari quam aliqua alia.

Quarta conclusio.

Quod idem est si fiat syncopa in modo perfecto longarum respectu brevium, et si fiat in tempore perfecto semibrevium, vel in majori prolatione respectu minimarum. Ratio, quod de similibus idem judicium est.

In majori prolatione multe syncope inveniuntur et varie, quamvis sint idem in substantia, et primo invenio in motetto « *Ida capillorum* » talem syncopam, ut hic :

Digitized by Google



Illa prima minima reducitur cum illis duabus posterioribus, scilicet cum pausa minime et minima.

In « *Gloria* » ejusdem Fratris Minoris, invenio istam, ut hic:

Que Gloria incipit :



Et reperitur ibidem ista alia :



In prima syncopatione illa minima reducitur ad semibrevem vacuam. In secunda vero ille due minime punctate reducuntur cum illis duabus imperfectis semibrevibus, et prima cum prima et secunda cum secunda; et prima debet habere priorem locum.

In « *Credo* » Fratris *Nicolai de* AVERSA, Ordinis Celestinorum, invenio duas syncopas, sed non videntur varie, ut hic :



In tali syncopatione illa prima minima sic punctata ex utraque parte reducitur cum illis duabus ultimis in medio punctatis.

In uno alio « *Credo* », et « *Iterum venturus est* » et « *Cujus regni non erit finis* », de notis rubeis, ignoro tamen cujus Magistri est opus, invenio talem syncopationem, ut hic :



In talibus figurationibus illa ultima minima reducitur cum illis duabus ochetis sic punctatis; vel cum illo ocheto et illa minima sic punctata.

Vidi in uno Madrigale quod incipit *Apresso di un fiume*, etc., quod sit minoris prolationis, et sit congruum dicti Magistri nostri talis syncopatio, ut hic :



Et hoc dico propter pausam que non dicitur poni in syncopa, sed credo quod est secundum artem *Italicorum*.

Quod si fiat syncopa in modo perfecto maximarum, est ibi reperire duas longas quarum una preponitur maxime vel maximis, et altera postponitur, ut hic :



Sic etiam fit tempore respectu semibrevium et in minori prolatione respectu minimarum. Quod syncopa non datur ultra pausam, non video quomodo Magister meus hoc posuit, cum pausa habeat vim sue note, et sicut longa alteratur ante maximam, sic et ante pausas maxime; et sicut longa imperficit maximam, ita et pausa longe; et sic de singulis et de omnibus aliis. Ergo dicamus cum DONATO nulla ratione, sed sola auctoritate veterum, nisi esset quod syncopa est fortior actus qui sit in musica; et ideo causa brevitatis et melioris euphonie hoc fit, quia propter aspirationes pause cantandas, ibi deciperetur; non video aliam rationem; et hoc de syncopa sufficiat.

DE SIGNIS.

Prima conclusio.

Quod quadrangulus cum tribus tractulis ponitur pro modo perfecto non ratione quadranguli, sed ratione illarum trium linearum que perpendiculariter ibi cadunt, quibus designatur modus perfectus, quia modus perfectus dividitur in tres partes, ut supra ostensum est, ut hic : .

Secunda conclusio.

Quod quadrangulus cum duobus lineis ibi perpendiculariter cadentibus ponuntur pro modo

Digitized by Google

imperfecto propter rationem supradictam, ut hic :

Tertia conclusio.

Quod circulus ponitur pro tempore perfecto ratione sue perfectionis, et non ratione sue figure, ut hic :



Quarta conclusio.

Quod semicirculus ponitur pro tempore imperfecto ratione sue imperfectionis et non ratione sue figure, ut hic :



Quinta conclusio.

Quod si in circulo ponantur tres puncti, majorem prolationem designant ratione perfectionis, ut hic :



Sexta conclusio.

Quod si in circulo ponuntur duo puncti, designant minorem prolationem ratione imperfectionis, ut hic :



Septima conclusio.

Quod si in semicirculo ponuntur tres puncti, majorem prolationem designant ratione perfectionis, ut hic :



Octava conclusio.

Quod si in semicirculo ponuntur duo puncti, minorem prolationem significant, ut hic:



Et hoc signis sufficiat.

De rubeis figuris et vacuis [1].

Quod quandocumque nigre sunt perfecte, rubee vel vacue semper erunt imperfecte, probatur, cum talis variatio non fiat sine causa, et omne quod est in musica aut est perfectum aut imperfectum. Cum ille rubee vel vacue non sint perfecte, ergo erunt imperfecte. Tenet consequentia a sufficienti divisione, ut hoc per exemplum demonstratur videlicet :

Quod quandocumque nigre sunt imperfecte, rubee vel vacue sunt perfecte per eamdem rationem, ut hic. Et nota quod tales figurationes non fiunt, nisi in modo, tempore et prolatione perfecta :



1 Cod. Paris. : Perfectum et imperfectum designantur colore.

Digitized by Google

Quod inveniuntur quinque semibreves vacue vel rubee quarum tres ponuntur pro tempore imperfecto majoris prolationis, ut hic : ◊ ◊ ◊ ◊ ◊, vel sic : ♦ ♦ ♦ ♦ ♦ [1], vel sic : 

Quando quatuor ex istis rubeis vel vacuis ponuntur quatuor per tempus in tempore imperfecto majoris, ut hic : ◊ ◊ ◊ ♦, vel sic : ♦ ♦ ♦ ♦ [2], vel sic : 

Consideret ergo unusquisque vestrum quod hoc non est bene positum. Ratio, quia tunc quelibet illarum valeret duas minimas perfectas, loquor de primis, et quelibet istarum secundarum valeret duas minimas imperfectas, ergo diffinitio debet esse inter eas cum sint diverse qualitatis; huc usque dicamus ergo primas esse bene figuratas, secundas autem minime. Sed oportet quod sint rubee vel vacue, cum sint minoris valoris, vel plene habeant caudas ex utraque parte, ut hic :  , vel sic : [3]

Quod inveniuntur etiam minime imperfecte quarum quatuor ponuntur pro tribus, et hoc in majori prolatione, ut hic :



Ergo si nigre erunt minoris prolationis, rubee dicuntur esse majoris. Probatur per tertiam conclusionem, ut hic patebit per exemplum :

1 Hæ quinque notæ rubeo colore signantur in codicibus. Idem, ibidem.

2 Idem, ibidem.



In hoc cantu ponuntur ideo minime tres pro quatuor; et hoc minus bene dicamus, quia in tempore perfecto minori ponimus minimas rubeas vel vacuas; quarum dantur tres pro duabus, et minus bene, quia sicut in tempore perfecto majoris dantur quatuor rubee vel vacue pro tribus nigris, sic hic debet esse, et e converso. Et si consideramus conclusiones prius positas, debentur poni prout posite sunt; sic fiat in modo et tempore, quia non debet servari in prolatione.

Quod quandoque ponuntur sex pro sex minimis, sed tamen mutatur qualitas et cantus; verbi gratia recipiuntur sex minime temporis perfecti minoris ac si essent temporis imperfecti majoris, et hoc maxime Gallici servant in illo Rondello: « *Rose sans per* », ipso exstante tempore perfecto minoris, sed suus tenor est imperfectus major et contratenor imperfectus minor.



1 Cod. Ricard.

Digitized by Google

Nec quod Magister Johannes de Muris videtur consentire, cum dicit quod nonnulli cantores imperficiunt brevem imperfectam majoris, ut esset brevis perfecta minoris, ut puta GUILLIELMUS DE MASTODIO dicit ibi mutare qualitatem[1], ut hic:



Et e contra, ut hic:

Sic etiam et nos possumus facere in nostro discantu probatur; non gaudent tempore majori privilegio quam nos, quamvis dicat rex quod auctor legis non tenetur ad ipsius observantiam. Ego volo preligare capitulum cum omnibus constet patere legem quam tu ipse tuleris; ergo etc.:

1 Cod. Paris.: Et addidit et dicunt ei mutare qualitatem.

Sic etiam si cantus est perfectus minoris, possumus discantare supra talem tenorem, scilicet perfectum minoris, imperfectum majoris, ut hic:

Et sic de aliis facimus totum contrarium quandoque, quia cantando per perfectum majus, et bene potest esse; sed non in figuris rubeis vel vacuis. Nonnulla dico ad exercitationem illorum, ut habeant materiam aliquid dicendi.

Pro conclusione tenendum est ergo quod minime, tam in majori prolatione posite quam in minori, dum proprie figurentur, scilicet nigre, semper sunt perfecte, ut demonstratur in Rondello illo: « *Rose sans per* », si quis bene considerat. Et NICOLAUS DE AVERSA[1], Ordinis Celestinorum, cum dixit CECHUS DE FLORENTIA in discantu illo sue *ballade*[2] posuit semibreves rubeas

1 Cod. Paris.: NICOLAUS DE ADVERSA.
2 Ibid.: Ballative.

Digitized by Google

imperfectas et male, salva pace, quod in hoc non peccavit; sed peccavit in tenore ponendo semibreves rubeas, cum sit minoris prolationis tenor ille.

Parcat ergo mihi reverentia utriusque quod male intellexerunt regulas Magistri Johannis de Muris, cum dixit : si nigre sunt perfecte, et rubee erunt imperfecte, et e converso. Quia illud et e converso non notat varietatem temporis, modi vel prolationis, sed identitatem. Itaque e converso, scilicet in modo et tempore vel prolatione perfecte erunt nigre, imperfecte rubee vel vacue ; et si eedem nigre erunt imperfecte, rubee vel vacue erunt perfecte. Et sicut ponuntur tres semibreves in majori prolatione rubee pro duabus nigris, ita versa vice in eadem ponuntur tres nigre pro duabus rubeis vel vacuis. Sed debent ponere semibrevem in prolatione imperfecta, in modo, tempore et prolatione perfecta; punctus non exercet ibi tale officium nec contrarium; sed bene evacuatio, ut patet in quampluribus rondellis et motetis.

Sic utuntur Galli in eorum rondellis; loco minoris ponunt semibrevem punctatam. Sic PERINETUS in sua « *Gloria* » et « *Credo* »; sic in illo magno moteto : « *Rex Karole* » invenitur expressum. Sic et Frater *Nicolaus de* AVERSA in suis cantilenis, quamvis in arte teneat contrarium; sic et omnes generaliter artem Gallorum imitantes. Figuratio autem *Checki*[1] *de* FLORENTIA hec est, ut hic :



Tenor.

Sic ergo patet quomodo tenor, extante de minori perfecto, discantus potest esse de majori prolatione. Et tenor extante de minori imperfecto, discantus potest esse majori prolatione, ut hic :



Vidi a Fratre *Nicolao de* AVERSA ponere tales figuras pro minimis imperfectis, quatuor pro tribus; sed tunc nescio unde extraxerit ; hoc potius voluntariam positionem judico. Ponit etiam dictus frater *Nicolaus de* AVERSA Ordinis Celestinorum semiminimas quarum quatuor ponit pro duabus, ut hic :



Hic dicitur imperfectum minoris et reduplicatum.

Queritur ergo quare semibreves rubee caudantur ex utraque parte? Dico quod sunt semibreves minoris imperfecti; quando ponuntur quatuor minime pro tribus, sunt composite ex minimis imperfectis, sic et iste sunt composite ex

1 Cod. Paris. : Cacchi.

Digitized by Google

minimis imperfectis ; ergo nulla differentia in valore, quia sicut ille minime in minoris imperfecto reduplicato ponuntur quatuor pro tribus, sic et iste ponuntur tres pro duabus. Solum varietas attenditur circa prolationem, quia alius et alius modus pronunciandi.

Preterea sicut nigre tam imperfecti minoris quam imperfecti majoris dicuntur imperfecte et e contra, ut supra ostensum est; semiminime vero, quando in cantu ponuntur, sic debent figurari sicut supra jacent, ad differenciam minimarum imperfectarum, vel debent figurari nigre vacue vel cum caudis sic et retortis.

Sed vere secundum artem non solum semiminima non est danda, verum et minima imperfecta. Videamus primitus, si minima imperfecta non est danda; ergo nec semiminimarum tenet consequentia, quia de majori ad minus distributive arguendo non est bona consequentia assumptum probatur, quia ultra minimum non datur quod patet per quid nominis minime.

Ponunt etiam Galli aliam figuram que vocatur *quietantia*, et hec quidem a proprietate sua sumpsit sibi nomen, quia in ipsa cantores quiescunt, velut hic.

Et sciendum quod in omnibus partibus prolationis talis figuratio potest fieri preter in minima; ratio potest esse quia numquam cantus finitur in minima, nec in minima cantor potest pausare, quia remanet tempus incompletum, ergo etc.

Sequitur de pausis.

Prima conclusio.

Quod ultra pausam trium temporum non est dare, probatur cum ipsa sit perfecta et ultra perfectum nihil debet dari, ergo etc.

Secunda conclusio.

Quod pausa trium temporum numquam ponenda est, nisi modo perfecto, probatur, omne simile appetit suum simile; ergo pausa ipsa perfecta requirit id quod perfectum est, non prolationem, non tempus, ergo modum. Et cum modus sit duplex perfectus et imperfectus, non requirit modum imperfectum, quia non est sibi similis; ergo requirit modum perfectum.

Tertia conclusio.

Quod pausa non imperficitur nec alteratur, probo cum tantum partes prolationis imperfecte perficiantur vel alterentur, ergo non pausa tenet consequentia, quia pausa non est pars prolationis. Probo assumptum; cum alteratio vel imperfectio in modo, tempore et prolatione, et modus, tempus et prolatio approprientur ipsis partibus prolationis tantum; ergo alteratio vel perfectio attenditur circa partes prolationis tantum.

Ad cognoscendum autem pausas et quot tempora valent, est sciendum quod quot spatia occupant, tot tempora valent. De pausis autem que medium spatium occupant, est tenendum quod si pausa illa ponitur sub virgula, est pausa semibrevis ; si autem ponitur supra virgulam, dicitur pausa minime, ut hic apparet per exempla :



Ille pause que tangunt quatuor spatia dicuntur finales vel terminales; et hec de pausis dicta sufficiant.

Sequitur de talla et colore.

Prima conclusio.

Quod talla dicitur, quando repetuntur eedem note sub eisdem figuris, sub diversis tamen vocibus, ut apparet in tenore illius moteti : « *Rex Johannes* ».

Secunda conclusio.

Quod color est quando repetuntur eedem voces sub diversis tamen figuris, ut habetur in tenore : « *Portio nature* » vel « *Ida capillorum* », ut hic per exemplum :

Digitized by Google

Sic enim est color in musica, et possunt hec fieri in modo, tempore et prolatione perfecta vel imperfecta, etc.

SEQUITUR DE DIMINUTIONE.

Prima conclusio.

Quod quandocumque fit diminutio in modo, tempore vel prolatione perfecta, diminutio fit per tertiam partem. Ratio est, quia si fieret in prolatione perfecta cum semibrevi debeat poni minima et cum semibrevis valeat tres minimas, ergo deberet poni minima; et cum semibrevis dimidia sic fieret, diceretur per medium; et sic sequeretur quod minima esset divisibilis, quod est falsum; ergo debet fieri per tertiam partem.

Secunda conclusio.

Quod quandocumque diminutio fit in modo et tempore et prolatione imperfecta, diminutio fit directe per medium; probatur cum pro longa ponatur brevis, et sic de singulis, ut cum longa imperfecta sit divisibilis in duas partes et cum una illarum partium sit brevis, ergo etc., ut patet in tenore supradicto illius moteti « *Rex Johannes* » ibi est duplex diminutio, scilicet quo ad modum et quo ad tempus. Quo ad modum fit per tertium, quia modus est perfectus et pro longa valentes tres breves ponitur una brevis; quo ad tempus fit directe per modum, scilicet pro brevibus tribus, scilicet valentibus sex semibreves ponitur una valens tres semibreves :



Et hec de musica mensurabili dicta sufficiant.

De modo autem tempore et prolatione, et de imperfectione maxime perfecte, longe, brevis et semibrevis, de figuratione et alteratione, etc., clarius patet et patuit in anterioribus figuris, in principio vel ante principium hujus operis.

II.

DE CONTRAPUNCTO.

Cum notum sit omnibus [1] . . . . . .

XXXIII

ANONYMI VI

DE MUSICA MENSURABILI

DE VIRTUTE NUMERI TERNARII.

[1] Quum dictum sit musicam in numero ternario sumere perfectionem, illam, inquam, musicam que mensurabilis est, et ab ipso ternario tanquam perfectione sua sumere debet ortum; hic autem ternarius in se ductus procreat et facit quod sub novenario quodammodo omnis numerus continetur, cum ultra 9 semper fiat reductio ad unitatem, quod patet. Isti soli numeri, qui sunt infra 10,

1 Initium hujus tractatus deest in codice.

1 Quæ secunda pars edita est supra, pag 60, ex codice Mediceo-Laurentiano, variis cum lectionibus cujusdam codicis olim in monasterio S^ti Pauli, Ordinis Carmelitorum Ferrariæ, asservati.

Digitized by Google

simplices vocantur, quia unica representatur figura, ut in algarismo patet; ergo musica novenarium numerum non transcendit. Qui si iterum in se ducatur, 81 producit; qui productus a ternario dimensione triplici mensuratur admodum. Nam ter ter novem; ter 9, 27; ter 27, 81 semper generant. Ab unitate ergo que est tertia pars ternarii qui perfectus est usque ad 81, qui similiter est perfectus, dicimus esse terminationes de maximo ad minimum cujuslibet vocis tote, quod ejus longitudo inter hos terminos est inclusa. In quibus quatuor gradus perfectionis distincti possunt rationabiliter assignari hoc modo. Nulla perfectio musicalis ternarium excedit. Perfectio est illud secundum quod aliquid dicitur perfectum. Perfectum est quod est in tres partes divisibile vel equipollenter, id est in duas inequales quarum minor se ipsa a majore superatur. Unitas autem est indivisibilis et potest vocari neutrum. 81 quidem ternarius est, et in hoc perfectus; cujus 54 binarius est, et in hoc imperfectus. Ejus quoque unitas est 27 que perfectum imperficit, cum 81 trahit ad 54; et perficit imperfectum, cum 18 trahit ad 27; et in his 3 distinguitur primus gradus, scilicet 81, 54, 27; a 27 in 9, secundus gradus, scilicet 27, 18, 9; a 9 in 3, tertius gradus, scilicet 9, 6, 3; a 3 ad unum, quartus gradus, scilicet 3, 2, 1. In quorum quolibet, ut ex immediate dictis patet, tertium, secundum, primum, id est perfectum, imperfectum et neutrum contingit reperire. Sunt igitur quatuor gradus perfectionis nec plures nec etiam pauciores.

De forma figurarum et de valore earum:

Restat nunc quibus figuris, que dicta sunt, convenientius debeant designari, quibusque nominibus valeant appellari; licet aliqui doctores nostri musice aliter duxerint in aliquibus figurari, sed jam carent sequacium rationum viribus destituti.

Et licet signa sint ad placitum, tamen quum omnia sibi invicem consonant quodammodo, signa convenientiora debent dari. In quorum inventione figuras geometricas, jam diu est, antiqui sapientes musice concesserunt. Figura autem scripture aptorum superficies quadrilatera est, cum ex sola calami linea procreetur in qua tanquam in genere convenit omnis notula musicalis. Notula musicalis est figura quadrilatera soni numerati, tempore mensurati significativa ad placitum. Hujus autem distinctionis novem forme : Rectangulum, equilaterum, caudatum, punctus, situs, dexterum, sinistrum, sursum, deorsum.

De figuris primi et quarti gradus antiqui pauca locuti sunt. Sed de figuris secundi et tertii valde rationabiliter tractaverunt, licet vox eorum ad gradus se extenderit ampliores. Quod enim proferebant ore, minime figurabant; dederunt enim nobis modum et viam perficiendi quod fecerant incomplete. Posuerunt tres et duos figura simili designatos, unitate vero dissimili, quia binarius propinquior est ternario quam unitas. Namque in habentibus symbolum facilior est transitus, et e contrario de ternario ad binarium, id est de perfecto ad imperfectum; et e contrario facilior est transitus quoque de ternario ad unitatem; ergo interea debet esse figura similior in quolibet gradu quorum distinctio non percipitur in scripturis. Sed potius est ex relatione ad alterum manifesta.

Secundum priores figura quadrilatera, rectangula, caudata, dextrorsum, sursum vel deorsum, in secundo gradu imperfectum significat et perfectum, id est binarium et ternarium ut ista : ▪. Eadem vero figura non caudata significat unitatem, ut ista : ■. Sed eadem significans unitatem in secundo gradu, ternarium et binarium significat in tertio gradu; figura vero quadrilatera, equilatera, obtusiangula unitatem significat in eodem, ut ista : ♦. De primo gradu locuti sunt quum bina-

Digitized by Google

rium et unitatem.... sed ternarium obmiseruut aut intelligi dederunt per figuram similem binarium denotanti. In quarto gradu unitatem penitus reliquerunt que est figura quadrilatera obtusiangula caudata, sursum, ut hic : . Et hec ultima quarti gradus. Sed prima primi gradus similis est secunde, scilicet figura quadrilatera inequilatera rectangula caudata dextrorsum sursum vel deorsum, ut hic : . Differentie primi gradus equilaterum, inequilaterum. Differentie secundi caudatum, incaudatum. Differentie tertii rectangulum obtusiangulum. Differentie quarti obtusiangulum incaudatum, obtusiangulum caudatum.

De nominibus ipsarum figurarum.

Quum dictum sit de gradibus notarum, dicendum est de nominibus ipsarum. In primo gradu sic : triplex longa, duplex longa, simplex longa. In secundo gradu : longa perfecta, longa imperfecta, brevis; et hoc in sequendo nomina antiquorum. In tertio gradu ad similitudinem istius precedentis; brevis perfecta, brevis imperfecta, semibrevis; non quod dicatur semibrevis ab equali parte, sed a majori vel minore, ut dicatur binarius major pars trium, unitas minor, et hec semibrevis ab antiquis minor est nuncupata. In quarto gradu in sequendo precedentia : semibrevis perfecta, semibrevis imperfecta, semibrevis minima. Aliter ab aliis nominatur ista, eadem stante sententia, omisso primo gradu qui satis convenienter nominatur longa, semilonga, brevis, semibrevis, minor, semiminor, minima; vel sic et melius, ut puto; longa, longior, longissima, hoc est magna, major, maxima. Sumpto initio comparationis ab unitate primi. Postea in secundo, perfecta, imperfecta, brevis, brevior, brevissima, parva, minor, minima; que omnia sunt in tabula inferius declarata.

De perfecto et imperfecto et differentia unius ad alterum.

Quia dictum est quod perfectum et imperfectum eadem figura figurantur, ideo utile est cognoscere differentiam unius ad alterum propter quod sciendum quod talium distinctio quinque modis ab auctoribus assignatur; quod patet in secundo gradu de quo perfectius tractaverunt sic : longa ante longam perfecta est; et longa ante duas breves, et longa ante tres breves, et longa ante punctum, et longa ante pausam longam, semper trium temporum existimatur. Imperfecta cognoscitur duobus modis : unitate preposita vel sequenti. Quod dictum est de secundo gradu de aliis intelligendum est suo modo. In quorum quolibet gradu possunt cantandi quinque species assignari. Una ex omnibus perfectis; altera ex binario precedente unitate, sequente; et est primus modus similisque in pausis. Secundus ex unitate precedente et binario sequente. Tertius ex primo et secundo collectus, videlicet ex perfecto precedente, unitate duplici subsequente, quarum unitatem ultima significatione binarium representat. Quartus sit e contrario. Quintus sit ex omnibus unitatibus cum fractionibus earumdem. Hec omnia sic apparent in figura inferius scripta, ut hic :



Et isti gradus videntur mihi sufficere. Verumtamen *Phillipotus* addit unum gradum ratione graduum comparationis; quem gradum non reprobo tanquam impossibilem, sed mihi non

Digitized by Google

videtur necessarius nec regularis propter ductiones ternarii superius declaratas. Modus autem suus, hic est:

longissima	semilonga	minima vel
3.	3.	brevissima
324. semilongissima	18. brevis	1. 1.
2. 162. longior	3. 9. semibrevis	
3. 81. semilongior	2. 6. brevior	
4. 54. longa	3. 3. semibrevior	
3. 27.	2. 2.	

Primus gradus.

Primum ex istis modis propter superfluitatem relinquo, quia quatuor ultimi gradus sufficiunt, et secundum istos proceditur in hoc libro.

Primus modus :
Secundus modus :
Tertius :
Quartus :
Quintus modus :

Secundus gradus.

Primus modus :
Secundus :
Tertius :
Quartus :
Quintus :

Tertius gradus.

Primus gradus :
Secundus :
Tertius :
Quartus :
Quintus :

Quartus gradus.

Primus gradus :
Secundus :
Tertius :
Quartus :
Quintus :

De ligaturis sufficiant que dicta sunt in canonibus antiquorum.

De pausis.

Magna altercatio versatur hodie inter musicos nostros quibus dicentibus quod non sit dare pausam minimam, quod manifeste falsum est. Nam quicquid contingit exprimere, contingit pausare. Immo levius est tacere quam exprimere; et tamen exprimimus minimas, ergo tacere possumus eas: sed tacere musice, non est aliud quam pausare, ergo et contra. Idcirco, ut a pluribus conceditur, secundum omnem gradum notarum est dare gradum etiam et pausarum, sed diversi diversimode hoc assignant. Nam Magister *Johannes de Muris* sic assignat secundum quatuor dictos gradus, ut apparet in hac descriptione: due prime faciunt primum gradum cum tertia, que tertia, cum duabus sequentibus facit secundum gradum, quarum duarum sequentiam ultima, que prima est inter breves, scilicet ista I que occupat unicum spatium cum duabus sequentibus, constituerit tertium et illa tertia cum reliquis duabus quartum gradum:



Sed hoc non placet mihi pro tanto, quia dividere unum spatium per partes quinque, sicut patet hic:



Digitized by Google

est valde difficile in strictis lineis, sive spatiis etiam valde difficile, immo impossibile posse eas cognoscere seorsum positas, licet possent cognosci quin sint simul, ideo, etc.

Phillipotus, secundum gradus quinque quos ponit, sic pausat, ut hic :



In hac descriptione primus designatur per circulum. In secunda per punctum in superiori parte pause positum. In tertia ponuntur pause cum signo ad modum antiquorum, qui sic descripserunt, et de illo modo perfectissime tractaverunt. In quarta vero sive in quarto gradu ponuntur pause cum puncto posito circa linee vel pause medium. In quinto vero ponitur punctus in inferiori parte pause.

Sed hec descriptio mihi videtur mirabilis quod videlicet ista , que est unius spatii, equipolleat illi quod sequitur eam que occupat tria spatia ; ex quo enim eadem pausa est, quare figurabitur diversimode ; hoc idem apparet per omnes gradus. Item mirabile videtur quod ista |, cum sit unius spatii, sit minima. Item cum ipse sequatur antiquo in tertio gradu, de quo bene tractaverunt, quare non sequitur eos in quarto gradu, de quo etiam tractaverunt. Ideo inter istos navigans mihi videtur taliter pausandum esse, ut hic :



In hac descriptione primus gradus tria spatia, secundus duo, tertius unum, quartus dimidium, sive proprius loquendo semispatium, id est non plenum spatium, et in quolibet gradu diversimode. Nam in primo gradu perfecta, que etiam longissima dicitur, occupat tria spatia, cum semis ad differentiam imperfecte ejusdem gradus que etiam longior dicitur, que quidem solum occupat tria. In secundo gradu perfecta, que etiam longa dicitur, occupat duo spatia cum semis ad differentiam sue imperfecte que habet unum. In quarto autem similiter procedendo perfecta, que semibrevis vel parva dicitur, majorem partem spatii juxta traditionem seniorum possidet. Imperfecta vero minorem unam, quia non est leve cognoscere in uno parvo spatio majorem partem et minorem prefertum cum in distantibus locis locantur ad distinctam cognotionem ipsarum. Judicavi ipsi pause semibrevi perfecte semispatium superius addi gradus insequendo et ad differentiam semibrevis alios imperfecte, que minor dicitur pause minime punctum addidi, vel quodcumque aliud signum si melius habeatur, quod quidem punctum superius vel inferius potest poni i ! i ; et hec de pausis sufficiant ad presens.

De ligaturis et differentiis earum.

Notularum ligatarum alie prime, alie medie, alie ultime. Primarum quedam tendunt ascendere, quedam descendere. Quandocunque prima nota ligature ascendentis caret tractu, vel tractum habet a parte sinistra descendentem, prima brevis, ut hic :

Digitized by Google



Si tractum habeat a parte dextera, prima longa, ut hic :



Si vero prima nota ligature descendentis tractu careat, longa dicitur, ut hic :



Nota quod quando prima nota ligature tam ascendentis quam descendentis habet tractum a parte sinistra ascendente, due prime dicuntur semibreves, ut hic :



Omnes medie breves sunt, nisi secunda totius ligature semibrevis sit.

Ultimarum quedam sub, quedam supra penultimas finiuntur. Si supra, hoc est dupliciter : aut stat recte supra penultimam, sic est longa, ut hic :



Aut obliquo, sic est brevis, ut hic :



Si sub penultimis, hoc est dupliciter; quia aut quadrata sub penultima reperitur sic, est longa, ut hic :



aut penultima et ultima uno corpore formantur, sic est brevis, ut hic :



Nota quod brevis ita potest alterari et imperfici in notis ligatis, quam notis per se stantibus.

De pausis.

Quot spatia linea continet, tot tempora obmissa valet. Et si parvam partem duobus spatiis contineat, semibrevem perfectam representat. Et si parvam partem unius spatii contineat, ita quod tangat lineam et sub linea reperiatur, semibrevem imperfectam representat. Si autem supra lineam minimam representat, et ista patent in hoc manifesto exemplo, ut hic :



Conclusiones perfectionum et imperfectionum et alterationum.

(Hac sub rubrica sequuntur conclusiones quæ in hoc volumine supra p. 109, editæ sunt; quibus etiam loquitur Johannes de Muris in *Speculo Musicæ*, lib. VII, cap. XXXIX; — *Vide Scriptorum*, etc., t. II, p. 424. — Tractatus his finitur verbis) :

Explicit explicite quod erat implicite.

Versus :

Fons atrox eria pedalis truncus usya
Primi dant nomen benefactoris et omen.

Papiæ, 2.

Scriptum octobris 1391 per Fratrem G. de Anglia.

Digitized by Google

XXXIV

ANONYMI VII

DE DIVERSIS MANERIEBUS IN MUSICA MENSURABILI

[1] Sic formantur breves plicate :

Sic formantur semibreves in baculo et in quadro, quarum nisi duo pro tempore in qualibet manerie ire possunt :



Omnis nota in baculo posita descendendo sine tractu in capite longa dicitur, in fine brevis, ut :



Omnis nota tractu carens ascendendo in baculo formata brevis est :



Primus modus constat ex omnibus longis perfectis vel ex longa imperfecta et brevi :

Secundus modus e contrario ex brevi et longa imperfecta :



Tertius modus ex longa perfecta et brevi et altera brevi :

Quartus modus ex brevi et altera brevi et longa perfecta :



Quintus modus constat ex longis, brevibus et semibrevibus :



Quod spatia pausa tenet, tot tempora valet:



Si juxta longam fit pausa duorum temporum, tunc longa valet duo tempora, et duplex longa quatuor, nisi per punctillum defendatur.

Nota quod quando tres breves inter duas longas

1 Initium tractatus deest in codice.

Digitized by Google

inveniuntur, tunc quelibet brevis est unius temporis et quelibet longa est trium temporum nisi ante vel post aliquid adjiciatur.

Item nota quod quando quinque breves inter duas longas inveniuntur, tunc pro perfectione numerantur tres prime breves; aliarum brevium prima brevis, secunda altera brevis :



Hic vadunt semibreves secundum quod puntillus distinguit :



Due semibreves in brevi manerie sunt ambe equales et vadunt pro tempore :

Trium prima tenetur :



Quatuor sunt equales :



Quinque prima et due ultime minores, alie minime :

Tres sunt semibreves, secundum Magistrum Philippum Parisiensem, per quas mensura duodenaria et novenaria discernitur, scilicet major, ut hic : ♦ ♦ ; minor, ut hic : ♦ ♩ ; minima, ut hic : ♩ . Major caret tractu et valet tres minimas, et sequitur alia major sine tractu, ut supra; sicut longa precedit longam, ut hic : ▪ ▪ . Minor caret tractu sicut et major et sequitur minima, ut supra; sicut longa juxta brevem, ut hic : ▪ ■ . Minor valet duas minimas. Minima est caudata ascendendo.

In istis maneriebus de novenaria et senaria, nulla semibrevis caudatur ex parte inferiori.

Brevis in ista manerie duodenaria valet duas majores semibreves, id est sex minimas, quia brevis in novenaria valet tres majores semibreves, id est, novem minimas. Semibreves in baculo vel in quadro in manerie duodenaria omnes sunt majores semibreves. Et in manerie novenaria prima major, secunda duplex major. Si juxta brevem sit minima, tunc brevis valet quinque minimas. Et si juxta brevem sint due minime, tunc brevis valet quatuor minimas :

Quot modis in senaria manerie fiant due semibreves pro tempore :

Quot modis tres :

Quot modis quatuor :



Digitized by Google



Quot modis quinque :

Quot modis sex :

In novenaria manerie tres majores semibreves vadunt pro tempore, ut hic : ♦♦♦.

Vel tres minores et tres minime, ut hic : ♦♦♦♦♦♦.

Vel novem minime, ut hic : ♦♦♦♦♦♦♦♦♦.

Brevis in novenaria manerie valet tres majores semibreves.

Semibrevium in baculo vel in quadro positarum, prima major, secunda duplex major, ut hic:



Senaria maneries aliquando cognoscitur per hoc signum, S; novenaria, per N; octonaria, per O; duodenaria, per D.

Quot modis due semibreves pro tempore in novenaria manerie :



Quot modis fiant tres :

Quot modis quatuor :

Quot modis quinque :

Quot modis sex :



Quot modis septem :

Quot modis octo :

Digitized by Google

Quot modis novem :

In octonaria manerie due semibreves pro tempore sunt equales, et sunt majores, quarum quelibet valet quatuor minimas, ut hic :

Trium prima major :

Quatuor quelibet minor et valet duas minimas :

Quinque, prima et due ultime minor est, alie minime, ut hic :



Sex, prima et quarta minores, alie minime :



Septem, minor prima, alie minime :



Quot modis fiant due semibreves in octonaria pro tempore :



Quot modis fiant tres :



Quot modis fiant quatuor :

Quot modis fiant quinque :



Quot modis fiant sex :



Quot modis septem :



Quot modis octo :



In duodenaria manerie duarum semibrevium pro tempore, prima major secunda, duplex major, et si juxta brevem sit major semibrevis, tunc brevis valet duas majores semibreves :



Digitized by Google

Tres sunt omnes majores :



Quatuor, prime due minores et alie sequentes majores :



Quinque, quatuor prime minores :



[1] . . . Si due breves inter duas longas inveniuntur, nisi fuerit punctus divisionis, secunda brevis alteratur; et si fuerit punctus divisionis inter duas breves, prima brevis imperficit longa a parte anteriori.

Brevis recta vocatur carens omni tractu. Brevis plica vocatur habens duos tractus tam ascendendo quam descendendo.

Semibreves formantur ad formam losange sive orde.

Item *Dominus* et *Magister* PHILIPPUS DE VITRIACO ad confirmandum et declarandum artem predictam, in arte nova ordinavit quod est modus et tempus et que sunt prolationes.

Dicit predictus quod due sunt prolationes, scilicet major et minor. Iste due prolationes possunt dividi in quatuor; nam prima prolatio est, quando naturalis longa valet tres breves et brevis tres semibreves et semibrevis tres minimas; et si tres minime dividi possunt in quatuor partes, sed non equales.

Ista prolatio dicitur esse major de modo et de tempore perfecto.

Secunda prolatio dicitur quando brevis naturalis valet tres semibreves et semibrevis duas minimas; et si sunt sex minime que dividi possunt in duodecim partes, sed non equales, ut in « *Philomena* ».

Tertia prolatio est quando brevis naturalis valet duas semibreves et semibrevis tres minimas; que possunt dividi per quatuor partes, sed non equales. Tunc dici potest quod sit tempus imperfectum et modus perfectus.

Quarta prolatio est quando brevis naturalis valet duas semibreves, et semibrevis duas minimas que sunt equales proferende; et dicitur esse tempus imperfectum minoris prolationis modi imperfecti; et hoc totum patet.

Ubicumque brevis valet tres semibreves, et semibrevis tres minimas, dicitur tempus perfectum majoris prolationis modi perfecti.

Item quando brevis naturalis valet tres semibreves, et semibrevis valet duas minimas, dicitur tempus perfectum minoris prolationis modi imperfecti.

Item quando brevis naturalis valet duas semibreves, et semibrevis naturalis tres minimas, est tempus imperfectum majoris prolationis modi perfecti.

---

1 Hic hiatus in codice.

Digitized by Google

XXXV

ANONYMI VIII

REGULÆ DE CONTRAPUNCTO

Consonantie contrapuncti demonstrativi ad oculum sunt sex, videlicet prima, tertia supra et infra, quarta infra, quinta supra, sexta infra et supra, octava infra et supra : quarum perfecte sunt prima, quarta, quinta et octava. Imperfecte vero tertia et sexta; de quibus omnibus he regule dantur.

Prima regula est quod quando tenor est gravis, contrapunctus erit acutus et e converso. Et quando mediocris, contrapunctus similiter; unde consonantie acute sunt sexta et octava supra; graves sexta et octava infra. Mediocres vero prima, tertia et quinta supra, atque quarta infra.

Secunda regula est quod contrapunctus incipiatur per consonantias perfectas et sic finiatur, nisi per oppositum fit, gratia alicujus modi pulcherrimi procedendi.

Tertia regula est quod contrapunctus sit facilis in pronunciando, id est non habeat ineptos saltus.

Quarta regula est quod plures voces equales contrapunctus non ponantur constanter.

Quinta regula est quod quando cantus movetur contrapunctus maneat in eadem voce et e converso, nisi moveatur causa pulchrioris modi pronunciandi.

Sexta regula est quod quando cantus movetur sursum, sepius contrapunctus movetur deorsum, et e converso precipue per consonantias perfectas.

Septima regula est, quod tantum semel ponatur eadem melodia, nisi sit pulchra.

Octava regula est, quod eadem consonantia perfecta dicatur nisi semel, nisi alia consonantia sive perfecta, sive imperfecta interponatur; et he sunt regule generales.

De regulis specialibus.

Omnis cantus aut movetur equaliter, aut deorsum, aut sursum. Si equaliter, contrapunctus fit ad placitum regulis supradictis conservatis et pulchro modo procedendi, quem dat ipsa natura cum usu et imitatione. Si movetur deorsum, hoc dupliciter, aut per saltum aut per gradum; si per saltum, fit contrapunctus ad placitum servatis ut supra; si per gradum, dantur he regule speciales.

Prima est quod in fine gradus ponitur prima, vel quarta infra, vel quinta supra, vel octava. Si prima, anteponenda est tertia infra vel tertie. Si quarta, sexta infra vel sexte. Si quinta supra, anteponenda tertia supra vel tertie. Si octava, anteponenda est sexta vel sexte, tamen si volumus fugere primam, hoc fit aut per tertiam supra aut per quartam infra. Si quarta, fit per tertiam supra. Si quinta, supra hoc fit per tertiam supra vel sextam. Si octava, hoc fit per quintam supra vel decimam nisi nobiliores modi reperiantur, gratia motus tenoris. Si movetur sursum, aut movetur per saltum aut per gradum; si per saltum, contrapunctus fit ad placitum, sicut prius; si per gradum, dantur he regule:

Prima est quod in fine gradus ponatur prima

Digitized by Google

vel quarta infra vel octava infra. Si prima, anteponenda est tertia vel tertie supra. Si quarta, similiter tertia supra ; si octava, sexta vel sexte infra ; et si volumus fugere ultimam, pro prima ponenda est tertia infra vel quinta supra ; et pro quarta infra, ponenda est prima ; vel in penultima, prima in fine, quarta; et pro octava infra, aliquando sexta infra.

Secunda regula est quod si aliquis vellet proferre contratenorem loco accentus, pro quarta infra, ponenda est quinta infra. Et sub gradibus descendentibus sepe numero ponitur ad penultimam quinta infra, et ad ultimam quinta supra, vel octava infra. Et hoc secundum indigentiam tenoris intensi vel remissi. Sed ad penultimam gradus ascendentis intensi, sepe numero ponitur tertia infra et ad ultimam octava infra. Alii etiam modi proferendi sunt secundum regulas generales.

Quatuor sunt species ex quibus fit contrapunctus, scilicet unisonus, tertia, quinta et sexta. Unisonus et dupla sive octava, et quadrupla sive quinta-decima, idem sunt; tertia et decima et decima-septima idem sunt quoad contrapunctum. Quinta et duodecima et decima-nona idem sunt. Harum specierum due sunt perfecte, scilicet unisonus et dupla sive octava ; et quadrupla sive quinta-decima idem sunt ; et quinta et duodecima et decima-nona idem sunt; et due sunt imperfecte, scilicet tertia et decima et decima-septima idem sunt, et sexta et tertia-decima idem sunt.

Duplex est tertia, scilicet major et minor. Major est ditonus qui fit ex duobus tonis. Sicut *ut mi, fa la,* et e converso *mi ut, la fa*. Tertia minor est qui fit ex uno tono et uno semitonio minore, sicut de A ad *c,* et de ♮ ad *d,* et de *d* ad *f,* et de *e* ad *g,* et de *g* ad *b,* cantando *fa* supra *re,* vel e converso, vel *sol,* supra *mi,* vel e converso, et vocatur semiditonus.

Duplex est quarta, scilicet una formata de duobus tonis et uno semitonio minore, ut si dicamus *ut fa* et contra, *re sol* et contra, *mi la* et contra. Alia est formata de tribus tonis. Prima utimur in cantibus compositis ad tres partes. Secunda non utimur et vocatur tritonus.

Quinta est duplex, scilicet consonans que formatur ex tribus tonis et uno semitonio minore et ista utimur. Alia est quinta dissonans, sive discordans, que formatur de duobus tonis et duobus semitoniis minoribus, et ista non utimur dicendo *fa* contra *mi,* et e contra.

Sexta est duplex, scilicet una que formatur ex quatuor tonis et de uno semitonio minore et ista utimur. Alia est sexta que formatur de tonis tribus et duobus semitoniis minoribus, sicut de A ad F, et de ♮ ad *g* et de *d* ad *b* et de *e* ad *c,* et ista non utimur.

His declaratis sequuntur regule, quarum prima regula est quod numquam debes facere duas consonantias vel duas species perfectas ejusdem perfectionis simul descendentes cum plano cantu eodem modo sicut planus cantus. Sed possunt poni due species ejusdem perfectionis simul, scilicet due quinte, si non descendant eodem modo vel si non ascendant eodem modo, sicut planus cantus; vel si planus cantus ascendat.

Potest in contrapuncto poni quinta descendens; et si planus cantus iterum descendat, potest in contrapuncto poni quinta descendens; et si planus cantus iterum descendat, potest in contrapuncto iterum poni quinta ascendens ; et sic ponuntur due quinte in contrapuncto, simulque sunt due perfecte species ejusdem perfectionis unam ascendendo alteram descendendo et sic de aliis.

Secunda regula est quod due vel tres vel quatuor species imperfecte possunt poni simul, dum tamen post ultimam imperfectam ponatur immediate consonantia aliqua, aliter non.

Tertia regula est quod, quando planus cantus ascendit per unam notam vel vocem, tunc contrapunctus potest ascendere per quatuor; et per

Digitized by Google

contrarium, si planus cantus ascendit per quatuor, tunc contrapunctus potest ascendere per unam vocem tantum tam de imperfectis quam perfectis speciebus. Et hec regula intelligenda preter quintam et duodecimam, et decimam nonam idem est. Nam quinta vult solum tenorem ascendentem per unam vocem et tenorem descendentem per quatuor et e contra preter sextam. Sed ista tertia regula non placet mihi.

Quarta regula est quod contrapunctus incipi debet et finiri a perfecta specie, scilicet ab unisono vel quinta vel dupla vel duodecima vel quintadecima.

Quinta regula est quod due perfecte species diversarum perfectionum possunt simul poni; sic una quinta et una octava vel e converso, vel una duodecima et octava et e contra, vel una quintadecima et una duodecima et e contra. Quando sunt multi cantores, potest aliquis illorum finire in imperfecta specie, ut in tertia vel in decima, vel in decima-septima, sed nunquam in sexta, nec quinta, in tertia-decima nec in vigesima.

Sexta regula est quod nunquam in contrapuncto debemus ponere quintam subtus planum cantum, quia quamvis aliquando concordat, tamen est magnum periculum communiter; subtertia etiam est periculosa, sed non tantum, sicut maxime in contrapuncto plano.

XXXVI

ANONYMI IX

DE MUSICA MENSURABILI

In der mensurabili musica so heissen die noten lang : ¶ ¶ ¶; und het ieglich ir dry tempora; wenn ein lange vor ir gat, oder ein lange nach gat; und heisset longa perfecta.

So sind die kurzen aldus geschaffen : ■ ■ ■ ; die hand nuwend ein tempus.

So heisset eine semibrevis die ist also geschaffen : ♦ ♦ ♦ , der tund drye ein tempus.

Wen ein brevis vor einer langen gat, oder nach ir gat, so hat die lang nuwent ij tempora, und heisset longa imperfecta, als hie : ■ ¶ | ¶ ■ . Oder de ein kurz gebocgen mag, als hie : ♦ ♦ ¶ | ¶ ♦ ♦ ♦ .

Wenne zwo kurtz zwüschent zwein langen stant, als hie : ¶ ■ ■ ¶, oder ein lang zwüschent vier kurzen, als hie : ■ ■ ¶ ■ ■ ; so het die andren under den kurzen zwey tempora, und heisset altera brevis, und het die lang dry tempora.

Wenne vil semibreves nach ein anderen stand vore vil ir den zwüschent zwein punctelin oder zwüschent zwey anderen noten stand als hie : ♦ ♦ · ♦ ♦ ■ · ; so het die erste ein semibreve tempus und heisset minor; und die andren zwey semibrevia tempora heisset major.

So heissend einer hand noten, pliczen noten, die sint also geformiert : ⌐ ⌐ ⌐ ⌐ . Wels denn de (ling) virgeli lenger ist, die ist kurz, als hie :



Digitized by Google

der aber de recht virgilin lenger ist, die ist lange, als hie :



Under den noten die gebunden sind an ein ander, entweder de gebunder gat of oder ab. Die erste note an dem gebunden die ab gat, het die ein virgelin zu der lingen siten abgande, so ist si kurz, also hie :



Stiget aber der die virgelin zu der selben siten uf, so ist si semibrevis selb andre, als hie :



Ist aber sy one alles virgeli, so ist sie lang, als hie :



So ist der gebind afgat, hat dem die erste note ein uf gand virgelin, zu der linge siten, so ist sy semibrevis, selb andere, als hie :



Gat aber de virgelin ze der rechte siten ab, so ist sy lang, als hie :



Ist sy aber one allet virgelin, so ist sy kurtz, als hie :



Ist der die uugste note an der ligature strecht, stat sy of der ersten, oder stat sy of der nachsten an ir, so ist sy lang, als hie :



Stat aber sy ontstrecht, so ist sy kurcz, als hie :



Ist aber die uugste note mit einem virgelin zu der rechten syten oder ist one alles virgelin, so ist sy lang, als hie :



Ist aber de hinderste note in einen ganzen libe gezogen mit der ersten, so ist kurtz, als hie :



Ouch ist ze wyssend der an : allen ligaturen die mitlen kurtz sind, als hie :



Wenn aber nuwent zwo mittel sind zwüschent zwey lange, so het die erste mittel ein tempus, die ander aber zwey, als hie :



Es sind fünf modi :

Die erste ist so ein lange und ein kurtze nach einander hin gand, als hie :



als die muteten : « O Maria maris stella [1] », und die der gelick sind.

Der ander modus ist so ein kurtze und ein lange nach einander gand, als hie :



Als in der mutete : « Marie preconio [2] ».

Der drite modus ist wenn ein lang und zwo kurtzen und uberein lang nach gat, als hie :



1 Vide *l'Art harmonique aux* XII^e *et* XIII^e *siècles*, 3^e pars, tabula VIII.

2 Ibid. tab. XII.

Digitized by Google

Die vierde modus ist so : zwo kurtz und ein lange hin gand, als hie :



Der funfte modus ist von sunderlichen kurtzen und semibreven, als hie :

Als an den tripel : « O Maria virgo davidica[1] », der uber : « O Maria maris stella », gat, etc.

Hie nach ist ze wyssend von den pausen. Weles virgelin begriffet ein lynien und einhalb spatium betunt der man pausieren ein semibreve; und weles begriffet zwo lynien und ein ganz spatium die hat ein tempus; und wels begriffet drye lynien und ij ganzen spatia der hat zwey tempora; und wels begriffet vier linien und dry spatia der het dry tempora; und weles die linien alle begriffet, der betunt pausieren als mang tempus, als mang spatium; ebdurch gat und stat der virgelin uf der linien und in der halb der spacien, so betunt es ein minime; und als die virgelin stand dik, bedunttend sy sich als in diser nach geschribene formen :

XXXVII

ANONYMI X

DE MINIMIS NOTULIS.

Item notandum quod notularum species quantum plures in hac arte reperiuntur que etiam diversas sibi sortiuntur denominationes. Quedam enim dicuntur longe, quedam breves, quedam vero duplices longe; quedam codependent, quedam non. Et de notitia et differentia illarum satis patuit in precedentibus; sed de minimis notulis artis mensurate quibus utuntur multi moderni subtilesque musici pauca sunt hic advertenda.

Primo quod quedam notule vocantur minime, ut hic : ; et he in cognationibus et significationibus suis alterantur et diversificantur secundum tempus perfectum et imperfectum, similiter et secundum prolationem majorem vel minorem, ut antea dictum est.

Secundo notandum quod quedam notule nuncupantur semiminime; et he sunt similes minimis in forma, nisi quod habent caudam a supra reverberatam ad modum venti, ut hic : ; et plerumque ponuntur in prolatione majori; et tunc quatuor earumdem notularum valebunt unicam semibrevem.

Tertio notandum quod adhuc alie inveniuntur semiminime similes jam dictis in forma, hoc addito quod caudate sunt tam a superiori parte quam inferiori; et he a quibusdam nuncupantur minime semiminimarum, scilicet antedictarum,

1 Ibid. tab. VIII.

Digitized by Google

ut sunt he : ; et iste etiam sepius ponuntur in majori prolatione, et harum sex pro una semibrevi reputantur; due vero unam valent minimam; quatuor duas; sex tres, que faciunt semibrevem in hac prolatione.

Et notandum quod sepe talium notularum due reperiuntur sole; tunc oportet quod vel minima una precedat vel post cedat vel due, vel quod una minimarum precedat et altera post cedat, ut sic: , vel sic : ; vel sic: , vel sic : ; vel oportet si tantum una minima precedit vel sequitur, quod iterato alie semiminime due replicentur, ut sic : .

Et his simul computatis surgit valor unius semibrevis, ut patet considerari.

Item notularum minimarum que coregulantur sursum et deorsum absque reflexione, ut sic :  , et harum quatuor ponuntur pro vacuis tribus semibrevibus manifestantur et pro duabus semibrevibus talibus : ♦ ♦ , in majori prolatione.

Item est notandum quod quinque he minime sursum deorsumque caudate super, in secunda nota alterantur, ut scilicet prima cantetur pro minima, secunda pro semibrevi, tertia iterum pro minima et quarta iterum pro semibrevi, ut sic : , et vocatur alteratio.

Quarto notandum quod aliud representant notule coloris nigri, et aliud coloris rubei; easdem tamen habentes figuras et quantitates et fracturas, ut sunt he : 

1 Note vacue rubeo colore signantur in codice.

Item aliud representant note implete, aliud vero cavate earumdem figurarum, quantitatum et fracturarum, ut sint tales :

Aliquando vero idem representant, sed sunt signa alterationis temporum vel prolationis. Idcirco notandum est quod minime rubee pene semper in suis manent cognationibus, sed alterant prolationem, ut patet in his discantibus duobus super « *Molendinum de Paris* »; et in uno versu : « *Et in terra*, ZELTENPFERD », scilicet « *Qui tollis* » ubi precedentes versus cantabantur de prolatione majori, et ille cantandus est de minori temporis imperfecti. Secus autem est de semibrevibus rubeis que tunc non simpliciter cantantur una pro semibrevi, sed debent regi secundum modum semibrevium cavatarum quarum tres taxant duas. Similiter aliud est de brevibus rubricatis que tantum valebunt unam semibrevem nigram.

Item et quelibet longa rubea tantum valebit unam brevem nigram.

Si vero aliquando tres rubee semibreves representantur in majori prolatione inter nigras quascunque, he tres solum numerantur pro duabus semibrevibus nigris, ut hic : 

Sexto notandum quod semibrevis vacua vel cavata non est idem quam impleta, tres enim vacue tantum duas valent plenas et perfectas, ut sic : 

Item minime vacue solum due pro una semibrevi vacua estimantur; et sic sex minime vacue taxant tres breves vacuas, ut sic : 

1 Idem.

Digitized by Google

Sed est notandum hic diligentius quod hujus modi notule cavate a pluribus modernis musicis ponuntur non quod alterentur in earum representationibus, sed quia alterent tempus et prolationem, ut patet « *Amen* » illius « *Et in terra* » ZELTENPFERD, quod notatum est omnino notis cavatis et vacuis; idem tamen valentes quasi nigre plene, sed ibi est tempus perfectum et prolatio minor, ubi tamen in precedenti cantu erat tempus imperfectum et prolatio major. Et hec fuerit ad placitum notatorum vel scribentium, nec omne preterea diu imaginari quomodo cantande sint tales notule.

Septimo notandum quod sepe aliqui cantus notantur aliquibus notulis ubi tamen notule sic semper cantande non sunt ut prima fronte apparent, ut sic scilicet cantatur brevis pro brevi, semibrevis pro semibrevi, minima pro minima; sed patet ut talis cantus subtilius consideretur dimidiando singulas notulas nulla excepta, sic videlicet ut ubi ponatur longa, ibi cantetur brevis; ubi vero ponitur brevis, cantanda est semibrevis; ubi autem semibrevis, notetur minima, et ubi minima, ibi oportet cantari semiminima. Hoc idem intelligendum de colligatis primis, mediis et ultimis. Et talis modus cantandi a musicis vocatur diminutio eo quod unaqueque notularum pro medietate diminuitur a suo debito valore, ut patet in isto rondello : « Virginis meritum ».

Et est notandum si in cantu tali diminutio reperiatur sursum et deorsum virgulata, talis cantari debet pro minima semiminimarum de quibus supra dictum est, ut si fuerit talis : , cantetur pro tali : , per diminutionem.

Item si ibidem ponatur aliqua vacua habens figuram brevis, ut sic : ▫, cantetur pro minima majoris prolationis. Si vero ibi ponuntur condependenter plures vacue habentes figuras brevium, ut sic :



quelibet illarum taxatur pro una semibrevi cavata, ita quod ille tres faciunt unum tempus imperfectum in prolatione majori ut illa brevis : ■, quoadmodum dictum est supra de vacuis semibrevibus.

Item si ibi ponantur successive plures breves vacue, quelibet dimidiabitur ut tres tales : ▫ ▫ ▫, pro tribus talibus sumuntur : ◊ ◊ ◊, et sex illarum pro sex istarum.

Item si ponuntur ibi semibreves vacue ligate vel non ligate, quelibet illarum cantanda est per diminutionem pro minima vacua in suo vero valore ut si poneretur sic :



quelibet cantatur pro tali minima :  .

Item sciendum quod plures reperiuntur longe coronas in capitibus suis deferentes, ut sic : , que cardinales a musicis nuncupantur. Denotatur autem per easdem notulas in eis fieri pausam modicam concentus et protractionem spiraminis absque plena notularum prolatione.

Digitized by Google

XXXVIII

ANONYMI XI

TRACTATUS DE MUSICA PLANA ET MENSURABILI

Quare[1] musica studetur? Respondetur quod illo modo : quod cultus divinus, sive laus divina per ipsam musicam celebratur. Seu illo : ut cantum ad divinum officium a sanctis patribus institutum debita depromat harmonia. Sed heu nunc pauci inveniuntur musici, multi vero cantores. Est enim differentia inter musicum et cantorem. Musicus enim dicitur ille qui a musica denominatur vel appellatur; sed cantor proprie usualis aliquotiens viam solummodo ex usu tenet. Cui ergo cantorem melius comparaverim, quam ebrio, qui viam reperit sive arripuerit, sed quo calle revertatur omnino ignorat, quia et molaris rota discretum aliquando efficit sonum, sed tamen nescit quid agit, quia est res inanimata; teste GUIDONE in libro suo neumico sic dicente :

Musicorum et cantorum magna est distantia;
Illi dicunt, isti sciunt, que componit musica[2].
Nam qui facit quod non sapit, diffinitur bestia.

Versus :

Bestia non cantor qui non canit arte, sed usu;
Non vox cantorem facit artis, sed documentum.

Consideremus ergo, nostris temporibus quantum musica tam in parvis scolasticis quam ecclesiasticis efficit. Ex quo est una de necessariis in ecclesia Dei. Scolasticos enim relevat, pauperes nutrit, ignotos promovet, ignorantes perficit; sine ea tam in scolis quam ecclesiis qui aliis vult preesse sibi nomen cantoris usurpando per *Johannem* HOLLANDRINUM potius bestie quam cantori assimiletur. Item dicit *Isidorus* in libro tertio Ethymologiarum : Sine musica nulla disciplina potest esse perfecta : Nihil enim est sine illa, quare etc.

Item notandum quod due sunt cause quare nunc clerici negligunt musicam; una est illa quod rectores scolarium et alii quorum interest gubernare alios, raro se occupant de hac disciplina; secunda est illa quia discipuli raro se applicant ad exercitandum se in hac scientia. Supputa etiam qualiscunqne est magistra diligentia; attediantur enim stare in choro et si ibi permaneant, non diligunt nec advertant rem et simpliciter fugiunt scolas et querunt ludos, non solum ludos pueriles, verum etiam ludos taxillorum et alios ludos qui ad discipulos non pertinent.

Item qui vult musicus et non dici cantor, non solum debet boare, sed etiam scire alios musicam informare et cum hoc tonos cognoscere. Venerabilis *Johannes* HOLLANDRINUS :

Musicus octo tonos ignorans non reputatur;
Ergo scias bene quot a te toni inveniuntur.

1 Ms. Item diceres, quare. — Hæc nota ac illæ quæ sequuntur imis in paginis, a R. P. Anselmo Schubiger qui hunc tractatum exscripserit, additæ sunt.

2 Ms. quod componunt musicam.

Digitized by Google

Item notandum : Musica sic diffinitur : est ars armonie regulariter canendi ad honorem Dei finaliter adinventa. Et dicitur musica, ut quidam volunt, a mosa, quod est instrumentum musice. Sed secundum HUGOVICIONEM [1] dicitur a moys grece, quod est aqua latine; quia euphonia id est bona sonoritas sine humore fieri non potest; vel quia juxta aquam reperta est.

Item notandum : Musica est duplex scilicet mensuralis et coralis. Musica coralis est continua prolatio vocum. Musica mensuralis est, ut dicit BOETIUS, menti jucundissima et tripudissima, elevans et decorans, vocem rectificans et mensurans, supremis placens omnibus, dans auditui gratulamen. Vel aliter musica mensuralis diffinitur : est cantus longis, brevibus similibusque figuris mensuratus. Et dicitur mensuralis, quasi apta pronunciari sub mensura debita.

Item notandum quod in manu habentur omnes claves seu signa et omnes voces in debitis locis posite, quia in ea etiam quasi omnia principia artis musice continentur.

Versus :

Disce manum tantum bene qui vis discere cantum;
Absque manu frustra dices per plurima lustra.

Item sciendum quod secundum intentionem *Johannis* HOLANDRINI superior pars cujuslibet digit iin manu vocatur *caput* sive *vertex;* inferior autem pars *radix,* locus sub vertice dicitur *collum,* locus autem sub *collo* vocatur *venter.* Versus :

Tu qui solfabis, tres cantus notabis
Ecce *B* duralis *c* naturalis atque *b* mollis.

Et illi tres cantus sub distinguuntur per tres litteras in manu positas, scilicet *g, c* et *f*. Versus :

G, ♮ duralis *c* naturalis *f* que *b* mollis.



Item notandum : Manus seu monocordum prout canitur diffinitur sic : Manus est organum distinctis clavibus et vocibus registratum. In ista diffinitione tanguntur duo scilicet claves et voces; pro quo sciendum, quod claves secundum usum unus, secundum vero artem sunt duo, ut sunt gammaut, A *re,* B *mi* et cetera. Sed voces in numero sunt sex secundum *Johannem* HOLANDRINUM quas ad opus musice assumimus, scilicet : *ut, re, mi, fa, sol, la.* Item monacordum apud antiquos fuit instrumentum musicum, positum supra lignum concavum propter sonum auctiorem reddendum mensuris et proportionibus debite regulatum; et monocordum dicitur a monos grece

1 In medio ævo Hugo et Hugivicio idem fuit. Jam ab Egidio Zamorensi (circa 1270) citatur *Hugo* hoc modo. secundum Hugonem tibia dicitur a tibia quod est (scirpus) vel calamus quia a quibusdam calamis tale instrumentum antiquitus fiebat. — Sic nominabitur *Hugo de Felicto,* canonicus regularis S. Petri Corbeensis in Picardia qui Cardinalis factus circa dominum 1140. Scripsit aliquos libros morales. Alter Hugivitio sive Hugo fuit glossator decretorum et Episcopus Ferrarieusis, qui obiit 1212. Apud Joannem de Muris (Gerberti, scriptores III, p. 310) de quodam *Hugone*, auctore cujusdam libri qui *Nepos* nominabatur et de musica tractabat, sermo est. Ex hoc libro non pauca « de tono et ejus divisione » ibi citantur, et demum adjungitur : Haec praedicta sunt dicta venerabilis Hugonis. Procul dubio subintelligitur supranominatus Hugevitio.

Digitized by Google

quod est unum latine, et corda, corde [1] quasi habens unam cordam.

Item notandum: Medium Γ, id est gammaut, ponitur in linea et non in spatio. Et ratio hujus est quia linea est dignior spatio, quia omne spatium in hac arte fit respectu linee; seu aliter, quia si linee non essent, spatia etiam non, quia deficiente causa deficit effectus. Item gammaut debet scribi per duo *m* ut dicendo gamma quod interpretatur nota, et non gama quod interpretatur littera. Item notandum, linea sic describitur : Est protractio habens duo spatia collateralia. Sed spatium diffinitur sic : est interstitium duabus lineis distinctum.

Item sciendum quod natura ipsius musice non potest haberi, nisi congestis principiis, quia de prioribus prius est speculandum. Sunt ergo littere quedam principium in musica, et ergo de eis erit prior speculatio; et sunt septem in numero, in quibus ipsa tota musica comprehenditer, scilicet: *a, b, e, d, e, f, g,* quibus septem litteris pro fundamento ponitur medium thau Γ, per quam litteram grecam in primo loco positam datur intelligi, quod musica a grecis primordialiter est inventa.

Alie vero septem littere, scilicet: *a, b, c* etc. sunt latine per quod datur intelligi quod ipsa musica a latinis est translata et ab eisdem regulariter consumata. Et ge grecum debet figurari scilicet per dimidium thau, ut hic Γ; et ponitur hic licentiative, quia non est littera necessitatis, quia non ponitur in debito ordine et numero; et ergo possumus cognoscere *g* grecum id est thau non esse de numero illarum litterarum; sed aliquando in necessitate ponitur pro clavi in cantu et hoc propter descensum majorem qui aliquando in secundo tono causatur. Item notandum quod predicte littere quidem vocentur claves, et hoc illo modo quia per eas simili more cantuum diversitas claudit, hec totius musice regulata melodia reseratur, quia sicut clavis ferrea in sera volvitur et revolvitur, ita totius armonia cantus ecclesiasticus in clavibus seu litteris declaratur. Vel illo (modo) quia sicut claves ferree aperiunt nobis commoda clausa ad intrandum, sic etiam iste claves aperiunt nobis notitiam omnium illarum clavium. Etiam vocantur signa ideo quia per eas sunt signata, scilicet debita : *sol, fa,* id est vocum proprietas representata cognoscitur in quibus etiam litteris tantummodo sex voces continentur, quibus tota musica peragatur. Et sunt hec sex voces, scilicet : *ut, re, mi, fa, sol, la.* Venerabilis Johannes Hollandrinus :

Ut, re, mi, cum *fa, sol,* jungas simile et *la,*
Cunctas claudit odas manus ut plena docet illas [1].

Item sciendum quod de numero clavium alie dicuntur claves graves, alie acute, alie superacute sive excellentes. Graves dicuntur prime octo : Γ, A, B, C, D, E, F, G. Et dicuntur graves quasi deorsum tendentes quia inferiorem partem armonie componunt. Etiam ex illo dicuntur graves, quia virtuosiores sunt aliis clavibus. Ex quo alie claves ad illas octo sunt regulares. Sequentes vero septem a ventre auricularis usque ad ventrem medii digiti dicuntur *acute,* et sunt iste : *a, b, c, d, e, f, g.* Et dicuntur ideo acute quia acutior sono procedunt quam graves quia sunt locate in forma seu modo superiori, scilicet dyapason que supra in forma indicatur quia A *la, mi, re,* ab A *re,* distat per octavam et hec ista est vera proportio congrua et perfecta. Ultime vero quatuor a ventre medii usque ad finem monacordi et totius manus dicuntur *excellentes* sive *superacute* sive *duplicate.* Et additur E *la* extra manum propter tertium cantum ♮ duralem et non ultra proceditur.

1 « Corde » expressio gallicæ linguæ, ex qua sumendum hujus libri auctorem Gallum fuisse.

1 Hi versus et sequentes mendosi videntur.

Digitized by Google

Et dicuntur ideo *excellentes*, quia excellenter perficiunt vocem, vel quia omnes claves suis vocibus excedunt. Etiam dicuntur superacute, eo quod plus quam acutum sonum habent; et dicuntur duplicate, et hoc intelligendum est dupliciter : Uno modo, quia per eas sonus duplicatur, id est duplex dyapason efficitur, et computando quoad graves quia ab A gravi usque ad *a* duplicatum est duplex dyapason. Alio modo, quia ibi littere sunt duplicande, ut hoc : *aa, bb, cc, dd, ee, ff, gg.*

Et ita predictarum divisio patet in his metribus:

Unde claves octo graves, septem dicuntur acute,
Quatenor excellunt quas indroat *aa* duplicata.

Sed alias divisio acutiorum predictarum clavium est talis, quia prime quatuor claves, scilicet G grave cum Γ dicuntur graves ex eo quod tantum deorsum tendunt; et etiam illo modo, quia nulla sedes finalis alicujus *e u o u a e*, id est *Seculorum amen*, in aliqua illarum clavium regulariter potest residere, id est finiri. Et sunt proprie claves proti plagales.

Sequentes vero quatuor sunt : *d, e, f, g.* Dicuntur finales, quia omnis cantus regulariter compositus et non transpositus in eis terminatur. Post hec sequuntur quatuor, scilicet : *a, b, c, d,* que dici possunt affinales quasi ad fines, ex eo quia sicut cantus principaliter potest terminari in quatuor clavibus precedentibus, sic in his quatuor terminari potest minus principaliter. Demum quatuor claves a vertice indicis usque ad ventrem medii scilicet : *e, f, g, aa;* dicuntur acute ex eo quia acutis vocibus subordinantur. Sed ultime quatuor, scilicet : *b, c, d, e,* dicuntur excellentes.

Item notandum predictarum clavium que dicuntur signate, que non signate. Signate dicuntur que in libris et in lineis signantur et sunt quinque : Γ fundamentale F finale, *c* acutum et *d* excellens. Alie vero omnes preter istas dicuntur non signate quia non signantur. De numero autem signatarum que communiter signantur ut F finale et *c* acutum; Γ vero grecum raro signatur; *g* acutum rarius ; *d* excellens rarissime. Etiam signatur *b fa*, ♮ *mi* per duplicem modum, scilicet : *b fa*, per *b* rotundum, et ♮ *mi*, per *h*, et tunc canitur *fa* per *b* molle, et *mi* per ♮ durum.

Item sciendum quod cantus, quantum sufficit ad propositum, sic describitur : est neuma sive tropus debite principiatus, et bene terminatus secundum illarum exigentiam arsim et thesin non excedens. Item notandum cantus est triplex, scilicet : naturalis, ♮ duralis, et *b* mollis; et triplex est modus cantandi in manu secundum omnem musicam seu cantum, scilicet durus qui fit cum audacia, mollis femineus qui fit cum timore, et naturalis id est mediocriter formatus. Versus :

Tu qui solfabis tres cantus notabis
Ecce ♮ duralis, *c* naturalis atque *b* mollis.

Et illi tres cantus subdistinguuntur per tres litteras in manu positas, scilicet : B, C et F. Versus :

G ♮ duralis, C naturalis atque *b* mollis.

Et illi tres cantus subdividuntur in septem ; que ♮ duralis dicitur, in tres secundum tria in manu scilicet : gammaut, G *sol re ut, g sol re ut.* Naturalis in duos secundum duo *cc* in manu contenta, scilicet : C *fa ut* et *c sol fa ut ; b* mollis etiam in duos dividitur cantus principales secundum duo *ff* vel F in manu contenta, scilicet : F *fa ut* in linea in radice auricularis et f *fa ut ;* et hoc patet, quod ubi sit primum Γ in manu, ut hic gammaut, ibi incipitur primus cantus ♮ duralis; et ubi secundum G ibi incipitur ejus cantus ♮ duralis. Eodem modo dicatur de E et F. Item notandum quod cantus naturalis finitur in A, et *b* mollis in D, et ♮ duralis in E. Et hoc patet in versu :

In A naturalis D *b* mollis, E que ♮ duralis.

Sed diceres contra prius dictum eo quod prius dictum est, quod ubicumque ponitur *c* in manu et incipitur cantus naturalis. Et etiam dictum est,

Digitized by Google

quod habemus tantum duos cantus naturales; sed quia habemus tria *c* in manu et per consequens etiam deberent (esse tres) cantus naturales, quod tamen est falsum. Et que dicta prius dicuntur propter illam instantiam, non regulariter dicitur, debet incipi[1], sed quia in *c sol fa* nullus cantus incipitur, eo quod omnis cantus incipitur ab *ut*, sed in *c sol fa* nullum ponitur *ut* incipitur, etc.

Item notandum : mutatio, ut hic sumitur, sic definitur : est unius cantus in armonia per voces variatio; vel sic : mutatio est unius vocis pro altera in eadem consonantia et unisono positio. In qua diffinitione tanguntur duo, scilicet consonantia et unisonus. Consonantia est vocum debitâ concordantia; sed unisonus est unius et ejusdem vocis reiteratio; et est unus modus de novem modis. Item notandum quod omnis locorum in manu per claves signatas vel unam vocem tantum vel plures voces representat. Si unam tantum, scilicet Gammaut, A *re, be mi* et ultimum *ee la*, tunc nulla fit mutatio. Versus :

Si vox est simplex fiat mutatio nulla,

vel hic :

Unica si fuerit vox, invariata manebit.

Item notandum illo modo quare in Gammaut, A *re, be mi* vel in *ee la* extra manum nulla est mutatio; quia idem non mutatur in seipsum, sed *ee la* est propria vox ultimi cantus ♮ duralis *ge*. Si autem locus in manu plures voces representat, hoc iterum est distinguendum; vel talis locus representat duo locos, vel tres. Si duos, hoc iterum est dupliciter, vel iste due voces inter se sunt unisone vel dissone. Si unisone, sic est : C *fa ut*, D *sol re*, E *la mi*, F *fa ut;* in gravibus et *ee la mi*, f *fa ut*, in acutis et c *sol fa* et dd *la sol*, in superacutis vel excellentibus, tunc habent duas mutationes quia prima mutatur in secundam ascendendo et e converso, secunda mutatur in primam descendendo. Versus :

Si duplex vox detur, bis decet ut varietur;

vel sic :

Vox est dupla, fiat mutatio dupla.

Et ratio hujus est quare in predictis illis clavibus fit mutatio, quia ille voces duplici cantui subordinantur ne sunt inter se dissonantes, ergo ibi fit mutatio. Si vero due voces posite in eodem loco inter se sunt dissone, sicut *b fa*, ♮ *mi*, in vertice auricularis et *bb fa*, ♮♮ *mi*, in ventre fidii, ibi nulla fit mutatio. Ratio istius quia iste due voces imposite scilicet *fa* et *mi* inter se sunt dissonantes et non sunt in uno sono, propterea quod ibi due claves ponuntur scilicet *b* rotundum mollem sonum representans et ♮ quadrum loco cujus ut frequenter ponitur *h* durum sonum representans, quarum una est altior alia; et licet ponuntur in eodem loco, in manu tamen non sunt sub uno sono, ergo etc. Versus :

Sub ♮ *fa*, *b mi* duas voces volo demi;
Quas non mutabis quia duplex ibi clavis.

Etiam potest probari taliter : primo sic, quia diverse claves diversas notas representant, sed iste due littere, scilicet *b* et ♮ sunt hujusmodi, igitur etc. Major patet per omnes musicos, quia diverse claves diversas important notas; brevior declaratur sic, quia inter ♮ et *b* est distantia, differentia, quia primum ♮ sonat *mi*, secundum vero *b* sonat *fa;* ex quo quelibet suam notam tenet, ergo nulla erit mutatio. Secundo sic probatur, quia si ibi esset mutatio, tunc sequeretur quod due littere essent unum, consequens falsum, igitur et antecedens; falsitas antecedentis patet quia ibi ponuntur *b* et ♮ que suam notam habent. Et secundum omnes musicos omnis mutatio fit in uno sono, quia ♮ quadrum est altioris soni quam *b* rotundum, igitur etc. Quod autem *b* rotundum mollem sonum representat patet sic : mollem

[1] Hic hiatus videtur esse in codice.

Digitized by Google

rotundum *b* dat, dat quadrum ♮ vel durum. Si autem locus in manu representat tres voces, sicut G *sol re ut*, a *la mi re*, *c sol fa ut*, tunc sextupla fit mutatio, quia primo prima vox mutatur in secundam ascendendo, et e converso secunda in primam descendendo. Etiam prima in ultimam ascendendo et e converso ultima in primam descendendo; quinto media in ultimam ascendendo et ultima in mediam descendende. Versus :

Si vox fit terna, tunc fit mutatio sena.

Item notandum in ascendendo vox superior mutatur in inferiorem, ut patuit. Item notandum quod omnis mutatio desinens in *ut, re, mi,* semper fit ascendendo. Ratio est, quia cantus plus habet ascendere quam descendere etiam ordine illarum vocum. Versus :

Ut re mi scandunt, descendunt *fa* quoque *sol la.*

Et vox dicitur illius cantus a quo habet principium in ordine vocum sic posito : *ut, re, mi, fa, sol, la,* et e converso descendendo, etc.















Digitized by Google













Restat nunc de modis seu formis musice, scilicet de vocum inter se habitudinibus, ut sciatur in monocordo scilicet in ambitu totius manus et consequenter totius musice armonia vel tonus vel semitonium causetur. Unde modus est modulata intensio vocum vel remissio singularum notarum; vel est diversarum vocum convenientia immediate juxta se positarum. Sciendum quod notitia modorum multum valet nobis; nam sicut in octo partibus orationis continetur quidquid dicitur, ita novem modis modulatur omne quod canitur. Scitis ergo novem modi sumuntur omnes ascensus et descensus cujuslibet cantus artificialiter. Sunt igitur novem modi magis usitati, licet plures in usitate.

Primus igitur modus novem modorum dicitur unisonus et habet fieri ex uno sono plurium notarum in eadem linea vel in eodem spatio resumptarum.

Et diffinitur sic: *unisonus* est unius et ejusdem vocis reiteratio; et dicitur unisonus, quia unius vocis sonus consistens in proportione equitatis. Et iste modus quasi causa est omnium majorum modorum, quia habet se sicut principium inter

Digitized by Google

alios modos, cum omnes alii modi ab eo trahunt originem. Et iste modus improprie dicitur modus eo quod nec intenditur neque remittitur, id est nec elevatur neque deprimitur; recte enim sic positus gradus improprie dicitur gradus quod ponitur fundamento omnium aliorum graduum. Et ultimus dicitur eo quod alii toni cadunt ab eo; sic unisonus dicitur modus, quia est omnium aliorum modorum fundamentum.

Et fit sex modis secundum sex voces, scilicet: *ut, re, mi, fa, sol, la.* Quelibet enim istarum vocum resumptarum aliquotiens in spatio vel in linea dicitur unisonus. Versus :

Unisonus clave solet in una resonare;

vel sic :

Unisonus clavem tantummodo postulat unam.

Secundus modus est *semitonium*. Et diffinitur sic : semitonium est unius vocis in proximam immediate sequentem modica et debilis intentio vel remissio, id est elevatio vel depressio. Et dicitur semitonium a semis, id est imperfectus et tonus quasi non perfectus tonus, quia imperfecte sonat semitonii cum distantia sit contraxior quam distantia toni, et tantum habet fieri duobus modis, scilicet: *fa mi, mi fa.* Versus :

***Fa mi* semitonium modulatio dat ter rectum.**

Notandum quod quidam dicunt quod omnes falsetas esse in illo modo quod dicitur semitonium; quod tamen est falsum, quia semitonium fit ex *fa* et *mi* et e converso. Sed falseta non semper habet *fa mi,* sed etiam *sol fa* etc. Et ergo illi male dicunt, sed melius dicitur falseta quam falsa nota, id est non omnino perfecta.

Tertius modus est *tonus,* et habet fieri inter voces regulares duas proximas in ascensu et descensu. Tonus, sicut canitur, diffinitur sic : est saltus unius vocis in proximam et immediatam potenter et viriliter sonans. Vel secundum GUIDONEM est adherentia duarum vocum, plenum sonum emittentium, sine aliquo intervallo, id est distantia.

Et dicitur atonatio, id est potenter et viriliter sonandum, quia fortem et potentem habet vocem sine soni .... semitonii. Et habet fieri quatuor modis : *ut re, re mi, fa sol, sol la* et e converso. Versus :

Dant *fa sol la* tonos vel *ut re mi* ter plenos.

Quartus modus est *semiditonus* et habet fieri, quum aliquos ascensus vel descensus fit ex duobus vocibus semitonio incluso ut dicendo : *re fa, fa re, mi sol, sol mi.* Et diffinitur sic : semiditonus est unius vocis in tertiam debilis intentio vel remissio. Et dicitur a semitonio et tono. Vel dicitur a semis, imperfectus et tonus et dirigit saltum suum in tertiam sicut ditonus. Et differunt in hoc, quod ditonus nunquam in suo ambitu semitonium includit, semiditonus vero semper. Et habet fieri duobus modis, scilicet : *re fa, mi sol* et e converso. Versus :

Semique ditonus est cum *sol mi* vel *fa re* jungis.

Vel hoc :

***Sol mi* vel *fa re* notat semiditonus esse.**

Quintus modus est *ditonus* et habet fieri quum ad tertiam clavem fit transitus duobus tonis inclusis, scilicet : *fa la, la fa, ut mi, mi ut.* Et diffinitur sic : ditonus est saltus unius vocis in tertiam plene et viriliter sonans. Et dicitur a dya, quod est duo, et tonus quasi duos tonos continens. Et habet fieri duobus modis, scilicet : *ut mi, fa la* et e converso. Versus :

Ditonus est *ut mi* vel *fa la* cum sibi jungit.

Sextus modus est *dyatessaron* et habet fieri quum fit descensus vel ascensus de aliqua voce in quartam proportionaliter sonans. Et dicitur a dya, id est de, et tessaron, id est quatuor, quasi saltus de una voce in quartam; et constat ex

Digitized by Google

duobus tonis et uno semitono. Et habet fieri tribus modis, scilicet : *ut fa, re sol, mi la* et e converso. Versus :

Sol re cum *mi la* dyatessaron est simul *ut fa.*

Et iste modus solus dividitur in tres species.

Septimus modus est *dyapente.* Et habet fieri quum fit aliquis ascensus vel descensus de una voce in quintam. Et est dulcissima concordantia et diffinitur sic : dyapente est saltus ab una voce in quintam dulciter et jocunde resonans. Et dicitur a dya, id est de, et penta, id est quinque, quasi de quinta ad quintam. Et iste modus potest etiam fieri per tonum gamma cum omnibus suis proprietatibus. Et constat ex tribus tonis et uno semitonio, et fit quatuor modis : *ut sol, re la, mi mi, fa fa.* Versus :

Dat voces quinque ter contextas dyapente
Infra si saltum capias vel in altum
Vis binas species in eo querere, debes
Cantando *re la, sol ut, mi mi* quoque *fa fa.*

Octavus modus dicitur *semitonium cum dyapente* et habet fieri quum aliquis ascensus vel descensus fit de una voce in sextam, sic tamen quod sexta vox fit semitonium. Et describitur sic : semitonium cum dyapente est saltus unius vocis in sextam imperfecte sonans. Et dicitur a semis, quod est imperfectus, et tonus quasi imperfectus tonus cum dyapente. Est enim compositus ex semitonio et dyapente. Et iste modus alibi fieri non potest nisi ubi semitonium in sexta voce reperiri potest, quia si alibi fieret vel inveniretur, tunc statim duo modi essent, unus modus quod est falsum, ut dictum est; ergo oportet ut inveniatur in sexta nota semitonium. Et fit dupliciter, scilicet in ascendendo et descendendo de una voce in sextam et in fine sexte semitonium in ascendendo et constat ex tribus tonis et duobus semitoniis ita quod a semitonio incipiatur et in semitonio finiatur et fit dupliciter, scilicet in ascendendo et descendendo, ut de E gravi in *c* acutum et e converso. Versus :

Semitonium jungit sibi dyapente.

Nonus modus est *tonus cum dyapente* et fit de sexta ad sextam tam in ascensu quam in descensu. Et diffinitur sic : tonus cum dyapente est saltus unius vocis in sextam potenter et viriliter sonans. Et dicitur a tono et dyapente compositus. Constat enim ex quatuor tonis et uno semitonio, et fit dupliciter, scilicet in ascendendo et descendendo, ut de G gravi in *a* acutum et e converso. Versus :

Cum dyapente tonus aliter modo sit sociatus
Sex voces que dato dyapente tonus sociato.

Additur ex precedentibus modis decimus modus, scilicet *dyapason* et hic fit ex concordantia earumdem litterarum ut de A gravi in *a* acutum, de G in *g.* Et hoc fit tam in ascensu quam in descensu. Et diffinitur sic : dyapason est saltus ab una voce in octavam dulcissime sonans, et constat ex quinque tonis et duobus semitoniis. Et dicitur a dya quod est de, et pason totum, quia fit ex omnibus modis vel quia continet in se omnes alios modos. Vel dicitur a dya, quod est duo, et pason proportio, quia fit de una littera in aliam proxime sequentem sibi similem in specie.

Item notandum : quidam musici ultra illos novem modos superaddunt quatuor inusitatos qui ex his componuntur, et sunt isti : tritonus, semidyapente, semiditonus cum dyapente, ditonus cum dyapente. *Tritonus* diffinitur sic : est saltus ab una voce in quartam dure et viriliter sonans. Et dicitur a tris, quod est tres, et tonus quasi constans ex tribus tonis non intercluso semitonio. Et tantum licet fieri uno modo, scilicet de *fa mi* durum, id est de F *fa ut* in *b fa,* ♮ *mi* et e converso. Versus :

Tritonus cum *fa mi,* vel equa fertur habere.

Digitized by Google

Semidyapente est saltus unius vocis in quintam imperfecte sonans; et iste modus alibi fieri non potest, nisi ubi fit ascensus vel descensus de una voce in quintam, ita tamen quod a semitonio incipiatur et ultima vox in semitonio finiatur, ut est de B gravi in F grave, id est de *b fa*, ♮ *mi* in F *fa ut*, vel de *ee la mi* in *b* rotundum. Et constat ex duobus tonis et duobus semitoniis.

Sed *semiditonus cum dyapente* sic definitur: est ascensus vel descensus ab una voce in septimam viriliter sonans ut de C gravi in *b* acutum et e converso, et constat ex quinque tonis et uno semitonio.

Item sciendum quod sufficientia illorum modorum similiter et exempla de omnibus his predictis modis tam usitatis patent in ista figura sequenti:





Digitized by Google



SEQUITUR DE NATURIS CONJUNCTARUM [1].

Pro quo advertendum : possit aliquis querere, quid est conjuncta? Cui respondendum est, quod conjuncta, secundum vocem hominis vel instrumenti, est facere de tono semitonium et e converso de semitonio tonum ; nam in eo loco in quo solebat esse semitonium per conjunctam sumitur tonus. Similiter in loco in quo solebat esse tonus per conjunctam habetur semitonium, et cum dicitur *mi fa* ut solebat dici *re fa* etc., de similibus etiam per *fa sol, mi fa*. Hoc modo fit de tono semitonium et e converso. Et non est intelligendum, quod tonus mutetur in semitonium et e converso semitonium in tonum, sed in loco in quo solebat esse semitonium, per conjunctam fit tonus et e converso. Et sciendum quod omnis conjuncta signata per *b* molle dicitur *fa* ; sed per ♮ quadratum dicitur *mi* loco cujus frequenter *h*. Cum ergo cognitio talium conjunctarum necessaria sit in cantu plano et etiam organico, idcirco videndum diligenter de eis et scrutandum [1].

Sunt autem octo in numero, scilicet quatuor superiores et quatuor inferiores ; de quibus prima conjuncta accipitur in A et B, ut inter A *re* e b *mi* et signatur in ♮ gravi, id est in ♮ *mi* per *b* molle, et erit ibi *fa*, et hoc patet in illo responsorio : « Sancta et immaculata » in loco in quo dicitur « non poterant ». Similiter exemplificari potest de eadem conjuncta in responsorio quod cantatur de Apostolis, scilicet « Fuerunt sine querela » et hoc est verum, si incipitur in A gravi id est in A *re* in quo canitur conjuncta predicta in loco, in quo dicitur « calicem domini ». Similiter in hoc responsorio : « Emendemus in melius » canitur eadem conjuncta in loco, in quo dicitur « Et miserere ». Et nonnunquam pluribus aliis locis cantuum regularium prima conjuncta possit cantari. Sed tamen si aliquis evitare vellet predictas conjunctas, tunc hoc responsorium, scilicet « Sancta et immaculata » incipi debet in *a* acuto, id est in A *la mi re*. Sed sequentia duo respon-

1 Presens tractatus de conjunctis in eodem codice pag. 37 (infra pag. 469) ab alia vero manu secunda vice scriptus reperitur, et quidem sequentibus variantibus.

1 *Ac considerandum*

Digitized by Google

saria, scilicet « fuerunt sine querela » et « emendemus » incipi debent in E finali, id est in E *la mi*.





Secunda conjuncta incipitur inter D et E finales et inter D *sol re* et E *la mi*, et signatur in E gravi per *b* molle, sic quod ibi est *fa*, ut patet in antiphona que canitur de sancto Gregorio, scilicet « Gloriosa sanctissimi » in loco in quo dicitur « et precibus ». Similiter eadem conjuncta habetur in hoc responsorio : « Gaude Maria Virgo » in loco in quo canitur « Interemisti ». Et etiam in hac antiphona « O crux gloriosa » in loco in quo dicitur : « et mirabile signum » ; si utrumque eorum initium incipit in D finali, id est in D *sol re*, ut patet cuilibet sagaciter intuenti ; et etiam in locis aliis quampluribus eadem conjuncta potest cantari. Si autem velis predictas conjunctas evitare, incipe cantum predictum videlicet « Gaude Maria » et « O crux » in finali et in E *la mi*.

Tertia conjuncta accipitur inter F et G finales id est inter F *fa ut* et G *sol re ut*, et signatur in F gravi per ♮ quadratum sic quod ibi cantetur *mi*, ut patet in illa communione « Beatus servus » in loco in quo dicitur « vigilantem ». Similiter posset exemplificari in aliis cantibus de eadem conjuncta, ut patet sagaciter intuenti in exemplis sequentibus. Si autem volueris predictam conjunctam evitare, tunc incipe illam communionem in *a* acuto, id est in *a la mi re* per primum cantum *b* mollem, ut patet in sequentibus :







Quarta conjuncta accipitur inter G finale et *a* acutum[2] per *b* molle, sic quod ibi canitur *fa*, ut patet in hac communione « fidelis servus » in loco in quo dicitur « in tempore » ; et hoc est verum, si incipitur in E gravi, id est E *la mi*, ut patet in exemplo sequenti. Similiter patet in hoc responsorio « Conclusit vias meas » in loco quo dicitur « lapidem contra me » et in locis aliis ejusdem responsorii. Et hoc est verum, si initium sumpserit in *a la mi re*. Similiter eadem conjuncta potest cantari in diversis locis aliorum cantuum.

1 Postea sequitur tabella conjunctarum :



2 Id est inter *g sol re ut* et *a la mi re* et signatur in *a* acuto.

Digitized by Google

Si autem in prefata communione conjunctam evitare volueris, incipe eam in G finali, id est in G *sol re ut* per secundum cantum ♮ duralem, ut patet etiam in exemplo sequenti. Est enim predicta communio septimi toni, ergo ibi etiam regulariter debet incipi et etiam terminari. Si autem in hoc responsorio scilicet « Conclusit vias » conjunctam predictam evitare volueris, incipe ipsum in *c sol fa ut*. Est predictum responsorium nempe octavi toni, ergo in *c sol fa ut* incipitur et in *g sol re ut* regulariter terminetur, ut patet cuilibet subtiliter intuenti. Item predicta conjuncta potest cantari in pluribus locis hujus responsorii « Jesum tradidit impius », si initium sumitur in *g sol re ut*, etc.

Quinta conjuncta incipitur inter *c* et *d* acutas id est inter *c sol fa ut* et *d la sol re* et signatur in *c* acuto per ♮ quadratum, sic quod ibi erit *mi*, ut patet in hoc jubilo videlicet « Alleluia » quod cantatur de Assumptione virginis Marie « Assumpta est Maria in celum ». Et hoc est verum, si incipitur in *a* acuto, id est in *a la mi re*, ut patet in exemplo sequenti [1]. Si autem in precedenti jubilo conjunctum evitare volueris, incipe ipsum in F finali, id est in F *fa ut* per primum cantum *b* mollem, quia ibidem debet etiam terminari, ex quo est quinti toni, ut patet etiam in exemplo sequenti. Similiter potest exemplificari predicta conjuncta in hac communione « Beatus servus » in loco prealegato [1], videlicet « invenerit vigilantem » si incipitur in dyapente, scilicet in *b* acuto, id est [2] *b fa*, ♮ *mi*, ut patet in ultimo exemplo sequente [3]:



Sexta conjuncta accipitur [4] inter *d* et *e* acutas, id est inter *d la sol re* et *ee la mi*, et signatur in *e* acuto per *b* molle, sic quod ibi erit *fa*, ut

1 Similiter potest exemplificari predicta conjuncta in hac communione « Beatus servus » in loco preallegato videlicet « Invenerit vigilantem » si incipitur in dyapente scilicet in *b* acuto, id est in *b fa*, ♮ *mi*, ut patet in ultimo exemplo sequenti.

1 Preallegato.

2 In *h* acuto in *b fa* ♮ *mi*.

3 Si autem in predicto jubilo conjunctam evitare volueris, incipe ipsum in F finali id est in F *fa ut* per primum cantum *b* mollem quod ibidem etiam debet terminari; ex quo est quinti toni, ut patet etiam in exemplo sequenti.

4 Accipitur *deest*.

Digitized by Google

patet in hac antiphona « Immutemur » in loco in quo dicitur « Jejunemus ». Similiter exemplificari potest de eadem conjuncta in hoc introitu « Adorate Deum » in loco in quo dicitur « deum ». Similiter in aliis [1] locis quamplurimis aliorum cantorum regularium, ut patet in istis exemplis :



Septima conjuncta accipitur inter *g* et *fa* acutas, id est *g sol re ut* et *f fa ut* [2], et signatur in *f* acuto per ♮ quadratum, sic quod ibi erit mi, ut patet in hac antiphona « hodie Maria virgo » in loco in quo dicitur « Maria », si ejus initium reperitur [3] in *b* acuto, id est in *b fa*, ♮ *mi*, ut patet in exemplo sequenti. Si autem in prefata antiphona illam conjunctam evitare volueris, incipe prefatum cantum [4] in E finali, id est in E *la mi* per primum cantum naturalem, ut patet etiam in exemplo sequenti :

Octava conjuncta accipitur inter *g* acutum et *a* [5] superacutum, *g sol re ut* et *a la mi re*, et signatur in *a* superacuto per *b* molle, sic quod ibi erit *fa*; et huic vero conjuncte musici non assignant unum locum naturalem [1], sed ratione committunt illo tamen non obstante sagax et subtilis cantor sibi ipsi potest eam adinvenire exemplificando de ea sicut in predictis. Et sciendum : mensuriste in locis in quibus committuntur conjuncte solent ponere tale signum ♯. Sed organiste ipsis notis [2] solent adjungere quamdam virgulam per modum talem [3] +.

Item notandum quod hec autem conjuncte ideo sunt hic posite et exemplificate, quia tam cantus organicus [4] quam etiam planus sine eis nequaquam cantari potest, ut patuit in exemplis jam dictis [5]. Similiter in aliis organicis canticis [6] exemplificari posset, quod fideli relinquitur traditori artis musicalis; et ideo conjuncte predicte memorie diligenter diligentius commendande cum exemplis earum prenotatis [7], etc.

Item notandum : tria sunt semitonia in manu : primum consideratur scilicet ubi hec vox *mi* includitur cum illa voce *fa*, et hoc est commune semitonium et principalius. Secundum est quod cantatur [8] ex ♮ quadrato et locatur inter tonos [9] perfectos ut inter E et D graves, inter F et G [10] finales, inter *d* et *e* acutas; hec omnia representant hanc vocem scilicet *mi* sicut suum principium. Tertium semitonium canitur in *b* rotundo et locatur inter tonos perfectos ut inter D et E graves inter G grave et *a* acutum et inter *d* et *e* acutos et hoc omnia representant *fa* sicut suum principium a quo descendit. Et iste ultime sex semitonium due [11] dicuntur improprie semi-

1 In aliis quampluribus cantuum regularium.
2 Inter *f* et *g* acutas, id est inter *f fa ut* et *g sol re ut*.
3 Precipitur.
4 Volueris incipe in E finali.
5 Et *aa* superacutum.

1 Locum *nec delineamentum*, sed.
2 Ipsis solent.
3 Per modum crucis +.
4 Cantus *fractus* quam.
5 Exemplis predictis.
6 Cantibus.
7 Prenarratis.
8 Deest *cantatur*.
9 Deest *tonos*.
10 E et F finales.
11 Et iste due species dicuntur.

Digitized by Google

tonia, sed potius selecte sunt conjuncte[1] quia non sunt in isto modo qui dicitur semitonium, ut patet omnibus[2]; quem etiam admodum exactum est in modo musicali qui dicitur semitonium, etc.

Item pro meliori informatione hic etiam advertende sunt que denominationis neumarum sunt signa musice, etc.:



Nota, tonus sic diffinitur. Tonus est debita troporum comprehensio regularis cantus respectu principii finis et thesis.

Item tonus sic diffinitur: est certa lex vel regula tropum cantus coralis principia finiendi secundum arsim et thesin per quam in fine communiter indicamus. Sciendum quod octo sunt toni et quondam duntaxat quatuor erant ad quatuor sedes tonorum, scilicet: D, E, F, G. Nam moderni comprehenderunt incongruens esse uni et eidem tono ascensum tribuere et descensum cum unus tonus naturaliter sursum tendit et alter deorsum; ergo isti quatuor in octo per modernos divisi sunt. Et qui naturaliter sursum tendunt ad acutas autenti vocantur ab autenton de greco, quod est autoritas in latino, eo quod ascendendi auctoritatem habent. Reliqui vero quorum cantus naturaliter descendit *plagales* vocantur, quasi sujugales dicuntur eo quod in gravibus moram faciunt. Apud grecos tantumodo quatuor toni fuerunt, nomina scilicet: prothos, deuteros, tritos et tetrardos; nihilominus tamen ex his quatuor alii quatuor resultabant, quia quilibet predictorum in duos dividebatur videlicet in authentum et in plagalem, id est in auctoralem et subjugalem vel principalem et collateralem. Illos enim tonos quos nos impares consideramus, sicut sunt primus, tertius, quintus et septimus ipsi greci dixerunt autentos et nos principales vel magistrales. Ex eo quod communiter suum *E u o u a e n* et suum versum altius assumunt. Quos vero tonos nos pares consideramus sicut sunt secundus, quartus, sextus, octavus, ipsi greci dixerunt vel plagales vel collaterales, ex eo quod communiter suum *E u o u a e n* et suum versum et descensum gravius, id est declivius, assumunt. *Venerabilis Johannis* HOLLANDRINI:

Primum cum terno sic quintam septimus æque
Autentos dicit esse simul reliquosque plagales.

Quod vero autentus ascendit et plagalis descendit per hunc versum:

Vult descendere par sed impar scandere tonus.

Vel:

Impar it supra tonus, par ambulat infra.

---

1 Potius flente seu conjuncte.

2 Cuilibet quemadmodum prius tractatum est in manu musicali, qui dicitur semitonium.

3 Exempla musica totius primæ partis talibus neumis notantur.

Digitized by Google

Est autem notandum quod tonus Gregorianus sive cantus continet octo tonos quorum quatuor autenti vocantur et quatuor plagales dicuntur. Et dicuntur autenti ideo, quia sumunt dyapente conjunctam cordam a sua sede finali et ipsam plures reverebant cum suo dyapason, id est octava corda. Reliqui vero quatuor dicuntur ideo plagales, quia plagantur a suis autentis ita quod autenti quoque decidunt introrsum suorum plagalium scilicet in cordam gravem que canitur A *re*, vel *be mi* contra regulam. Hi autem quatuor toni habent quatuor sedes regulares in quibus omnes jubili et omnis cantus regularis simul et carmina non transposita terminantur. Primi autem autenti et sui plagalis, id est secundi toni est sedes et finalis corda D *sol re;* tertii et quarti, E *la mi;* quinti et sexti, F *fa ut;* septimi et octavi, G *sol re ut*. Versus :

Primus et alter D tenet E que tertius quoque [quartus
F quintus sextus G septimus atque supremus.

Vel :

C in *re* prim. secu. tert. quart. explicit in *mi*
In *fa* quinq. ac sex. sep. aut octav. explicit [in *sol*.

Et notandum quod in illis quatuor litteris vel clavibus jam enumeratis non semper finiuntur toni seu cantus, sed etiam in aliis, scilicet in *a b c d* acutis, id est in *a la mi re, b fa* ♮ *mi, c sol fa ut, d la sol re*, que alio nomine dicuntur affinales etc.; ideo quia sicut principaliter (solent) terminari in quatuor clavibus prius enumeratis, sic in his quatuor terminari potest minus principaliter. Et illo modo in hac arte simplices hujusmodi cantus solent in dubiam provocari ex eo quod in clavibus finalibus regulariter non terminantur, ex hoc eos nonnulli irregulares affirmantur esse, cum tamen quamplures cantus diversorum tonorum in propria sua sede aliquando causa *b* mollis nec causa effectus toni vel semitonii stare non possunt ; ideo ad loca transferunt ..... propterea irregulares judicare non debemus, sed cantus transpositos nominare. Quod per hos versus cito poteris comprobare. Versus :

D vel a primus requiescit atque secundum.

Et secundum antiquos secundus tonus etiam terminabatur in G. Versus :

Et quandoque secundus in G continet sibi
Tertius quartus in G vel B requiescunt.

Et notandum quod quartus tonus etiam terminatur in A *la mi re*, videlicet quum cantus quarti toni modulatur sub ista melodia videlicet « Stetit angelus ». Similiter « Benedicta tu in mulieribus » et « Exaltata est ».

Cum quinto sextus in E vel in F reperiuntur
Septimus octavus in D vel G requiescunt, etc.

Item notandum, de principiis tonorum nota hos versus :

A retinet *c d f g* simulque primus.

Hoc est tantum dicere quod primus cantus habet sex principia sive sex litteras initiales, scilicet : A, C, D, F, G, A, id est C *fa ut*, D *sol re* et F *fa ut*, G *sol re ut*, et A *la mi re*. Item secundus tonus habet principia, scilicet : Gammaut, A *re*, F *fa ut*, D *sol re*, sequens quoque F *fa*. Sed tertius tonus habet quatuor principia, scilicet : E *la mi*, F *fa ut*, G *sol re ut* et C *sol fa ut*. Versus :

Bis duo ternus E F G scire ades.

Quartus autem tonus habet sex principia, scilicet : C *fa ut*, D *sol re*, E *la mi*, F *fa ut*, G *sol re ut* et A *la mi re*. Versus :

Quartus habet C D simul E F G *a la mi re*.

Quintus vero tonus habet tria principia, scilicet : F *fa ut, a la mi re* et *c sol fa ut*. Versus :

F *fa ut* et quintus *a la mi re* dabitque *c sol fa*.

Sextus vero tonus habet quatuor principia, sci-

Digitized by Google

licet : C *fa ut*, D *sol re*, F *fa ut*, et G *sol re ut*. Versus :

Et sex *c d* vel *f g sol re ut*, poscit habere.

Septimus vero tonus habet principia quinque ; sunt : G *sol re ut*, A *la mi re*, B *fa* ♮ *mi*, C *sol fa ut*, et D *la sol re*. Versus :

G vel *a* ♮ quadratum *c d* ter septimus offert.

Octavus vero tonus habet septem principia, scilicet : C *fa ut*, D *sol re*, E *la mi*, F *fa ut*, G *sol re ut*, A *la mi re* et C *sol fa ut*. Versus :

Octavus servat C D *e f g a la* que *c sol*.

Nunc de *principiis Euouaen*. Et sciendum quod primus tonus similiter quartus et sextus incipiunt *Euouaen* in A *la mi re*, in sede finali. Versus :

Primus cum quarto sextus simul incohoat ex *a*.
Tertius autem et quintus octavus incipiunt in *c*.

Sed solus secundus tonus incipit suum *Euouaen* in F *fa ut* a sede finali. Sed septimus tonus ponit principium sui *Euouaen* in D *sol re*. Versus :

F que secundus *d* septimus altior istis.

Et hoc patet etiam in his versibus sequentibus. Versus :

Prim. *re la*, secund. *re fa*, ter. *mi fa*, quart. [quoque *mi la*,
Quin. *fa fa*, sex. *fa la*, sep. *ut sol*, oct. que *ut fa*.

Item sciendum : antiphonarum preinceptio secundum *Innocentium tertium* in sua summa penitentionali capitulo XXXII° in quo ponit ea scire que necessaria sunt sacerdoti, musice representat plenam future cantus agnitionem seu saturitatem de qua saturitate scriptum est psalmo XVI° in hec verba : Tunc satiabor cum apparuerit gloria tua, oratio vero post Psalmum scilicet laborem quo mente illud idem memoratur.

Idem sciendum ex quo inter ceteros tonos protus autentus, id est primus tonus tenet principium, ideo prior erit de eo melodia unicusque toni secundoque sint forme sive intonationes super singulos psalmos tam majores quam minores.

Majores vero psalmi sunt : « Benedictus israel », « Magnificat anima mea dominum », « Nunc dimittis servum », qui alio nomine vocantur cantica. Omnes minores vero psalmi sunt isti, scilicet : « Beatus vir », « Dixit dominus domino meo », « Laudate pueri ». Tertio que sint differentie a principio sive a capituli E u o u a e n et quod unaqueque differentiarum litteras contineat initiales primi cantus autenti, id est primi toni jubilibus tali melodia modulatur. Sequitur ulterius, etc. :



Primum querite regnum dei.

Deinde sequitur forma sive intonatio super psalmos breviores primi toni. Et est sciendum quod intonatio psalmorum breviorum habetur in duplici differentia quia aliqui psalmi breviores primi toni incipere solent in F *fa ut*, per tonum ascendendo, ut patet hic :



Primi toni melodia psalmus indirec- to.

Alia est intonatio magis regularis et communior que intonatio psalmorum minorum semper debet fieri seu inchoari in tenore cujuslibet toni tam autenti quam plagalis, sed quia primus tonus tenorem suum habet in A *la mi re*, ideo intonatio psalmorum breviorum primi toni semper debet ibidem inchoari et modulari in tali melodia, ut hic :



Dixit dominus domino meo sede a dextris meis

Digitized by Google

Deinde sequitur forma super psalmos majores sive super cantica videlicet: « Magnificat », « Benedictus »; et intonatio talium psalmorum majorum sive canticorum debet habere initium in F finali, id est in F *fa ut* ascendendo per tonum, ut hic :



Magnificat anima mea dominum. Benedi-



ctus dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit



redemptionem plebis sue. E v o v a en.

Primum autem et capitale sive principale *Euouaen* primi toni in cantu gregoriano tali forma modulatur; hoc enim *Euouaen* continet antiphonas incipiendas in D *sol re*, surgentes per tonum vel semiditonum, sive cadentes ad D *sol re*, in C *fa ut* surgentes, ut patet in hac antiphona : « Jesus autem cum audisset ». Similiter in illa « Ecce tu pulchra » et etiam in illa « Virgo prudentissima », etc. :

Jesus cum au-disset. Ecce tu pulchra.



Virgo prudentis-sima. Ecce in nubibus celi.

Cadentes a D *sol* in c *fa*, ut patet in illa antiphona « Ecce in nubibus » continet etiam antiphonas in F *fa ut*, incipientes a B *fa ut* antiphonis sequentibus :

Ave Mari-a. Canite tuba. Tecum principium.

Et hic patent due littere initiales primi *Euouaen*. Deinde notandum quod primus tonus in oratione seculorum quinque habet differentias quarum prima sic cognoscitur : quum cantus primi toni incipit suum tropum in C *fa ut*. Tunc semper et regulariter suum *Euouaen* dirigere debet finem sue differentie punctos descendendo usque ad D *sol re*, sub hac *sol fa, la sol fa sol la sol fa mi re*, ut patet in antiphonis sequentibus :

Ecce e - go mitto vos. Bea-ti e-ri-tis.



In plate- - is. Prima differentia.

Quum vero cantus primi toni incipit suum tropum in D *sol re* et saltat in principio de a *la mi re* ad *c sol fa ut*, tunc suum *Euouaen* dirigit finem sue differentie ligatim in *a la mi re*, replicatio super ultimam sillabam sub hac : *sol fa la la, sol fa sol la, sol la,* ut patet in sequentibus antiphonis. Similiter quum primus tonus incipit suum tropum in G *sol re ut*, tum suum *Euouaen* dirigit finem sue differentie, similiter sumitur, ut patet etiam in antiphonis sequentibus :



Hi qui linguis loquuntur novis. Sa-pien-



ti-a e - di-fi - cavit. Le-va Jher-sulam.

Digitized by Google

Quum vero cantus primi toni incipit suum tropum in F *fa ut*, tunc habet tertiam differentiam; prima si incipit in F *fa ut*, et precipitando cadit in C *fa ut*, et a C *fa ut* per tonum ascendit in D *sol re* per dyapente in a *la mi re* per semiditonum in *c sol fa ut*, tunc *Euouaen* capitale sub hac : *sol fa la la sol fa sol la*, ut patuit prius in his antiphonus « Ave Maria », « Canite tuba », descendit. Secundo si leniter sive gradatim descendit, tunc suum *Euouaen* sub hac : *sol fa la la sol fa sol la*; et hec est in ordine tertia differentia, ut patet in antiphonis sequentibus :

Tertia quum tonus incipitur in F *fa ut*, leniter ascendendo, tunc habet *Euouaen* sub hac *sol fa la la sol fa sol sol la sol*. Et hec est in ordine quarta differentia, ut patet in his antiphonis sequentibus :



Si vero cantus primi toni incipitur in A *la mi re*, tunc suum *Euouaen* hoc modo canatur *la la sol la sol*. Similiter quum cantus primi toni incipitur in F *fa ut*, saltum faciendo in *a la mi re*, erit eadem differentia et erit quinta in ordine, ut patet in his antiphonis, et primo ibi cantus incipitur in *a la mi re*, secundo ibi incipitur in F *fa ut*:



Sequuntur alie differentie que proprie non sunt regulares, sed magis peregrine et apud seculares unisitate de quibus non dantur alique regule, quia ut in plurimum coincidunt cum predictis et servantur in aliquibus ecclesiis Collegiatis et etiam Claustris. Quarum prima est, ut patet, in ista antiphona de Sancto Andrea :

Secunda differentia inusitata non competens seu peregrina est hec, ut videtur in antiphona sequenti :

Tertia autem differentia inusitata impropria patet in hac antiphona sequenti :





Digitized by Google

Et ultra illas differentias non competentes additur quarta et est illa que sequitur, ut patet in illa antiphona « In omnem terram » :



In omnem terram exivit sonus. 4ª diffª impropria

Que antiphona secundum aliquos magis est secundi toni quam primi, eo quod non habet ascensum proti autenthi, sed descensum, igitur, etc. :

De forma.

Sequitur nunc forma sive melodia secundum quam omnes *versus responsoriorum* primi toni in cantu gregoriano formantur.

Et notandum quod ubicunque est responsorium primi toni, incipiatur versus semper A *la mi re*, vel in D *sol re*, habet initium naturaliter tamen et secundum antiquos in A *la mi re*, sicut patet in hac forma sequenti :



Primus et altis- si- - mus deus



et princi-pium et clau - su- la rerum.

Sed quod versus primi toni in D *sol re*, habet initium, patet in hoc « Pascha nostrum », similiter in sequenti versu, scilicet :

Che- rubim quo-que ordo dicens.

Notandum quod ista regula tenet veritatem in omnibus versibus primi toni, qui incipiuntur in D gravi, et hoc secundum modernos; in *a* autem acuto secundum antiquos, ut patuit in hoc versu : « Primus et novissimus ». Similiter in isto versu « Qui potuit transgredi et non est transgressus ». Sed, secundum modernos, versus responsoriorum finiuntur in D gravi, ut patuit in hac dictione « Dicens » que est ultima dictio hujus versus « Cherubin quoque » hujus responsorii « Te sanctum dominum ». Sed secundum antiquos, versus responsoriorum finiuntur in F gravi, ut patet in hoc versu : « Primus et novissimus ». Similiter in illo « qui potuit transgredi ». Et sicut exemplificatum est de his responsoriis, ita exemplificari potest de omnibus aliis responsoriis consimilibus.

Item advertendum quod versus responsoriorum primi toni aliquando etiam terminantur in G *sol re ut*, et hoc est verum quum repetitio incipitur in C *fa ut*, sicut patet in illo responsorio « Felix namque », cujus repetitio incipitur in C *fa ut*, ergo finis versus debet in G *sol re ut* terminari, in patet in versu sequenti :



Ora pro po-pu-lo inter tu - am

assumpti- - o-nem, quia ex te.

Postquam ostensa est forma cum litteris initialibus primi toni in cantu antiphonarum, similiter versus responsoriorum, in sequentibus restat ut ostendatur *forma* sive *Cantus officiorum* seu principalis tonus et differentie specialibus, et quandoque communibus reguntur litteris initialibus que differentias tonorum ad invicem faciunt, ita etiam in tonibus gradualium et bene inter omnes cantus officiales secundum eosdem octo tonos, easdem habent litteras initiales. Verum de his hic non sunt

Digitized by Google

multa dicenda nec lectori seu cantori fastidium generent, sed primo et principaliter ponenda est forma seu melodia super psalmos officiorum, secundum quam omnes psalmi seu versus introitum jubilantur et videlicet ista que sequitur :



Prima etate creati sunt adam et e-va et po-

siti sunt in sede beata. Gloria Patri et Filio et



Spiri - tui sancto, sicut erat in principio et



nunc et semper et in secula seculorum amen.

Deinde sequitur principale *Euouaen* super introitus et videlicet illud quod ponitur hic in principio; istud autem *Euouaen* habet duas litteras initiales in cantu officiorum videlicet *d* et *f*, id est D *sol re* et F *fa ut*. Continet enim introitus in D *sol re* inchoantes sive leniter surgentes sive vehementer. Exemplum primi patet in hoc introitu sequenti : « Surge quare », exemplum secundi videlicet sive vehementer ascendit patet ibi : « Da pacem domine », etc. :

Exur - ge qua - re. Da pacem Domine.

Continet etiam illud *Euouaen* introitus in F *fa ut* inchoantes et de hinc non surgentes, sed cadentes sicut patet in hoc introitu : « Dominus secus mare », similiter in hoc « Etenim sederunt principes », ut hic manifeste :



Et enim sederunt principes.

Notandum quod primus tonus habet duas differentias in cantu officiorum quarum prima est hec que sequitur :



Hec est differentia primi toni in cantu officiorum, habet tantum unam litteram initialem, scilicet C grave, id est C *fa ut*. Continet enim introitus in E *fa ut* inchoantes, de hinc surgentes, sicut patet in introitis sequentibus :



Rora- - te. Susce-pimus. Gaudeamus.

Secunda differen-ti-a. E u o u a en.

Et hec differentia habet duas litteras initiales, scilicet F *fa ut* in finalibus et A *la mi re* in acutis, continet enim introitus incipientes in F *fa ut*, et de hinc non cadentes, sed surgentes, sicut patet in his introitis sequentibus :



Ego autem. Misericors. Om - nium.

Continet etiam introitus in A *la mi re* inchoantes sicut patet in his introitis sequentibus :

Digitized by Google



Sapi-en-ti-a sanc-to-rum. Salus autem.

Cum autem dictum sit de primo tono, qui est authentos prothos dicitur, consequenter dicendum est de primo plagali, qui suus est subjugalis, vel collateralis, id est de secundo tono, qui eamdem finalem sue secunde continet, ac primus, videlicet D finale, id est D *sol re*. Unde primo videndum est de jubilo, qui talis est ut sequitur :

Secundus autem simile est huic.

Sed forma sive intonatio secundi toni secundum consuetudinem modernorum debet habere principium suum in F *fa ut* regulariter. Nam ibidem secundus tonus ponit seu incipit *Euouaen* suum, et ergo intonatio psalmorum breviorum regulariter ibidem ponit suum principium sub tali forma, ut sequitur :



Dixit dominus domino meo sede a dextris meis.

Deinde sequitur forma sive modulatio psalmorum aliorum que sunt communiter in secundo tono; ponit suum principium, ut hic :



Magnificat anima mea dominum. Benedictus



dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit re-

demptionem plebis sue. E u o u amen.

Deinde sequitur principale sive capitale *Euouaen* secundi toni, et est illud ut sequitur. Notandum autem quod iste tonus nullam differentiam habet in cantu antiphonarum quam officiorum secundum artem, secundum tamen usum potest ei talis differentia assignari, ut hic :



E u o u a en.

Hec autem differentia tantummodo est assignanda, quum aliquis cantus secundi toni incipitur in G gravi, id est in gammaut, ejus exemplum in antiphonis nunquam invenitur et illo modo loco exempli sumatur responsorium « Educ de carcere », quod responsorium incipitur in gammaut, ut hic :

E-duc de carcere.

Notandum quod secundus tonus sub *Euouaen* habet quatuor litteras initiales, scilicet A et C graves, D et F finales, id est quatuor sunt corde sive claves in quibus antiphone secundi toni incohantur; sunt A *re*, C *fa ut*, D *sol re*, et F *fa ut*; continet antiphonas in A *re* incipientes, sicut patet in antiphona : « Fidelis sermo », similiter in ista « Laudate » :

Fidelis sermo et omni acceptione dignus.

Digitized by Google

Continet etiam antiphonas in C *fa ut* inchoantes, ut patet in antiphona ista sequente :

Continet etiam antiphonas in D *sol re* incipientes, ut patet in antiphona sequenti :

Continet etiam antiphonas in F *fa ut,* ut hic :



Et sic patet forma cum litteris initialibus super secundum tonum in cantu antiphonarum.

Sequitur ergo forma cum litteris initialibus super cantum officiorum seu introituum. Est igitur notandum quod littere que fuerunt initiales in cantu antiphonarum eadem sunt in cantu officiorum. Et etiam sciendum quod nullum differentiam continet secundus tonus in cantu officiorum, sed solummodo continet principale *Euouaen*. Unde primo ponenda est forma seu melodia secundum quam psalmi seu versus introituum secundi toni modulantur, et est talis ut sequitur :





Tunc sequitur *Euouaen* secundi toni in cantu officiorum, et est tale ut sequitur in cantu officiorum :



Istud autem *Euouaen* secundi toni in cantu officiorum easdem litteras initiales continet quas et ipsum *Euouaen* in cantu antiphonarum, sicut superius est dictum. Continet enim introitus incohantes in A *re,* ut patet in isto introitu « Ecce advenit », similiter in sequenti :



Continet etiam introitus in D *sol re* inchoantes sicut patet in isto introitu « Dominus dixit ad me ». Similiter in illo sequenti :



Continet etiam introitus in C *fa ut* incohantes, ut patet in hoc introitu : « Sitientes venite ad aquas ». Similiter in sequenti :



Digitized by Google

Continet etiam introitus in F *fa ut* incohantes, ut patet in sequenti introitu :



Deinde sequitur forma sive melodia super versus responsoriorum secundi toni. Et notandum quod versus responsoriorum secundi toni in D finali aut in C gravi debent habere initium et debent finiri in C *fa ut*, ut patet in tali exemplo: « Est sermo » ubi versus incipitur in *d*, etc. :





Exemplum ubi versus incipitur in C *fa ut* :



Et jam patet forma duorum tonorum, scilicet authenti et sui plagalis, id est secundi toni, etc.:

SEQUITUR DE TERTIO TONO.

Consequenter autem videndum est de tertio tono authento et suo plagali, id est quarto. Unde primo videndum est de jubilo tertii toni, etc.:



Deinde sequitur forma sive intonatio super psalmos minores tertii toni. Et notandum quod psalmi minores super tertium tonum debent incipi in G *sol re ut*, secundum antiquos, secundum quasdam prophetias tali melodia, ut sequitur :



Deinde sequitur forma minorum psalmorum magis regularium secundum modernos, cujus initium debet esse in C *sol fa ut*, eo quod *Euouaen* tertii toni poni suum tenorem, ut hic :



Deinde sequitur forma sive intonatio psalmorum aliorum sive canticorum tertii toni cujus initium debet fieri in G *sol re ut* per tonum ascendendo in A *la mi re* et ab A *la mi re* in C *sol fa ut* ascendendo per semiditonum sub signo musice quod dicitur *podatus*. Est enim musice signum quo fit saltus in eadem sillaba sub ligatis figuris, etc., ut hic :



Digitized by Google



dictus dominus Deus Is-ra-el, quia visi-



ta-vit et fecit redemptionem plebis sue.

Deinde sequitur primum et principale *Euouaen* tertii toni in cantu antiphonarum, et est illud quod sequitur, etc. :



Notandum quod tertius tonus habet quatuor litteras initiales, scilicet E F G et C, quarum litterarum primum et principale *Euouaen* usurpat sibi unam, scilicet F finale, id F est *fa ut*. Continet enim antiphonas in F *fa ut* incipientes et ab F *fa ut* gradatim cadentes, ut patet in antiphonis sequentibus :



Qui de terra est. Quando natus est. E u o u a e.

Est etiam advertendum quod tertius tonus habet quatuor differentias a primo et principali *Euouaen* differentes, quarum prima est hec que pretacta est immediate principales antiphonas precedentes, scilicet « Qui de terre est » ; hec enim differentia tertii toni habet unam litteram initialem, scilicet E finale, id est *e la mi*. Continet enim antiphonas in *e la mi* inchoantes, ut patet in hac antiphona: « Favus distillans », similiter in illa : « O gloriosum », etc.



Favus distillans. O gloriosum. Quando nata est.

Est tamen advertendum quod quidam musici tenent predictam differentiam pro tono capitali, et ratio eorum est, quod quandocunque aliquis cantus incipitur in suo finali in veritate, tunc tonus capitalis est assignandus, exempli gratia. Quum enim aliquis cantus primi toni incipitur in suo finali proprio et principali, scilicet in D *sol re*, tunc tonus capitalis est assignandus. Sic etiam de tertio tono. Quum enim aliquis cantus tertii incipitur in E gravi, tunc tonus capitalis est assignandus. Sic simili modo dicendum est de quarto quinto et sexto tono.

Deinde sequitur alia differentia tertii toni est hec que sequitur :



Hec autem differentia simpliciter habet unam litteram initialem, scilicet G finale, id est G *sol re ut*. Continet enim antiphonas in G *sol re ut* per tonum in A *la mi re* surgentes ubique aliquam moram facientes per tonum A *la mi re* dehinc per semiditonium in C *sol fa ut* ascendentes, ut patet hic :

Om-ni - a quecunque. Quoniam in eternum.

Deinde sequitur alia differentia tertii toni :

E u o u a en. Vel sic.

Hec enim differentia habet unam litteram initialem eamdem quam et precedens, habet scilicet G finale. Continet enim antiphonas in G *sol re ut* inchoantes et per tonum in A *la mi re* surgentes ibique nullam moram facientes, sed statim per

Digitized by Google

semiditonium in C *sol fa ut* mediante *podato* ascendentes, ut patet hic in antiphonis sequentibus, scilicet « Tollite portas » similiter in illa « Tu domine » :

Tol-li-te portas. Tu domine.

Deinde sequitur ultima differentia tertii toni et est illa que sequitur :



Eu o u a en.

Hec autem differentia habet duas litteras initiales, scilicet G finale et *c* acutum in G *sol re ut* et C *sol fa ut*. Continet enim antiphonas in C *sol fa ut* incohantes, et dehinc descendentes, sicut patet in sequentibus :

Is-ta est speciosa. Vivo ego dicit Dominus.

Continet enim etiam predicta differentia antiphonas in G *sol re* incohantes sicut antecedentes differentie, sed dispari elevatione signorum. Hec enim antiphone a G *sol re ut* per tonum A *la mi re* punctatim surgentes; ab A *la mi re* vero per semiditonum in C *sol fa ut* saltantes non sub ligatis figuris et signis neumarum, ut patet hic :



Reliquit eum tentator.

Et sic habetur intonatio psalmorum similiter et aliorum cum initialibus in cantu antiphonarum. Sequitur huic melodia sive forma super versus responsoriorum tertii toni. Notandum quod versus responsoriorum tertii toni secundum Gregorium semper debent initiari in C *sol fa ut* et finire in G *sol re ut*, sicut patet in hac melodia :



Tres persone sunt in sancta Trinitate.



Pater et Filius et Spiritus



sanctus. Gloria Patri et Filio



et Spiri- - tui sancto.

De introitibus.

Postquam ostensa est forma cum litteris initialibus tertii toni in cantu antiphonarum, consequenter restat ut ostendatur forma in cantu officiorum, pro quo notandum quod forma officiorum easdem litteras initiales continet, quas et forma antiphonarum. Unde primo et principaliter datur forma sive intonatio super psalmos introitum tertii toni. Et illo modo advertendum est quod versus introitum tertii modi incohandi sunt in G *sol re ut:*



Tentatus est Abraham tertia etate, di-lec-

tum Ysacum mactari voluit. Gloria Patri et Fi-

Digitized by Google

lio et Spiritui sancto, sicut erat in princi-

pio et nunc et semper et in secula seculorum amen.

Deinde sequitur primum et principale *Euouaen* toni, et est illud quod sequitur :



Eu o u a en.

Notandum autem quod hoc *Euouaen* habet duas litteras initiales, scilicet E finale, id est E *la mi* et F finale, id est F *fa ut*. Continet enim introitus in E *la mi* incohantes sicut patet in hoc introitu : « Vocem jucunditatis » similiter in his que sequuntur, ut hic :

Confessio. Dum clamarem. Dominus sanctificavit

Continet etiam introitus F *fa ut* incheantes sicut patet in his introitibus sequentibus :

Si iniquitates. Ego cla- ma- bo.

Deinde sequitur differentia tertii toni in cantu officiorum et est tamen unica, ut sequitur :

E u o u a en.

Hec autem differentia habet tantum unam litteram initialem, scilicet G finale, id est G *sol re ut* incohantes sive cadentes sive surgentes. Cadentes sicut patet in hoc introitu sequenti :

Surgentes autem, sicut patet in his introitibus sequentibus :

Omnia que fecisti nobis. Intret orati-o



dispersit.

Antiqui autem musici utuntur hac predicta differentia pro tono capitali. Sed tamen hoc non videtur esse congruens. Et ratio est quia introitus hujus differentie non incipiuntur in suo finali, scilicet in E *la mi*, quia, ut dictum est superius, quandocunque aliquis cantus incipitur in suo finali, tunc tonus vel cantus capitalis est assignandus ; potest tamen etiam ipse tonus capitalis super introitus hujus differentie assignari, etc.

De quarto tono.

Deinde sequitur forma secundi toni plagalis, id est quarti toni qui eamdem litteram finalem habet cum tertio, scilicet E finale. Unde ponendus est jubilus quarti toni qui talis est :



Quarta vi-gi-li-a ve-nit ad

Digitized by Google



vos.

Huic sequitur forma sive intonatio omnium psalmorum breviorum quarti toni et primo more antiquorum, et secundum quasdam provincias incipiendi sunt in E finali sub tali melodia, ut sequitur :



Quartus in primis gradatim ascendit sed



tum ab al-to cadit.

Sed, secundum modum modernorum, psalmi breviores incipiendi sunt in A *la mi re*. Et ratio est quia quartus tonus ibidem ponit suum tenorem, ut sequitur :



Dixit dominus domino meo sede a dextris meis.

Deinde sequitur forma sive intonatio psalmorum majorum, quorum inceptio sive intonatio fieri debet in E *la mi* per semiditonium ascendendo in G *sol re ut*, ut hic :



Magnificat anima mea Dominum. Bene-



dictus dominus De-us Israel, quia visi-ta-vit



et fecit redemptionem plebis sue.

Deinde sequitur primum et principale *Euouaen* in cantu antiphonarum, et est illud quod jam immediate sequitur :

E u o u a en.

Notandum autem : quartus tonus habet sex litteras initiales, scilicet C D E F G et *a*, additur etiam *c*. Quorum primum et principale *Euouaen* continet tres, scilicet G F et E, id est G *sol re ut*, F *fa ut* et E *la mi*. Continet enim antiphonas in G *sol re ut* incohantes, non surgentes, sed cadentes, sicut patet in hac antiphona « Rectos decet collaudatio » similiter in antiphona sequenti que canitur de sancta Cecilia, ut hic :



Non scientes sanctum nomen domini.

Continet enim antiphonas in F *fa ut* incohantes et ab F *fa ut* remittentes, ut patet in ista antiphona « Michael, Gabriel, Raphael » et etiam in illa que sequitur :



Pater, mundus te non cogno- vit.

Continet etiam antiphonas in E *la mi* incohantes, ut sequitur :



Sicut novel-le o - li-varum.

Digitized by Google

Notandum quod quartus tonus in cantu antiphonarum quatuor habet differentias, quorum prima hec est :



Hec autem differentia habet unam litteram initialem, scilicet D finale, id est D *sol re*. Continet enim antiphonas in D *sol re* incohantes et ad *sol re* gradatim surgentes in E *la mi* per tonum, et ab E *la mi* per semiditonium in F *fa ut*, sicut patet in ista antiphona « Simon Barjona ». Similiter in illa que sequitur :

Vel si cantus surgit ad *sol re* per semiditonum in F *fa ut* et F *fa ut* quocumque modo procedat sive surgat sive cadat semper continetur sub eadem differentia. Deinde sequitur alia differentia hujus toni que est talis :

Hec autem differentia habet unam litteram initialem, scilicet G grave, id est *fa ut*. Continet enim antiphonas incohantes in C *fa ut* et dehinc surgentes gradatim, sicut patet in hac antiphona « Cum factus esset annorum duodecim ». Similiter in illis antiphonis sequentibus :



Deinde sequitur alia differentia quarti toni que secundum aliquas ecclesias ita notatur, ut hic sequitur :

In aliquibus autem ecclesiis notatur in melius, ut hic :



Hec autem differentia unam habet litteram initialem, scilicet in G finale, id est G *sol re ut*. Sed quia antiphona hujus differentie incohata in G *sol re ut* vadit per conjunctas minus perfecte. Et illo modo propter veritatem *sol fa mi* et propter evitare conjunctas, sumit initium in *c* acuto, id est in C *sol fa ut*, et tunc *Euouaen* hujus differentie debet ponere suum tenorem in D *la sol re* secundum regulam superius dictam. Quantumcumque principium sive tenor *Euouaen* distat a sede principali, tantum etiam distat a sede minus principali :



Continet enim antiphonas in C *sol fa ut* incohantes et a C *sol fa ut*. Sicut patet in ista antiphona « Sion renovaberis ». Similiter in illa que jam statim sequitur, etc., etc. :

Digitized by Google



O mors ero mors tua morsus.

Continet etiam predicta differentia antiphonas in E *la mi* incohantes et ab E *la mi* vehementer surgentes per semiditonium in G *sol re ut* et a G *sol re ut* in A *la mi re,* ut hic :



Fide-lia omnia mandata ejus.

Deinde sequitur quarta et ultima differentia quarti toni et est hec que sequitur :



E u o u a en.

Ista autem differentia habet unam litteram initialem, scilicet D finale. Continet enim antiphonas in D *sol re ut* incohantes, et a D *sol re* surgentes per tonum in E *la mi,* per semiditonium in G *sol re.* Sed quia tunc talis cantus non habet solfationem perfectam, quia vadit per conjunctas, et ideo loco hujus littere D sumit litteram initialem, scilicet *g* et hec tunc perfecta differentia continet antiphonas in G *sol re ut* incohantes per tonum in A *la mi re* surgentes et ab A *la mi re* per semiditonium in C *sol fa ut* saltantes, ut patet in his antiphonis :



Exalta-ta est. Benedic-ta tu. Stetit angelus.

Et sciendum quod antiphone hujus differentie sumuntur in A *la mi re* accidentaliter. Et he tunc differentie hujus toni super predictas antiphonas debent ponere tenorem suum in *d sol re :*

E u o u a en.

Et sciendum quod hec differentia est assignanda super consimiles antiphonas, videlicet que in eadem melodia modulantur cum predictis videlicet « Stetit angelus » et sic de aliis. Et hoc est verum si inceptio earum fuerit in G *sol re ut.* Si vero in A *la mi re* fuerit inceptio, tunc tonus capitalis est assignandus, ut in ista antiphona « da mihi in disco caput Johannis ».

Sequitur forma sive melodia super versus responsoriorum quarti toni. Et hic est notandum quod versus responsoriorum quarti toni semper incipiendi sunt in A *la mi re,* melodia ut sequitur hic jam :



Quatuor li - bris angeli

in - struuntur qua - tuor plage

mundi. Glo- - ri-a



Patri et Fi-lio et Spiritui

sancto.

Finis autem hujus forme sive melodie versuum responsoriorum quarti toni debet esse in D *sol re,*

Digitized by Google

habet tamen aliquam differentiam in fine per reverberationem in F *fa ut*, ibi faciens terminationem. Et hoc et verum quum repetitio responsoriorum quarti toni incipitur in C *fa ut*. Exemplum patet in hoc responsorio :



Deus qui. Tibi



Quia tu solus.

De officiis.

Sequitur forma sive melodia in cantu officiorum introitibus hujus toni, et est sciendum quod quartus tonus easdem litteras initiales habeat in cantu officiorum quas habet in cantu antiphonarum. Est igitur advertendum quod forma sive melodia super psalmos introituum debet habere initium in A *la mi re* sub tali forma, ut hic sequitur :

Quarta etate Moïses legis tabulas Sinaï acce-



pit in monte. Glori-a Patri et Fi-li-o et Spi-



ritui sancto, sicut erat in princi-pi-o et

nunc et semper et in secula seculorum amen.

Sequitur hinc primum et principale *Euouaen* introitum quarti toni et est illud quod sequitur :

Eu e u a en.

Est autem notandum quod sub hoc *Euouaen* continetur omnis introitus quarti toni quocumque modo inchoatur, ut patet hic :



Ac-ci - pite ju-cun - di-tatem. Reminiscere

miserationum. Omnis terra adoret.

Est tamen advertendum quod iste tonus secundum quasdam ecclesias habet differentiam in cantibus officiorum, que talis ut sequitur :

E u o u a en.

Hec autem differentia habet unam litteram initialem, scilicet D finale, id est D *sol re*. Continet enim introitus in D *sol re* incohantes, ibique aliquam moram facientes ad minimum per duas unisonas, et deinde in F *fa ut*, per *Oriscum* surgentes sicut patet in hoc introitu sequenti :

Re-sur-rexi et ad- huc. E u o u a en.

De quinto modo.

Consequenter videndum est de tertio tono autento, id est quinto, cujus finis est in F *fa ut*;

Digitized by Google

sed melodia sive jubilus ejus tali forma jubilatur, ut hic :



Quinque prudentes virgines intraverunt



ad nuptias.

Deinde sequitur forma psalmorum breviorum, pro quo notandum quod psalmi breviores isti secundum antiquos habent inceptionem earum in F *fa ut* ascendendo per ditonum punctuatim in A *la mi re* et ab A *la mi re* iterum ascendendo per semiditonum punctuatim in *sol fa ut*, tali forma sive melodia, ut sequitur :



Quinta medietas septimo est similis, sed in fine dissimilis.

Sed secundum modernos tunc psalmi breviores sub tono quinto incipiendi sunt in C *sol fa ut*, quia ibidem iste tonus ponit tenorem sui *Euouaen* tali forma :

Dixit dominus domino meo sede a dextris meis.

Deinde sequitur melodia psalmorum aliorum quinti toni quorum inceptio debet fieri in F *fa ut* per ascensum in A *la mi re* et ab A *la mi re* tali melodia, ut sequitur :

Magnificat anima mea Dominum. Benedictus



dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit redemp-

tionem plebis sue. Nunc dimittis servum tuum

domine. etc. Quod parasti.

Deinde sequitur primum et principale *Euouaen* quinti toni in cantu antiphonarum tali forma, ut sequitur :



E u o u a en.

Advertendum autem quod quintus tonus habet tres litteras initiales in cantu antiphonarum, scilicet F finale et *a* acutum et C acutum, quare istud primum et principale *Euouaen* continet duas litteras *a* et *c* acutas; continet enim antiphonas in A *la mi re* inchoantes surgentes sive cadentes. Continet etiam antiphonas in C *sol fa ut* inchoantes et a C surgentes sive cadentes. Exemplum hic in presenti patet :

Montes et colles. Elevamini porte eterna.

E u o u a en.

Hec autem differentia unicam habet litteram ini-

Digitized by Google

tialem, scilicet *f* finale, id est F *fa ut*. Continet enim antiphonas in F *fa ut* inchoantes, sed ab F *fa ut* non cadentes sed surgentes, ut patet in hac antiphona « Spes mea ». Similiter in illa que sequitur :

Sequitur forma sive melodia super versus responsoriorum. Versuum inceptio semper debet fieri in C *sol fa ut* et finis in A *la mi re*, ut hic patet :



Inveniuntur tamen responsoria quinti toni, quorum versus incipiuntur in F finali ; patet hoc in responsorio isto : « Illumina oculos meos ».

Sequitur forma sive melodia semper psalmos seu versus introitum, quorum psalmorum seu versuum inceptio semper fieri debet in F finali sub tali melodia :









Deinde sequitur primum et principale *Euouaen* in cantu officiorum et est tale, ut sequitur :



Notandum autem quod quintus tonus habet easdem litteras initiales in cantu officiorum quas habet in cantu antiphonarum, scilicet F *fa* et *c*. Quare istud primum et principale *Euouaen* continet duas, scilicet *a* et *c*, id est A *la mi re* et C *sol fa ut* incipientes. Continet enim introitus in C *sol fa ut* incipientes sive surgentes sive cadentes. Surgentes sicut patet in hoc introitu sequenti primo, cadentes vero patet in hoc introitu sequenti secundo :



Continet enim antiphonas in A *la mi re* incho-

Digitized by Google

hantes et dehinc sive surgentes sive cadentes. Surgentes sicut patet in introitu primo, cadentes vero patet in introitu sequenti :

Miserere mihi domine. Exaudi Deus orationem.

Et est notandum quod quintus tonus habet unam differentiam in cantu officiorum, que est ut sequitur :



E u o u a en.

Hec autem differentia habet unam litteram initialem, scilicet F finale, continet introitus in F *fa ut* inchoantes et ab F *fa ut* surgentes leniter, ut patet hic :

Domine refugium factus. Loquebar. Letare.

Et sic patet forma quinti toni cum litteris initialibus tam in cantu officiorum quam antiphonarum.

De sexto tono.

Sequitur nunc forma tertii toni plagalis, id est sexti toni, qui cum quinto sedem finalem retinet, scilicet in F in linea. Et ergo primo videndum est de jubilo hujus toni, scilicet sexti :

Sexta hora se-det super pu - teum.

Sed forma super psalmos breviores sexti toni, qui more antiquorum sunt incipiendi in F *fa ut*, ascendendo gradatim in A *la mi re*, tali melodia, ut sequitur :

Sextus autem ut primus imponitur, sed ali-



ter deponitur.

Sed more modernorum psalmi breviores sexti toni sunt incipiendi in A *la mi re* et ratio est quia sextus tonus ibidem ponit suum finem, ut patet hic :



Dixit dominus domino meo sede a dextris meis.

Deinde sequitur forma illorum qui incipiendi sunt in F *fa ut* ascendendo in A *la mi re*, ut patet hic :

Magnificat a - nima mea Dominum. Benedic-

tus dominus Deus Is-rael, quia visi-tavit et fecit

redemptionem plebis sue.

Deinde sequitur primum et principale *Euouaen* sexti toni in cantu antiphonarum, et est tale :

Digitized by Google



E u o u a en. 6^us^ tonus.

Notandum quod sextus tonus tam in cantu antiphonarum quam officiorum habet quatuor litteras initiales, scilicet C et D, F et G sed nulla antiphona sexti toni invenitur habere initium, preterquam in F *fa ut*. Sed introitus gradualis, offertoria, communiones et responsoria sexti toni inveniuntur aliquando in his litteris initialibus predictis inchoari de quibus in sequentibus dicetur. Et si aliqua antiphona sexti toni in aliquibus historiis, in his litteris predictis inveniretur habere initium, illo tamen etiam sub tono capitali semper est comprehendenda que non videtur esse aliqua differentia similis sexti toni pro his litteris initialibus preter F *fa ut*, ut patet cuilibet diligenter examinanti; et est advertendum quod est istud primum et principale *Euouaen* sexti toni ; continet antiphonas in F *fa ut* inchoantes ab F *fa ut* surgentes sive cadentes, ut patet in his antiphonis sequentibus :

Conspicit in cœlis. O ad - mirabi - le.



O decus terri-bi-le.

Notandum quod sextus tonus in cantu antiphonarum unam habet differentiam videlicet istam :

E u o u a en.

Hec enim differentia eamdem litteram habet quam et principale *Euouaen*, videlicet F finale. Continet enim antiphonas in F *fa ut* inchoantes et ab F *fa ut* non cadentes sed surgentes per tonum in G *sol re ut*, et ibi non longam moram facientes maxime ad duos unisonos, et dehinc per tonum in A *la mi re* sub signo in *podato* tendentes et ab reverberantes F *fa ut* per tonum in depressione, ut in antiphonis sequentibus patet :

Be-ne- di-ctus. Benedixit fi-li-is tu-is in te.

Deinde sequitur forma sive melodia versus responsoriorum sexti toni. Est autem sciendum quod versus responsoriorum sexti toni debent incipere in F *fa ut* :

Sextam e-ta - tem dominus vi - si-tans



hunc cultu su-o de-di - ca -



vit. Gloria Patri et Fili-



o et Spiri - tui sancto.

De officiis sequitur forma in cantu. Et primo ponenda est forma sive melodia secundum quam omnes versus officiorum sive introituum sexti toni formantur sive modulatur, que talis est ut sequitur :

Digitized by Google



Sal-vator noster dominus Jesus Christus na-

tus est in sexta etate. Glo-ri-a Patri et Filio



et Spiritui sancto, sicut erat in principio et nunc

et semper et in secula seculorum amen.

Deinde sequitur primum et principale *Euouaen* sexti toni in cantu officiorum et est tale ut sequitur :



E u o u a en.

Nota quod istud principale *Euouaen* in cantu officiorum easdem litteras initiales quas habet vel habere potest in cantu antiphonarum. Omnis enim introitus continet hoc *Euouaen* ubicumque incipiuntur sive in D *sol re,* sive in F *fa ut,* sive in A *la mi re,* preterquum in C *fa ut,* ut infra dicetur. Continet enim introitus in F *fa ut* inchoantes sicut patet in hoc introitu « Esto mihi judex » similiter in isto introitu sequentu :



Omnes gentes plau - dite



ma-ni-bus.

Continet enim introitus in D *sol re* inchoantes et deinde surgentes sicut patet in hoc introitu « Invenio ecce », similiter in isto qui sequitur :

Hodie scie- - tis.

Deinde nota : sextus tonus in cantu officiorum habet unam differentiam que est talis :



E u o u a en.

Hec autem differentia sexti toni unam habet litteram initialem in cantu officiorum, scilicet C grave. Continet enim (introitus) in C *fa ut* inchoantes et ad C *fa ut* surgentes, ut hic :



Quasi modo ge- - niti.

Et est advertendum quod ista differentia in cantu officiorum apus nos non est communis. Et quamvis iste introitus videlicet « Quasi modo geniti » continetur sub hac differentia, potest tamen etiam contineri sub capitali *Euouaen,* quia ejus inceptio in pluribus libris est in D *sol re,* ut patet hic :



Quasi modo geniti.

Digitized by Google

Et sic patet forma sexti toni, sequitur nunc septimus.

SEQUITUR DE SEPTIMO MODO.

Postquam ostensa est forma trium tonorum autenticorum et eorum de plagalium, convenienter restat ut ostendatur forma quarti et ultimi toni autenti, qui alio nomine septimus tonus nuncupatur. Et primo videndum est de jubilo, qui talis est:



Septem Spiritus an- te tronum dei

Deinde sequitur forma breviorum psalmorum, qui secundum antiquos in *b fa* ♮ *mi* sunt inchoandi per semiditonum in C *sol fa ut* ascendendo et communiter in a C *sol fa ut* in D *la sol re* per tonum descendendo sub tali forma :

Septimus quintum in medio respicit, sed in fi-



ne respuit.

Sed more modernorum regularitatem considerando, tunc psalmi breviores in D *la sol re* sunt inchoandi. Et ratio hujus est, qui ibidem septimus tonus ponit tenorem sui *Euouaen,* ut patet in communione sequenti :



Dixit dominus domino meo sede a dextris meis.

Et tamen advertendum quod septimus tonus secundum consuetudinem aliquarum ecclesiarum et provinciarum in psalmos breviores habet talem modum, ut sequitur :



Dixit dominus domino meo sede a dextris meis.

Deinde sequitur forma aliorum psalmorum, qui etiam dupliciter inchoantur, videlicet more antiquorum et modernorum. More antiquorum psalmi majores incipiendi sunt in *b fa* ♮ *mi* per ♮ durum ascendendo gradatim in D *la sol re ut,* ut patet hic :

Magnificat anima mea Dominum. Bene-dic-

tus dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit



redemptionem plebis sue.

Sed more modernorum regularitatem sequentes psalmi majores inchoandi sunt in D *la sol re ut;* illo modo continetur versus sub tali melodia, ut jam sequitur :



Magnificat anima mea Dominum. Benedictus



dominus.

Digitized by Google

Deinde sequitur primum et principale *Euouaen* septimi toni in cantu antiphonarum et est tale quod sequitur jam :

Unde nota quod septimus tonus habet quinque litteras initiales, scilicet G A B C et *d*, quarum hoc primum et principale *Euouaen* continet duas scilicet G et A, id est G *sol re ut* et A *la mi re*. Continet enim antiphonas in A *la mi re* inchoantes sive surgentes sive cadentes ; surgentes sicut patet in ista antiphona « Venite benedicti », cadentes sicut patet in hac antiphona videlicet illa ut sequitur :



Continet enim antiphonas in G *sol re ut* inchoantes et a G *sol re ut* surgentes sive per tonum sive per ditonum sive per diatessaron, sicut patet in antiphonis sequentibus :





Vel continet antiphonas in G *sol re ut* inchoantes in dyapente in D *la sol re* saltantes sic quod unus punctus inferior unam silbam sibi usurpat, ut in antiphona sequenti :

Notandum autem quod septimus tonus in cantu antiphonarum quatuor habet differentias quarum prima est talis que jam sequitur :

Hec autem differentia habet unam litteram initialem, scilicet G finale. Continet enim antiphonas in G *sol re ut* inchoantes et a G *sol re ut* per diapente surgentes in D *la sol re* sub signo musico quod dicetur *podatus*, sicut patet in ista antiphona « Precursor ». Similiter in ista « Veterem hominum ». Similiter in ista que sequitur :

Deinde sequitur secunda differentia septimi toni que talis est, ut sequitur :

Hec autem differentia habet duas litteras initiales, scilicet B et *c* acutas. Continet enim antiphonas in *c sol fa ut* inchoantes sive surgentes sive cadentes, ut patet hic :

Digitized by Google

Continet enim antiphonas in *b fa* ♮ *mi* inchoantes et a *b fa* ♮ *mi* non cadentes, sed surgentes, ut patet hic :



Deinde sequitur tertia differentia septimi toni et est talis que sequitur :

Hec enim differentia habet unam litteram initialem, scilicet D in spatio. Continet enim eadem antiphonas in D *la sol re* inchoantes et a D *la sol re* sive per tonum sive per ditonum cadentes sub quocunque signo musice, sicut patet in hac antiphona « Angeli archangeli ». Similiter in ista :



Sequitur quarta et ultima differentia hujus toni et est talis, ut sequitur :

Hec autem differentia habet unam litteram initialem, scilicet *b* acutum, continet enim antiphonas in *b fa* ♮ *mi* inchoantes et a *b fa* a ♮ *mi* non surgentes, sed cadentes per ditonium in G *sol re ut*, ut hoc :



Et sic patent differentie hujus toni in cantu antiphonarum cum litteris initialibus.

Deinde sequitur forma versuum responsoriorum septimi toni incipiendi sunt in D *la sol re* tali melodia, ut sequitur :





Deinde sequitur forma sive melodia super psalmos introitum septimi toni, quorum psalmorum inceptio debet fieri in C *sol fa ut* sunt tali melodia, ut sequitur :



Digitized by Google



Deinde sequitur primum et principale *Euouaen* septimi toni in cantu officiorum, et est tale quod sequitur :

Nota quod septimus tonus nullam habet differentiam in cantu officiorum. Unde istud *Euouaen* septimi toni continet omnes introitus, ubicunque incipiuntur, sicut patet in his introitibus sequentibus :

Quidam tamen musici addunt unam differentiam septimo tono in cantu officiorum, et est talis ut sequitur :

Hec autem ista differentia continet introitus in G *sol re ut* inchoantes et vehementer in D *la sol re* surgentes sub signo musice quod dicitur *podatus*, ut hic :



Sed tamen ista differentia non habetur in usu, sed solummodo ipse tonus capitalis, etc. Sequitur nunc :

OCTAVUS TONUS.

Sequitur nunc forma quarti plagalis, id est octavi toni, et primo videndum est de jubilo ejus :



Deinde sequitur forma psalmorum breviorum octavi toni, qui dupliciter inchoantur, videlicet secundum antiquos et secundum modernos. Psalmi breviores secundum antiquos incipiendi sunt in G finali per ascensum in A *la mi re* et ab A *la mi re* per semiditionium in C *sol fa ut* punctuatim ascendendo tali modo :



Sed secundum modernos psalmi breviores sub octavo tono incipiendi sunt in C *sol fa ut*. Et ratio est quia octavus tonus ibidem ponit tenorem sui *Euouaen*, ut hic :



Sequitur forma majorum psalmorum que etiam est similis forme secundi toni in principio, in medio, sed in fine differt :

Digitized by Google



Magni-ficat anima mea Dominum. Bene-



dictus dominus Deus Israel, quia visitavit et



fecit redemptionem.

Deinde sequitur primum et principale *Euouaen* in cantu antiphonarum octavi toni et est illud quod sequitur :



E u o u a en.

Notandum quod octavus tonus tam in cantu antiphonarum quam in cantu officiorum habet septem litteras initiales, scilicet C D E F G A B et harum autem litterarum hoc primum et principale *Euouaen* octavi toni continet tres litteras predictas, scilicet D G et *a* acutum. Continet enim antiphonas in D *sol re* inchoantes sive cadentes, sive surgentes :

Angele Do-mini. Jerusalem gaude.

Continet etiam antiphonas in G *sol re ut* inchoantes et a G *sol re ut* sive surgentes sive cadentes, ut patet in his antiphonis :



Beatus vir qui sub fer ten-tationem. Gau-



de et letare.

Continet etiam antiphonas in *a la mi re* inchoantes et ab *a la mi re* cadentes sive per ditonium sive per tonum, ut patet in antiphonis sequentibus :

Completi sunt dies Marie. Hymnum cantate nobis.

Advertendum etiam quod octavus tonus in cantu antiphonarum habet quatuor differentias ; quarum prima est hec ut sequitur :



E u o u a en.

Hec enim differentia habet duas litteras initiales, scilicet E et F, id est E *la mi* et F *fa ut*. Continet enim antiphonas in F *fa ut* inchoantes et ab F *fa ut* surgentes sive per tonum sive per ditonum, ut patet in his antiphonis :



Justi confitebuntur. Zachee festinans descende.

Continet etiam antiphonas in E *la mi* inchoantes et ab E *la mi* leniter surgentes per semiditonum in F *fa ut* et ab F *fa ut* in G *sol re ut*, ut patet in sequenti :



Ecce nunc tempus accep-ta-bile.

Continet etiam predicta differentia antiphonas

Digitized by Google

in D *sol re* inchoantes et a D *sol re* surgentes gradatim seu per semiditonum in F *fa ut* et ab F *fa ut* vehementer surgentes per ditonum in A *la mi re*, ut patet in antiphona sequenti :

Spiritus domini replevit.

Sequitur nunc differentia secunda octavi toni que talis est, ut sequitur :

E u o u a en.

Hec enim differentia habet unam litteram initialem, scilicet *c* acutum. Continet enim antiphonas in *c sol fa ut* inchoantes et a *c sol fa ut* non surgentes, sed cadentes, ut patet in antiphona que jam sequetur immediate :

Interim. Deo nostro.

Sequitur tertia differentia octavi toni, ut hic sequitur :

E u o u a en.

Continet enim antiphonas in *c sol fa ut* inchoantes et a *c sol fa ut* non cadentes, sed surgentes per tonum in d *la sol re* et iterum c *sol fa ut* reverberantes, ut hic :



Zelus domus tue. Euntes ibant.

Patet tamen etiam predictam differentiam continere antiphonas in C *sol fa ut* per semitonum in *b fa*, ♮ *mi* remissas et mox C *sol fa ut* reverberantes, sicut patet in antiphonis sequentibus :

Venit. Bene fac domine.

Deinde sequitur quarta et ultima differentia octavi toni in cantu antiphonarum que apud modernos *tonus peregrinus* appellatur, ut hic :



E u o u a en. Vel sic.

Hec autem differentia unicam habet litteram initialem, scilicet C grave, id est C *fa ut*. Continet enim antiphonas in C *fa ut* inchoantes, et a C *fa ut* per tonum surgentes, ut patet in his antiphonis sequentibus :

Narratur enim fabulose de inventione formule, que apud nos modernos tonus peregrinus appellatur, quod quidam conventus viginti monachorum aggregatione aggregatus extitit, cujus cantor secundus vero totus ad incipiendum psalmum cum providentia obmutuit, abbas vero aliis plus robustus venit *Euouaen,* immemor sub hac formula non in acutis, sed in voce gravi in A *la mi re* incipientes, in D gravi autem finientes, hanc predictam formulam sic tubavit, ut sequitur :



Tali tenore cantabitur tonus peregri-nus.

Digitized by Google

Versus :

Additur his novus tonus quem quidam reperit [abbas.
Fabula que narrat dum cantor « Nos vivimus qui »
Inchoatur, et fratrum nullus qui voce tonare
Flatu bachare reperisse totum perhibetur.
Ex hoc pro levata modernis extitit ortum.
Ibidem monachi metra non potuere tonare.
Abba potens motus in cantu sublevat omnes.
Hec narro dicta, per me non sunt tamen ficta.

Unde nota quod tonus peregrinus non dicitur ex hoc peregrinus quod apud nos modernos non sit usitatus, sed proprio differentie sue esse licet. Item advertendum est quod psalmi breviores super tonum peregrinum secundum consuetudinem modernorum incipiendi sunt in *a la mi re*, etc. :





Sed psalmi majores incipiendi sunt in D *sol re* sub tali melodia octavi toni, ut sequitur :



Aliqui autem chori cantores psalmos breviores atque majores sub peregrino tono solent inchoare in *a la mi re*, ut patet hic :



Hoc tamen non videtur rectum quod psalmi majores debent eadem melodia inchoari qua breviores intonantur. Sed enim psalmi majores altiori melodia modulantur quam psalmi breviores ut patet sigilatim de quolibet tono. Et illo modo psalmi majores super tonum peregrinum incipiendi sunt regulariter in d *sol re ut*, ut jam patuit. Dicunt tamen quidam musici quod ista ffe vel differentia octavi toni peregrini non propter finem vel medietatem, sed propter initium istius antiphone « Nos qui vivimus pota finit et solus psalmus iste » « In exitu Israel » nunc sub isto solemniter decantari debet, cum tamen alie antiphone videlicet « Sapientia clamitat » « Stabunt justi » ejusdem initii sub alia differentia regulariter cantantur.

Sequitur forma sive melodia versuum responsoriorum octavi toni, que talis est :



Deinde sequitur forma psalmorum sive versuum in cantu officiorum octavi toni, que talis est ut sequitur :





Digitized by Google



Deinde sequitur primum et principale *Euouaen* octavi toni, et est ut sequitur :

Istud autem *Euouaen* habet duas litteras initiales, scilicet G et A, id est G *sol re ut* et A *la mi re*. Continet enim introitus in A *la mi re* inchoantes et ab A *la mi re* sive surgentes sive cadentes, sicut patet in introitibus sequentibus, ut sic :



Sed ille introitus « Miserere mihi » in G *sol re ut* in quibusdam libris vitium habuerit, tunc iterum sub eodem capitali *Euouaen* continebitur, quia predicti capitalem *Euouaen* continet introitus in G *sol re ut* inchoantes et a G *sol re ut* surgentes, ut patet sicut sequitur :



Notandum autem quod octavus tonus in cantu officiorum habet unam differentiam que talis est, ut sequitur :

Hec autem differentia continet duas litteras initiales, scilicet C grave et D finale ; continet enim introitus in C *fa ut* inchoantes et C *fa ut* surgentes, quod sic patet :



Continet etiam introitus in D *sol re* inchoantes surgentes sive cadentes ; surgentes sicut patet in isto introitu « Sponsa domini ». Similiter patet in isto introitu « Introduxit », quem introitum quidam consueverunt in F *fa ut* incipere, sed male. Attamen si in F *fa ut* inchoabitur sub principale *Euouaen* continebitur. Cadentes autem ad *sol re* sicut patet in isto introitu « Ad te levavi », si initium sumpserit in D *sol re* et cadit per tonum in C *fa ut*, et deinde surgit per dyatessaron in F *fa ut*, ut patet hic :

Si autem predictus introitus incipitur in G *sol re ut* et a G *sol re ut* cadit in D *sol re* et a D *sol re* surgit in F *fa ut*, ut in quibusdam ecclesiis mos est, tunc continetur sub primo et principali *Euouaen*, ut patet hic :

Digitized by Google

Item sciendum, quod capitalis tonus super psalmos introituum octavi toni semper est tenendus; sed differentialis regula solum assignari debet in ultimo versu « Gloria patri » et non in psalmo. Et hoc est tenendum in omnibus differentiis aliorum tonorum sive hoc fit in cantu officiorum sive antiphonarum. Ergo pro regula generali sit hoc notabile : quod omnis tonus uniformiter est tenendus in unoquoque versu psalmorum, Magnificat et introituum. Sed si est differentialis regula alicujus toni, sive sit in cantu antiphonarum, sive introituum regulariter et artificiore tenenda est in ultimo versu sonum scribitur ut communiter in fine antiphonarum, similiter in introituum talis notificatio, scilicet *Euouaen* quod in cantu videlicet tantum « Secula seculorum amen ». Cujus ratio est hec, quia differentie regulariter solum propter principia antiphonarum et introituum antiphona et introitus diversa habent principia. Sed tamen solum propter principia dantur differentie tonorum. Et ergo terminus differentie per modum debiti saltus petit principium antiphone sive introitus, quod solum debet per ultimum versum fieri, videlicet « In secula seculorum » post gloria, ergo id est « Secula seculorum amen »; solum datur differentia et non in unoquoque versu, cum non per quemlibet versum fit inchoatio antiphone. Habet enim similitudinem cum cursu naturali. Unde aliquis volens saltum facere vehementer petit excursum, ut destinatum terminum saltus ex cursu pertingere possit, et quia ars est imitatrix nunc in quantum potest, sic similiter in differentiis tonorum similiter fit saltus ad destinatum terminum, per quem communiter potest habere principium antiphone. Si que autem ecclesia, maxime cathedralis vel collegiata, que maxime volunt habere dispensationem et modos finiendi ex libertate et voluntate, oppositum fieri permitteret, hoc tamen magis perveniret ex voluntate et usu, quam arte. Est tamen advertendum, quod queque brevior differentia vel parva potest mitti in omnibus versibus, exemplum patet hic :

Que tamen differentie breviores ita sunt formate quod in quolibet versu admitti possunt, et eas teneri oportet et hoc maxime patet hic :



Scilicet tamen in altioribus non oportet nisi propter extractionem temporis, ut si aliqui vehementer in magnificat differentie per singulos versus propter congruitatem turificationis teneri possunt. Nam ex eadem causa quinque in medio versuum pause fiunt maxime ritus ecclesiarum. Item circa predicta de assignatione differentiarum querat quis, quomodo sit ratio in differentiis, scilicet quod hec debeat esse prima, hec secunda, hec tertia, etc. Respondeo quod nullam aliam rationem invenio, quam quod hec earum ordinatio fuit de primi pontificis Gregorii placito vel ex supervenientium voluntate.

Summum. Benedicamus do- - -

- - - mi-no.



Benedi-camus (de Apostolis) do - mino.

Digitized by Google























Digitized by Google

(de domina)



re pulchra de radice virga Jesse domino.



alle-lu-ia. Benedicamus domino ascendit in

(de beata Virgine Marie in honore virginisque sempiterno)



Benedicamus domino alleluia, allelu-ia,



templo cum angelis elevatis manibus verbigena



alle - lu-ia. Benedicamus domino alleluia

gaude Maria domino. Benedicamus eterno re-

(Dominicale)

alleluia alleluia. Benedicamus

gi dignanti pro nobis nasci ex virgineo procedenti



domino alleluia, allelu-ia, alleluia.



utero ut sponsus de talamo ornato domino.

Benedicamus domino alleluia alle - lu-ia.

FINIS PARTIS PRIME.

[PARS SECUNDA DE MUSICA FIGURATA].

ARS COMPONENDI CANTUM SIMPHORICE AC DULCITER SONANTEM.

Et primo de contrapuncto plano pro cujus intellectu et omnium subsequentium declarationum notandum id quod in figura subsequenter patebit, scilicet contrapuncta :



Item dicuntur perfecte quia aliis consonantiis in melodia perfectiores ac delectiores sunt. Item semi concordia dicitur a semis quod est dimidium latine, et concordia, quia imperfecte seu medie concordantie, etc. Item quelibet nota in tenore dicitur improprie tenor. Item nota pro declara-

Digitized by Google

tione omnium regularum, quod quidquid dicitur de speciebus hoc idem debet intelligi de earum reiterationibus. Quo habito tanquam fundamento intrinseco, restat nunc de declaratione contrapuncti inventione ipsius tali modo inveniendo quod quivis tenor componendus pro octava transeatur, sumitur deorsum, reiterationem sursum. Item predicte dicuntur species contrapuncti, quia punctus ad punctum seu punctus cum puncto per aliquam distantiam clavium sub predictis speciebus naturaliter consonat et ideo predicte species seu distantie clavium aut vocum species contrapuncti dicuntur.

Notandum de dissonantiis quod dissonantie in omni cantu ab omni auctore prohibite sunt, et dari non debent nisi in cantu figurativo scilicet in minima vel semiminima aut fusa, quibus artis dissonantia minus percipitur seu percipi potest ratione parve more seu velocitatis in pronunciando; et que sint dissonantie patet supernis, videlicet: secunda, quarta, septima, nona, undecima, quartadecima et sedecima. Et dicuntur dissonantie a dissono, quia dissonant sive discordant, ergo nulla eorum dici debet nisi in minima nota ut dictum est, ratione prescripta. Verum si diceretur in aliis, in quibus bene percipi posset, tunc talis dissonantia generaret displicentiam audientibus. Et hoc ex predictis concluditur quod talis est sonus incongrue scilicet imperfecte consonans et discordans seu dissonans. Item nunquam due consonantie dici debent nec in minimis nec in semiminimis quamvis semiminime unius minime quantitatis sunt, etc.

Item contrapunctus aliquando accipitur pro tota rundela, videlicet discantu, tenore et contratenore, etc.

Item proportionalia { perfecta { unisonus, octava } quinta-decima. ; imperfecta { tertia, sexta, decima }

SEQUUNTUR NUNC REGULE COMPOSITIONEM DOCENTES.

Prima. — Omnis contrapunctus et debet incipi et finiri in specie perfecta.

Secunda regula. — Omnis contrapunctus non debet ascendere vel descendere cum tenore in specie perfecta, nisi tenor ascendat vel descendat per quinque vel plures gradus, etc.

Tertia regula. — Contrapunctus non debet ascendere vel descendere cum tenore de specie imperfecta ad perfectam nisi tenor ascendat vel descendat per quatuor gradus vel plures gradatim et sine saltu.

Quarta regula. — Quinta non debet fieri post sextam.

Quinta regula. — Contrapunctus debet capere proximas concordantias in quantum potest.

Sexta regula. — Quum tenor ascendat per plures gradus quam per duos, tunc contrapunctus debet descendere, si saltem potest, et e converso.

Septima regula.—Quum tenor habet *mi* in *b fa*, ♮ *mi*, tunc contrapunctus non debet habere perfectam speciem in *fa* et e converso; quum tenor habet *fa* in *b fa*, ♮ *mi*, tunc contrapunctus non debet habere perfectam in *mi*, nisi sustinentur *b* duraliter, etc.

Octava regula. — Quum tenor habet duas vel tres notas vel plures in eadem linea vel spatio, tunc in illis non debet fieri sexta nisi in ultima saltem potest, etc.

Nona regula. — Quum tenor descendit per simplices gradus, tunc in ultimo illius descensu debet fieri terminatio imperfecte speciei.

Decima regula. — Plures tertie et plures sexte possunt sequi una post alteram, ita tamen quod non fiat ultra quatuor vel quinque et post illas immediate sequatur perfecta species, et hoc fit quum tenor ascendit vel descendit per simplices gradus.

Undecima regula. — Tertie bene possunt

Digitized by Google

ascendere vel descendere cum tenore per simplices gradus, sed non sexte.

Duodecima regula. — Quum tenor habet duas vel tres notas ascendendo per simplicem gradum, tunc contrapunctus non debet haberi in ulla talium, sed prima potest esse octava vel tertia supra, secunda scilicet nota quinta vel octava, et tertia non debet esse tertia sub vel tertia supra.

Tertiadecima. — Quum tenor habet quatuor vel plures notas in ascendendo, tunc discantus debet habere mediam partem in sextis et residuum in tertiis ad unisonum.

Quartadecima regula. — Quinta et sexta non debent simul stare in eadem linea vel spatio.

Quintadecima regula. — Nullus contrapunctus a tenore debet incipi aut finiri infra octavam, nisi alte incipiatur, ut interdum fit; sic potest contrapunctus, id est discantus seu supremus chorus, cum tenore incipi in unisono vel in quinta, si placet. Similiter et dum tenor alte finitur, potest bene discantus secum finiri in unisono seu in quinta. Sed aliter infra octavam a tenore contrapunctus, id est discantus, non debet incipi aut finiri. Sed bene ultra octavam si placet, non infra nisi conditione prescripta.

Sextadecima regula. — Omnis contrapunctus ad punctum motu contrario dari debet per se, quem motum contrarium consonant datum specialis melodia generaliter et auri complacentia.

Alia regula est de vera mixtura consonantiarum perfectarum cum imperfectis et e converso. Nullus cantus de choro ad chorum compositus potest componi solummodo ex consonantiis perfectis absque imperfectis aut e converso. Sed imperfectam consonantiam post perfectam in proximo dari debet in quantum cursus tenoris petit; verum perfecte cum imperfectis commisceri debent.

Alia regula. Omnis contrapunctus debet componi ex pluribus variis speciebus prescriptis novem speciebus contrapuncti componi quibus . . . . . quod cantantes tam alte in voce attingere possint, quia cantum altius componere vanum esset quam cantari posset; sicut vanum esse balistam portare que tendi non posset.

Alia regula. Nunquam debent duo chori bis insimul dari sub unisono qui unisonus unisonum in proxima sequi; sed semel tantum et ab eo immediate ad aliam speciem recedere in perfectam in quantum potest. Verum unisonus perfecta consonantia est, igitur post se imperfectam petit, etc.

Nota quum unisonus requirit post se tertiam vel ante si potest immediate, non autem quod habere debeat. Similiter tertia quintam post se vel ante se, et quinta sextam post se, sed non ante se. Similiter sexta octavam post se vel ante se, non quod debeat habere. Sed si in proximo potest fieri, tunc fiat, tamen adverte regulas post dictas.

Ars cujuslibet discantus.

Et primo de syncopatione cujuslibet note unum sciendum est, quod contra perfectam brevem possumus facere sex minimas ita quod de illis minimis tertia pars sit mala et non bona, quia dictum est prius quod nisi sunt quinque species contrapuncti. Sed in discantu plures sunt, quia quarta et septima in discantu possunt esse species et hoc in syncopationibus, quia discantus debet componere primam melodiam verborum sive vocum.

Notandum: non pone sextam cum dupla; sequitur sine alia consonantia naturali descendendo per unum gradum, ut :



Ulterius sciendum quod quum fit syncopatio contra unam semibrevem, tunc prima non debet esse bona species, secunda potest esse ad placitum et hec de specie bona secundum quod me-

Digitized by Google

lodia requirit, et secundum quod quinta bene potest fieri post sextam et e converso, et in quocunque loco placet, potest poni sexta, et similiter omnes alie concordantie. Sed adhuc illa regula tenetur que prius dicta est in contrapuncto, scilicet quod due perfecte species non habent sequi similes una post alteram ascendendo cum tenore vel descendendo; sed in eadem linea vel in eodem spatio possunt fieri tres, quatuor vel quinque vel plures. Similiter tres octave vel quatuor. Similiter possunt fieri due sexte, tres, etc., tertie. Sed hoc quum tenor habet longam vel maximam in eadem linea vel spatio, quia non est opus nec pulchrum syncopare omnes semibreves quia non pulchra melodia, etc.

Notandum quod etiam discantus debet incipi in perfecta specie scilicet in bona tertia puncta, in tonis vel una sexta et finiri. Et discantus non vult semper habere proximas concordantias, sed vult habere secundum melodiam verborum, et etiam advertendum est quod species requirunt se mutuo una post aliam, videlicet post unisonum tertia post tertiam, quinta post quintam, sexta post sextam, octava post octavam, etc., et hoc in brevibus et in semibrevibus et non in minimis, etc.

Ulterius sciendum quod discantus in tonis imparibus non potest ascendere ultra quindecimam supra finem tenoris; id est si tenor sit primi toni, tunc discantus potest ascendere usque ad D *la sol* et alius usque ad E *la* et ultra, sed hoc raro. Sed si tenor sit tertii (toni), tunc discantus potest ascendere usque ad tredecimam et ultra, sed raro; sed si fuerit quinti toni, tunc potest ascendere usque ad quindecimam, sed raro; sed si septimi, tunc potest ascendere usque ad quindecimam, sed raro. Et omnes discantus in tonis imparibus possunt notam unam descendere sub fine discantus, si finiatur in octava.

Et ultimo sciendum quod discantus paribus in tonis potest notam ascendere usque ad duodecimam vel tredecimam supra finem tenoris, sed potest descendere tres vel quatuor notas sub fine illius discantus. Exemplum patet practicanti.

Sequitur ars contratenoris.

Si enim quis vult facere contratenorem supra quemlibet tenorem, debet videre ubi discantus incipiat, et si discantus incipit in octava, tunc contratenor debet habere quintam, si tenor fit in gravibus; sed si in acutis, tunc contratenor debet habere octavam sub (tenore). Sed si discantus incipit in septima, tunc contratenor fit in octava, si tenor est in gravibus; sed si discantus habet sextam, tunc contratenor potest habere quintam vel tertiam sub tenore, si tenor sit in acutis; sed si tenor sit in gravibus, tunc contratenor debet habere tertiam supra tenorem vel octavam. Sed si discantus habeat tertiam, tunc contratenor potest habere tertiam vel octavam supra tenorem, si tenor sit in acutis; sed si sit in gravibus, tunc contratenor debet habere quintam supra tenorem vel sextam vel etiam octavam. Sed quum discantus est in unisono, tunc contratenor debet habere octavam vel quintam, etiam tertiam sub vel octavam supra, etc.

Sciendum quod volens facere contratenorem non debet facere duas octavas cum tenore ascendendo, nec descendendo, nec debet accipere proximas concordantias, sed accipiat secundum quod discantus requirit, ita quod contratenor concordat cum tenore et non semper cum discantu, quia bene potest fieri in contratenore contradiscantus . . . . . contratenor habeat quintam quum discantus habeat sextam, quia esset secunda, etc.

Notandum ulterius quod nec duodecima nec nona debent fieri contradiscantus, etc. Et notandum etiam quod supra notas tenoris non debemus numerare octo sicut in contrapuncto vel in discantu, sed simpliciter una, quia contratenor est ita gravis sicut tenor est, aliquando gravior.

Digitized by Google

Regula generalis. — Discantus bene potest habere duas quintas cum contratenore et hoc quum contratenor est supra tenorem et acutas.

Alia regula generalis. — Contratenor bene potest descendere cum tenore de specie imperfecta ad perfectam et similiter tenor cum contratenore. Et est sciendum quod contratenor in quantum est gravior tenore dicitur tenor.

SEQUUNTUR REGULE QUINQUE

nunc in forma per quas formari potest contratenor cujuslibet contrapuncti.

Prima regula.— Quum discantus habet octavam pro tenore et tenor est in gravibus, tunc contratenor potest habere tertiam, quintam, sextam, octavam, decimam, etc. Sed quum tenor est in acutis, tunc contratenor potest habere octavam, quintam, primam decimam sub tenore.

Secunda regula. — Quum discantus habet tertiam et tenor est in gravibus, tunc contratenor debet habere octavam, quintam et sextam. Sed quum tenor est in acutis, tunc contratenor potest habere octavam, tertiam decimam, aliquando sextam sub tenore.

Tertia regula. — Quum discantus habet quintam et tenor est in gravibus, tunc contratenor potest habere tertiam vel octavam supra. Sed si tenor est in acutis, tunc contratenor potest habere octavam et aliquando sextam sub tenore.

Quarta regula. — Quum discantus habet sextam et tenor est in gravibus, tunc contratenor potest habere octavam vel tertiam supra. Sed si tenor est in acutis, tunc potest habere octavam, quintam vel tertiam sub tenore.

Quinta regula. — Quum discantus habet unisonum et tenor est in gravibus, tunc contratenor potest habere tertiam, quintam, sextam, octavamdecimam. Sed quum tenor est in acutis, tunc contratenor potest habere octavam, quintam sub tenore, etc.

Alius scriptor : (Septem sunt consonantie per quas omnis melodia componitur, scilicet unisonus, semiditonus, ditonus, dyapente, tonus cum dyapente, semitonium cum dyapente et dyapason. Et dicitur dyapason a dya quod est de et pan, id est totum, et son, quod est sonus, quia continet in se omnes alias consonantias. Et he consonantie possunt reiterari juxta possibilitatem et habilitatem vocis. Similiter potest dici semiditonus supra dyapason, et hoc de aliis. Quarum consonantiarum tres dicuntur perfecte, sunt : unisonus dyapente et dyapason cum earum reiterationibus. Relique dicuntur imperfecte, sunt : semiditonus, ditonus, semitonium cum dyapente et tonus cum dyapente cum earum reiterationibus.)

Rarissime.	*e e*	extra manum	ad perficiendum tertium cantum ♮ duralem.
Duplicate seu excellentes.	*d d*		
	c c	septimum semitonium.	
	b b		
	a a	sextum semitonium.	

Sub imis est numerus sonorus vel numerus contractus ad sonum. Propria est consonantia de cantu ♮ durali quoad principium et finem.

Notandum quod toni autenti in suas claves finales possunt descendere ad proximam, id est ad secundam, ascendere vero ad octavam. Et hoc habent ex naturali cursu.

Ut primus tonus qui finitur regulariter in D *sol re*, hic potest in principio sui cantus in medio vel in fine ex natura sua descendere ad C *fa ut*, et ascendere et octavam sue finalis videlicet D *la sol re*, quando vero finitur in A *la mi re;* hoc idem intellige.

Digitized by Google

Barius.	*g*		Et hoc idem intellige de singulis tonis autentis quoad suas claves in ascensu et descensu. Præter quod quintus tonus qui propter semitonia imperfectionem raro requirit ultimam suam vocem finalem, id est F *fa ut*, unam vocem scilicet plures ex licentia aut nullam; ex lascivia enim sua in F finalem suam sepius descendit ad quartam, ut patet in alleluya « Sponsa Christi speciosa Margareta » et in responsorio « Benedic domine domum istam » et aliis quampluribus cantibus.
Superacute.	*f*		
	e	quintum semitonium.	
	d		
	c		Plagales vero toni infra claves finales regulariter et naturaliter possunt descendere dyatessaron, ascendere vero ad dyapente ut secundus tonus finitur in D *sol re*.
Affinales vel acute.	*b*	quartum semitonium.	
			Hic potest regulariter seu naturaliter descendere ad A *re* et ex licentia ad Γ grecum, ascendere vero ad A *la mi re*.
Communiter.	A	tertium semitonium.	
	G		Duntaxat et quandoque in *c sol fa ut* licet raro, quum cantus in F in manu non potest rite neumari.
	F		
F finales.	E	secundum semitonium.	Tertii et quarti et quandoque in *b fa*, in ♮ *mi*, licet raro per cantum durum.
	D		Primi et secundi et quandoque in A *la mi re* per cantum ♮ durum.
	C		Notandum quod tam autenti quam plagales, quamvis habeant naturalem cursum, ut supra dictum est, ibi permittitur tamen ex licentia ut quilibet ipsorum adhuc infra se et supra se assumat vocem, et ex lascivia interdum duas voces ita quod primus descendere queat ad ♮ *mi* et ascendere ad E *la mi*.
Graves.	B	primum semitonium.	
	A		
Raro.	Γ		Et secundus ex licentia ad Γ grecum descendere et ad *b fa b mi*, ascendere.

Notandum quod plura responsoria permixtos habent tonos scilicet quintum et sextum qui tamen frequenter quinto tono attrahuntur. In quibus frequenter fit descensus in F finalem ad quartam, ut patet in illo responsorio: « Accipit Simeon » et « Suscipiens Jhesum in ulnas suas », et tamen hec responsoria habent principia sexti toni, quia incipiunt in D *sol re*. Idem intellige de aliis tonis. Et de primo tono sume exemplum in antiphona « Salve regina », que secundum plures descendit ad A *re*. Et in responsorio « Filie N. S. » quod scilicet transit ad A *re*. Et idem est in antiphona: « Ecce tu pulchra es ».

Imparitus que novem scandit bassatur ad unam;
Sex paritas scandit, descendit quatuor ymas.
Hisque manu leva solet modoque locari
Pitagoras grecus ex fabrica componit illas.
Tu qui solfabis tres cantus esse notabis
G dat ♮ durum C naturalem F que *b* mollen
In C naturalem *f b* mollem *g* que ♮ durum
E finit ♮ durum D mollem A naturalem
Singula prescripta manus monstrat hic tibi picta.

Ista autem omnia signa scripta in figura cantari per diminutionem, quamvis capacitas humane vocis nequeat apprehendere, et hoc artificialiter. Sed diminutio sic habet fieri: maxima posita, longa cantatur; que posita, brevis canitur; ea posita, semi-

Digitized by Google

brevis cantatur ; qualis autem si ponitur minima profertur; que posita, semiminima habet cantari, ut patet in exemplo illo :







Digitized by Google



Etiam illud signum diminutionis equivalet huic . Similiter illud huic secundum modernissimos cantores.

2) Signum diminutionis cantus primi diminuti vel alio nomine signum diminute diminutionis.

2) Signum positum post aliquam proportionem representans oppositum proportionis.

Signum majoris prolationis temporis perfecti

— — — — imperfecti

— — — — per semi

— — — temporis imperfecti
— per semi

— brevioris — temporis perfecti

— — — — perfecti per semi

— minoris — — imperfecti

— — — — imperfecti per semi

Omnis cantus aut est:

- majoris
  - perfecti
    - simplex .....
    - per diminutionem.
  - imperfecti
    - simplex .....
    - per diminutionem.
- brevioris
  - perfecti
    - simplex .....
    - per diminutionem.
  - imperfecti
    - simplex .....
    - per diminutionem.

Et etiam modus est duplex, aut est perfectus aut imperfectus.

SEQUITUR DE NATURIS CONJUNCTARUM.

(Qui tractatus jam pag. 426 scriptus fuit cum lectione variante ibidem adnotata. Postea in codice sequentia absque titulo scripta sunt.)



Digitized by Google



Notandum quod secundum musicam duplices sunt modi, scilicet principales et minus principales. Item minus principales sunt hi, scilicet: cisma, coma, dyacisma, dieseos, et apothome. Item cisma est modus continens medium gradum; distat, *re* ab *ut* novem gradibus. Sed coma est modus continens unum gradum. Sed dyacisma est modus continens duos gradus. Dieseos est modus continens quatuor gradus, qui dicitur semitonium minus. Sed apothome est modus continens quinque gradus, et ille modus dicitur semitonium majus.

Sed modi principales sunt duplices, simplices scilicet et compositi. Simplices sunt tredecim, scilicet: unisonus, semitonium, tonus, semiditonus, ditonus, tritonus, dyatessaron, dyapente, semitonium cum dyapente, exacordum, semitonium cum exacordo, eptacordum et dyapason.

Unisonus est sonus concordans in eodem gradu, scilicet comate.

Semitonium perfectum continet quatuor gradus cum medio.

Tonus continet novem gradus.

Semiditonus continet tonum cum medio id est cum semitonio.

Tritonus continet tres tonos.

Dyatessaron continet duos tonos cum medio.

Dyapente continet tres tonos cum medio.

Semitonium cum dyapente continet quatuor tonos.

Exacordum continet quatuor tonos cum medio.

Semitonium cum exacordo continet quinque tonos.

Eptacordum continet quinque tonos cum medio.

Dyapason continet sex tonos id est quatuor gradus.

Sed modi principales compositi sunt infiniti, scilicet semitonium cum dyapason, tonus cum dyapason, dyapente cum dyapason, etc. Sunt autem modi principales simplices solum 12 usitati,

Digitized by Google

ad excludendum tritonum qui est vitium in musica, etc. Diversorum :

Primus habet sub se species sicut lego quinque
Alter habet nullam, tertius subdat sibi trina
Quatuor et quartus unam quintus quoque sextus,
Septimo bis binas, octovoque tot superaddas
Bis duo principia dat primus totque secundus
A *c d* jungas *f a*, sed in his variabis.
A medium primus A grossum datque secundus,
Γ *ut* ac E *la mi* cantum dat raro secundi,
Rarius hinc E *la mi* cantum promat tibi primi,
Sepius E *g c* dat ternus rarius F que
Ordine *c d e f g* quarto dabo quinque.
A medium que tono raro quarto sociabo.
F dat principium quinto simul ac acutum
G raroque tono poteris conjungere quinto,
C dat principia dat et F, sextus tibi trina.
G simul *a b c d* vult septimus associare.
C *d e f g* dabit ultimus addit *a c d*.
Raro principia reperis communia plura.

(Aliquando secundus tonus malit incipi in E gravi ut (in) antiphona « Ecce Maria » que secundum alios incipitur in F *fa ut*.)

Primus	C	. . . . .	Ductus est Jesus.
	D	gravia . .	Ecce nomen Domini.
	F	. . . . .	Volo pater.
	E	inusitatum	Ego te tuli. Responsorium.
	a	acutum . .	Salve regina.
Secundus	A	. . . . .	Ad te domine levavi. Offertoriun
	C	gravia . .	Nonne cor nostrum.
	D		Ecce nubibus cœli.
	F	. . . . .	Quem vidistis. — Antiphona.
	Γ	raro . . .	Educ de carcere.
Tertius	E	graves . .	Qui natus est.
	G		Fac benigne. — Antiphona.
	c	acutum . .	Vivo ego.
	f	raro . . .	Nunc scio vere. — Introitus.
Quartus	*c*	. . . . .	Bethlehem. — Antiphona.
	d	. . . . .	Benedicta tu. »
	e	. . . . .	Fidelia. »
	f	. . . . .	Scientes quia. »
	g	. . . . .	O mors. »
Quintus	*a*	. . . . .	Fons hortorum. — Antiphona.
	c	. . . . .	Elevavimus. »
	f	. . . . .	Alma redemptoris. »
	g	raro . . .	Non vos relinquam. — Communio.
Sextus	*c*	. . . . .	Alta vox celi.
	d	. . . . .	Si ego verus. — Antiphona.
	f	. . . . .	Non turbetur. »
Septimus	G	grave. . .	Assumpta est. — Antiphona.
	a	. . . . .	Tempore preibit. »
	b	acutas . .	Constitues. »
	c		Scio quod illum. »
	d	. . . . .	Sit nomen. »
	C	. . . . .	Stabunt justi. — Antiphona.
	D	. . . . .	Dixit dominus non time. »
	E	graves . .	Ydra est. »
	F	. . . . .	Magi videntes. »
	G	. . . . .	Dum ortus. »
	a	. . . . .	Scitote. »
	c	acutas . .	In ecclesia. »
	d	. . . . .	Unde va. »

SEQUITUR HIC ALIQUA DECLARATIO ATQUE DENOMINATIO.

Cum realibus exemplis omnium proportionum musicalium quas in eodem poni licet, pro quo notandum quod octo sunt proportiones musicales cantus mensuralis, quarum prima vocatur dupla, secunda tripla, tertia quadrupla, quarta sesquialtera, quinta sesquitertia, sexta sesquiquarta, septima superbipartiens, octava sesquioctava. Quarum octo proportionum musicalium proprie denominationis clare in ordine prescribuntur et plures in cantu mensurali non ponuntur. Non

Digitized by Google

obstante quando plures proportiones geometrice sunt quarum denominationes tredecim non scribuntur, nec in cantu mensurali ponuntur, nec poni licet, ratione difficultatis modulationis videlicet quintupla, sextupla, septupla. Sed hec clara declaratio atque musicale exemplum proportionis duple. Pro quo sciendum : proportio dupla ex prescriptis in ordine prima habet fieri, quum major numerus continet breviorem bis, aut sic quum due contra unam proferuntur, aut sic quum major numerus duplicat breviorem, ut in exemplo due ad unam aut quatuor ad duo et cetera, sic intelligendo hanc proportionem ad sensum musicalem.

Proportio dupla est quum in cantu mensurali due similes note contra similem proferuntur ut due minime contra unam minimam vel quatuor contra duas, etc. Et hoc de singulis notis intelligendum est, scilicet de semibrevibus ad semibrevem, de brevibus ad brevem, aut longis ad longam, aut maximis ad maximam, aut sic intelligendo.

Proportio dupla est quum bis valor alicujus note vel notarum contra notam seu notas componitur sive profertur. Et dicitur hec proportio dupla a duplo, as, are, id est numerus numerum bis continere. Quia fit quum numerus major breviorem duplicat, aliquando major numerus notarum duplus est ad breviorem notarum quando profertur. Et huic proportioni preponitur tale signum, videlicet binarius numerus algoristice positus, ut hic in exemplo : 2 .

Secunda proportio musicalis vocatur tripla et habet fieri quum major numerus ter breviorem continet; aut sic quum major numerus breviorem triplicat; aut sic quum tres contra una proferuntur aut sex contra duo vel 12 contra 4, etc. Sic intelligendo hanc proportionem triplam : musicaliter proportio tripla est quum in cantu mensurali tres similes note contra similem ponuntur, ut tres minime ad minimam, aut sex ad 2, aut 9 ad 3, etc. Et hoc communiter de singulis notis ad singulas notas, videlicet semibrevibus ad semibrevem, aut brevibus ad brevem, etc. Et dicitur a verbo triplo, as, are, id est numerus numerum ter continere. Aut sic numerus major breviorem triplicat et ei preponitur tale signum videlicet ternarius numerus algoristice positus, ut hic est in exemplo : 3 contra .

Tertia proportio musicalis quadrupla dicitur et habet fieri quum major numerus quater breviorem continet; aut sic quum major numerus breviorem quadruplicat; aut sic cum quatuor contra unam componuntur; aut octo contra duos, vel 12 contra 3, vel 16 contra 4. Sic intelligendo hanc proportionem ad sensum musicalem, tunc fit quum in cantu mensurali quatuor similes note contra similem proferuntur ut 4 minime ad minimam, aut 8 ad duo et cetera. Et hoc de singulis notis intelligendum est, scilicet semibrevibus ad semibrevem, etc. Et dicitur quadrupla a quadruplo, as, are, id est unum numerum alteri quater contineri. Et huic proportioni preponitur tale signum videlicet quaternarius algoristice positus, ut hic : 4, ut in exemplo.

Quarta proportio musicalis sesquialtera vocatur. Et habet fieri quum major numerus breviorem continet et alteram partem, id est mediam, ut tria ad duo vel 6 ad 4, vel 9 ad 6, etc. Sed sic intelligendo hanc proportionem ad sensum musicalem. Ipsa fieri habet quum in cantu mensurali 3 minime contra duo proferuntur, aut 6 ad 4, etc., et hoc de singulis ad singulas notas, ut patet. Et dicitur sesquialtera a sesqui, quod est totum, et altera, quia continet totum et alteram ejus partem. Et huic preponitur tale signum videlicet binarius algoristice positus inferius et ternarius etiam algoristice positus superius, ut hic : $\frac{3}{2}$. Sequitur exemplum reale contra .

Digitized by Google

Quinta proportio musicalis sesquitertia vocatur, et habet fieri quum major numerus breviorem continet et ejus tertiam partem, ut 4 ad 3, 8 ad 6, 12 ad 9, etc. Sic intelligendo hanc proportionem ad sensum musicalem : proportio sesquitertia est quum in cantu mensurali quatuor minime contra tres ponuntur, aut octo contra sex, etc., et hoc de notis ut supra. Et dicitur a sesqui, quod est totum, et tertie, quia continens totum et tertiam ejus partem. Et huic preponitur tale signum videlicet semicirculus reversus absque puncto aut tractu, ut sic : ; sequitur exemplum :  contra .

(Omne tamen... perfecte est, regula MURIS. Item sub uno colore secundum opinionem aliquorum non debent sequi plures proportiones.)

Sexta proportio musicalis sesquiquarta vocatur, et habet fieri quum major numerus breviorem continet et ejus quartam partem ut 5 ad 4, 10 ad 8, etc. Sic intelligitur hanc proportionem musicaliter : proportio sesquiquarta est quum in cantu mensurali quinque minime contra 4 componuntur vel 10 ad 8. Et hoc de similibus notis. Et dicitur a sesqui, quod est totum, etc. Et huic preponitur hoc signum videlicet quaternarius numerus atque quinarius algoristice positi quinario supra et quaternario infra, ut hic : $\frac{5}{4}$, aut semicirculus reversus cum puncto, ut hic: et sequuntur exempla : contra .

Septima proportio vocatur superbipartiens. Et habet fieri quum major numerus continet minorem et ejus duas partes ut 5 ad 3, similiter 10 ad 6. Sic intelligendo hanc proportionem : superbipartiens est quum in cantu mensurali quinque minime contra tres componuntur aut 10 contra 6 et hoc de similibus notis ut supra. Et dicitur a supra et partiens, quia continens totum et duas partes totius et huic proportioni preponitur tale signum videlicet semicirculus reversus cum tractu per medium versus dextram, ut hic : per quod signum tàlis proportio cognoscitur cujus proportionis declaratio; exemplum:  contra .

Octava proportio musicalis sesquioctava vocatur. Et habet fieri quum (major) numerus continet breviorem et ejus octavam partem ut 9 ad 8 similiter 18 ad 16, etc. Sic intelligendo hanc proportionem musicaliter, habet fieri quum in cantu mensurali novem minime contra octo proferuntur, vel 18 contra 16 et hoc de singulis notis ut supra. Et dicitur a sesqui, id est totum, et octava quia continens totum et octavam ejus partem et huic preponitur duplex signum, primum videlicet novenarius et octogenarius algoristice positi, novenario supra et octonario infra; secundum signum est circulus cum duobus punctis, exemplum primi $\frac{9}{8}$; exemplum secundi , sequitur exemplum  contra  .

Sequitur hic aliqua specialis determinatio aliquarum proportionum ex his octo prescriptis. Ubi notandum quod plures proportiones ex his octo prescriptis ponuntur aliquando absque additione alicujus signi proprii proportionis, scilicet his sequentibus in figura :

Signa proportionum.

Duple.	2	Sesquitertie. .	
Triple	3	Sesquiquarte .	
Quadruple . .	4	Superbipartientis	
Sesquialtere .	$\frac{3}{2}$	Sesquioctave .	$\frac{9}{8}$

Digitized by Google

Quorum prescriptorum signorum quodlibet proprium signum est proportionis, cujus terminus seu denominatio autem taliter signatur et sunt videlicet dupla et raro tripla. Iste proportiones, ut prescribitur, absque additione propriorum signorum prenominatorum poni possunt et cognosci. Sed valde raro recte ita ponuntur absque signis. Quando autem decerni valeant absque signis illis prohibitis, de hoc dantur alique regule.

Prima regula est de proportione dupla quod totiens quotiens in aliquo cantu ponuntur ad invicem duc minime colore variate absque pluribus, pro proportione dupla computantur id est due contra unam. Et si quatuor minime fuerint variate simili modo computantur, nisi aliquod signum speciale fuerit positum.

Alia regula de eadem est totiens quotiens due semibreves colore variate ad invicem ponuntur absque pluribus, quatuor semibreves pro proportione dupla habeantur nisi aliquod signum speciale contrarie proportionis ponitur; simili modo si octo fuerint colore variate, proportionis duple habeantur. Et sic est finis.

Notandum quotienscunque in primo et secundo tonis non tangimus *c* acutum semper *b* cantare debemus. Sed cum contingit scandere de *a* medio in *c sol fa ut*, tunc mutatur per ♮. Sed statim dimittimus, ita quod unum de *b* molli et unum de ♮ quadrato accipimus. Illo tamen considerato quod quintus tonus regulariter per *b* canitur seu proprie, irregulariter autem per ♮. Et etiam octavus tonus proprie neumatur per ♮, minus proprie per *b* molle; etc[1].

Proportio est duorum terminorum vel duorum numerorum ad se invicem quidem comparatio.

Prima proportio potest esse epogdoi quod latine est sesquioctava, secundum Boetium. Et notandum quod proportio epogdoi est cum duobus numeris major numerus continet breviorum in se et octavam ejus partem quod est unum. Et dicitur epogdous grece, id est sesquioctava latine ab epi quod est supra, et egdo quod est octo, quia continens totum ejus octavam partem. Ex eo autem numero secundum musicam noscitur tonus.

Secunda proportio est epitrita latine dicta sesquitertia. Et est cum de duobus numeris major continet totum breviorem et insuper ejus tertiam partem ut sunt 4 ad 3, 8 ad 6. Et dicitur epitrita ab epi, quod est supra, et tritos quod est tres. Et ex ea nascitur symphonia que vocatur dyatessaron a dya quod est de, et tetra id est quatuor, quia de quatuor vocibus constituta, et continet in se duos tonos cum semitonio breviori.

Tertia proportio est emiolia latine sesquialtera. Et dicitur ab hemy et olii totum; quia continens totum et ejus mediam partem. Et ex hoc numero nascitur symphonia que dicitur dyapente. A dya quod est de, et penta quinque, quia de quinque vocibus constituta. Et continet in se tres tonos cum semitonio breviori.

Quarta proportio est dupla, et est quum major numerus continet minorem bis. Et ex eo generatur symphonia que dicitur dyapason a dya quod est de et pason quod est octo, quia de octo vocibus instituta. Et continet in se quinque tonos cum duobus semitoniis minoribus.

Quinta proportio dicitur tripla; quum numerus major continet ter breviorem, ut sunt tres ad unum, etc. Ex quo numero nascitur symphonia que dicitur dyapason cum dyapente.

Sexta proportio est quadrupla ut cum major numerus continet quater minorem, ut 4 ad 1, 8 ad 2. Ex quo numero nascitur symphonia que dicitur duplex dyapason; constat enim ex tot tonis ac semitoniis bis sicut dyapason similiter. Et hec sufficiant.

---

1 Quæ inter duos tractus, ibi posita sunt in codice.

Digitized by Google

Septima vocatur dupla superbipartiens seu dupla proportionis epitrite, quia habet cantari per semi proportionis epitrite, et continet 16 ad 6, sicut epitrite continet 8 ad 6. Et ejus signum est tale .

Octava et ultima sesquitertia in gravi superparticulari ut 9 ad 6. Et est subdupla proportionis triple, quia tripla habet 18 ad 6 et huic proportioni appropriatur tale signum $\frac{9}{6}$.

Sex sunt numeri proportionales secundum Macrobium qui ad efficiendam musicam conveniunt, scilicet : Epitritus, Emiolus, Duplaris, Triplaris, Quadruplaris, et Epogdous. Epitritus secundum Boetium dicitur sexquitertius, Emiolus dicitur sexquialtera, etc. Epogdous dicitur sexquioctavus.

XXXIX

ANONYMI XII

TRACTATUS DE MUSICA

COMPENDIUM CANTUS FIGURATI.

Quoniam per magis noti notitiam ad ignoti facilius devenitur notitiam tamquam per medium ad rei veritatem nos deducemus : idcirco tibi in hujus opusculi compendio largiturus sum musice cantus figurati traditionem, subdividendo in quindecim capitula.

In primo capitulo aliqua generalia sufficienter tibi tradam. In secundo capitulo, de numerorum speciebus. In tertio, de modo. In quarto, de tempore. In quinto, de prolatione. In sexto, de pausis. In septimo, de imperfectione. In octavo, de punctis. In nono, de perfectione. In decimo, de signis. In undecimo, de syncopatione. In duodecimo, de alteratione. In tredecimo, de duplicatione. In quartodecimo, de ligaturis. In quindecimo et ultra, de proportionibus communiter usitatis.

Capitulum primum.

Est quomodo musica diffiniatur. Diffinitur ergo sic : Musica est scientia liberalis modum cantandi artificialiter administrans ; vel sic secundum philosophum Pythagorum : Armonia est ratio numerorum in acuto vel gravi. Vel sic : Musica est scientia docens de vocibus et vocum proportionibus. Sed Ysidorus, quarto ethymologicarum, sic etiam diffinit : musica est peritia modulationis in discreto sono cantuque consistens. Et dividitur in mensuralem et immensurabilem. De immensurabili proponenti obmittitur. Sed musica mensuralis sive figurata sic diffinitur : Est artium domina, modo mirabili proportionata, visui amabilis, auditui delectabilis, avaros amplificans, tristes letificans, languidos confortans, dormientes evigilans, vigilantes insomnians, invidos confundens, nutriens amorem, honorificans possessorem, finem debitam erit assecuta, finaliter ad laudem Dei est instituta.

Hec quidem ipsa mensuralis musica operatur. Dicitur enim musica a mois grece, et aqua latine, et ycos scientia, quia scientia juxta aquam in-

Digitized by Google

venta. Quia Pytgagoras ambulans pro solatio invenit fabricam circa aquam ex cujus reflectione malleorum soni fabricate fuerant diverse consonantie, et sic ipse motus fuit ad compositionem hujus artis. Est tamen alia opinio aliquorum dicentium ipsam musicam esse inventam a quodam de stipite Cain, nomine Tubal qui erat filius Lamech, ut patet Genesis capitulo quinto, ubi ipsum Tubal primum musicorum appellat; et post inventionem musice audiens Adam prophetasse duo futura mundi diluvia unum aquarum aliud igneum, duplicibus columnis artem musicalem inscripsit in marmore ne per diluvium aquarum periret, et in lateribus ne incendio periret, quas duas columnas narrant in terra Syrie hucusque permansisse.

Est autem tertia opinio aliquorum dicentium ipsam musicam fore inventam per Amphionem. Quarta opinio fuit illorum dicentium ipsam musicam esse repertam per Orpheum, quem philosophi dicunt armonias celorum motibus originaliter accepisse, dicentium : quia ratione confricationis corporum celestium consurgat maxima melodia. Greci tamen asserunt Pythagoram philosophum musice scientie inventorem, ut prima opinio dixit. Audiens enim sonorum disparitatem et melodiam in sonis malleorum, conclusit hoc peramplius humana voce fieri.

Cui prime opinioni Macrobius philosophus concordat, similiter et Boetius qui hanc artem de greco in latinum transtulit. Hujus itaque musice artis notitia quam utilis, quam delectabilis, quam necessaria existat tam apud modernos quam veteres multorum scripta doctorum patescunt. Sed pro speciali ejus recommendatione probatur necessaria utilis ac delectabilis de quibus per ordinem tibi dicam.

Primo probatur necessaria, quia illa scientia videtur esse necessaria sine qua clericus laudes Dei congruenter et debite cantando pronuntiare non potest. Principalis scientia est hujus modi ergo, etc. Breve beati AUGUSTINI dicentis de vita et honestate clericorum : « Sacerdos gerens curam animarum tenetur quatuor scire in ecclesia Dei scilicet greca ut que quis legerit, intelligat; secundo, jus canonicum ut causas in confessione evenientes debite exponat; tertio, calendas ut festa mobilia et hujusmodi que occurrunt in ecclesia populo catholico debite pronunciat; quarto, musicam, ut cantum in divinis officiis a sanctis patribus scilicet Gregorio, Ambrosio, Bonifacio, et ab aliis institutum debita promat armonia. De quorum numerorum tribus primis premissis, de quarto ibi dicitur scilicet musica que est necessaria ad laudes Dei in ecclesia decantandas, quia propter dulcedinem cantuum populus Christianus magis ad devotionem excitatur.

Secundo quod si utilis patet quia de ea tanguntur hec verba : Hec illa liberalium excellentissima que ceteris artibus derelictis sola volat ad tribunal Dei ubi canunt Angeli et Archangeli canticum novum. Hoc idem confirmat David dicens : Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit. Idem attestatur in quadam antiphona de omnibus sanctis : « In civitate Dei, ibi sonant jugiter carmina sanctorum, cum Angeli et Archangeli « Hymnum Deo decantant, ante thronum Dei alleluia, alleluia ».

Tertio quod sit delectabilis quia de ea dicitur : Hec est illa nobilissima scientia cum qua sancti in devotionibus suis se occupant, peccatores veniam petunt, tristes consolantur et pugnantes animosiores fiunt, ut patet de clangore tube vel aliorum instrumentorum musicalium, quia de quanto clangor tube fit velotior, de tanto animus erit crudelior ad bellandum. Et hec modulatio vocis animum mollem confortat et omnem singulorum fatigationem consolatur. Quod etiam tangit Aristoteles septimo politicorum prorumpens in hec verba : Animalia naturaliter delectantur in musicis instrumentis. Item melodia iratos et aliis

Digitized by Google

passionibus occupatos sepe alleniat, ipsos letos faciens, ut patet per Aristotelem in eodem. Item spiritu maligno vexati in sono musicalium instrumentorum lenius se habent, ut legitur primo regum : quod quando spiritus malignus arripuit Saul regem, tulit David citharam percutiens, et sic refocillabatur spiritus Saul et melius se habebat. Item aves, tanquam cantum percipientes incessanter canunt laudantes Deum, cantores sunt. Quare et nos homines rationales cantare et laudare debemus juxta dictum Davidis psalmo quindecimo : Laudent nomen ejus in choro in tympano et psalterio, ubi tangit novem genera instrumentorum musicalium. Dominus igitur si laudatur et glorificatur hic in terris a nobis, glorificabit nos pater ejus qui in celis est, ut ait Dominus in evangelio : quicumque honorificat me, honorificabit eum et pater meus qui in celis est. Sic itaque audisti quod musica sit necessaria et delectabilis.

Capitulum secundum.

De notarum speciebus sunt quinque, scilicet maxima, longa, brevis, semibrevis, minima. Sunt autem alie tres note que proprie de speciebus non reputantur, sunt : semiminima, fusa, et semifusa, quia ad minimam reducuntur. Et hoc est verum, quum minime proportionantur ut patebit in quintodecimum capitulo. Ad cognoscendum autem illas species octo dantur regule. Prima regula : Omnis nota quadrangularis habens filum dictum in latere ex sua dextra parte sursum aut deorsum, si ejusdem note longitudo tritat latitudinem, id est si ejus longitudo in proportione ter tritat latidunem, illa nota semper est maxima :  . Et dicitur ex speciebus maxima quia omnibus aliis notis sive speciebus major et prolongando in modulando.

Secunda regula.— Omnis nota quadrata habens filum ductum ex parte dextra sursum aut deorsum si ejusdem note longitudo et latitudo in proportione equales sunt, semper (longa) est. Exemplum : , et dicitur hec nota longa quia sequentibus major et precedentibus brevior.

Tertia regula. — Omnis nota quadrata nullum filum habens brevis est, exemplum : ▫. Et dicitur brevis est maxima et longa.

Quarta regula. — Omnis nota ad modum ovi formata in medio spissa inferius et superius acuta, nullum habens filum, semibrevis est. Exemplum : ◊, et dicitur semibrevis quia brevior est brevi.

Quinta regula. — Omnis nota in corpore formata ut semibrevis habens filum ductum sursum aut deorsum minima est, exemplum : , et dicitur minima, quia omnibus superioribus notis est minor.

Sexta regula. — Omnis nota in toto formata ut minima colore variata semiminima est. Exemplum : , vero colore non variata, sed habens uncum datum deorsum in dextra parte, simili modo semiminima est, ut hic : .

Septima regula.— Omnis nota formata in toto, ut minima colore variata habens uncum datum deorsum in dextra parte *fusa* dicitur latine, sed gallice dicitur *fusiel*, ut hic : , vel colore non variata, sed habens duos uncos ductos in dextra parte simili modo *fusa* dicitur latine.

Octava regula.— Omnis nota formata in toto, ut minima colore variata habens duos uncos deductos deorsum in dextra parte semifusa est; vel colore non variata, sed habens duos uncos deorsum in dextra parte et habens filum ductum

Digitized by Google

deorsum et uncum sursum in sinistra parte simili modo semifusa est, ut hic : .

Superadditur tibi nona regula, que talis est : Omnis formata ad modum ligonis non habentis manubrium, ut hic : , vel habentis manubrium : , vel formata ad modum soccularis, ut hic : , dupla dicitur et hoc ideo : quia duas species in se continet. Illa enim que sic formatur : , continet longam et brevem. Sed illa : , continet brevem et brevem. Sed illa : , semibrevem et semibrevem. Et illud erit indicium, si se tendit in altum, ut hic : et licet longa imperfecta etiam continet duas breves, similiter imperfecta duas semibreves, hoc tamen solum fit in unisono. Sed nota dupla nunquam facit unisonum respectu principii et finis ejus, sed semper tonum vel semitonium vel ditonum et ceteros modos musice, quare dupla dicitur et non aliter; secundum tamen plures musicos dicitur oblonga et hoc propter figurationem ejus et hec species solummodo ad ejus figurationem dicitur species, quia comprehenditur sub aliis, ut dictum est.

Capitulum tertium.

De modo ; ubi sciendum quod multis modis sumitur modus, scilicet moraliter, ut cum dicitur modus est pulcherrima virtus; similiter localiter, ut modus est adjacens rei determinatio. De quibus non est ad propositum. Sed ut hic sumitur, est coordinatio seu dispositio figurarum varios effectus animi in cantando demonstrans. Et est duplex scilicet major et brevior. Modus major tenet se in ordine ad maximas et habetur duplex, scilicet perfectus et imperfectus. Modus major perfectus est coordinatio longarum figurarum per ternarium numerum, ut hic :  . Modus autem major imperfectus est coordinatio longarum figurarum per binarium numerum computata : . Sed modus brevior tenet se in ordine ad longas, et etiam est duplex scilicet perfectus et imperfectus. Modus brevior perfectus est coordinatio brevium figurarum per ternarium numerum computata :  . Modus minor imperfectus coordinatio brevium figurarum per binarium numerum computata, ut hic : . Ubi advertendum est quod modus brevior perfectus rarus nobis est. Modus autem major perfectus rarissimus est et ideo cognomine titulares modi cognosci habeant relinquitur. De eis autem potest haberi cognitio que duplex est, scilicet a priori et est quum alicui cantui preponitur signum speciale de quibus latius dicetur in capitulo de signis. Alia cognitio habetur a posteriori et est quum aliqua certa signa per processum cantus reperiuntur ; primo igitur modus brevior perfectus major cognosci habent quum in eorum tenore (pausa) reperitur tria tegens spatia; secundo, quum in ligatura vel extra ligaturam brevis ad longam ordinatur vel valor brevis ; tertio, quum valor brevis scilicet pausa ordinatur cum longa vel tres semibreves ; quarto, quum tres breves vel valor trium brevium simul ordinatur, vel brevis cum pausa duorum temporum simul ordinatur; quinto, quum longa cum pausa tegente unum spatium simul ordinatur ; sexto, quum due breves inter se punctum habentes ponuntur inter duas longas; septimo, quum longa sequens longam habet punctum. Exempla patent per ordinem :



Exempli secundi. tertii. quarti.

Digitized by Google

Sed si illa hic posita non reperiuntur in aliquo cantu, tunc talis cantus de modo majori et minori imperfecto; et hec de modo sufficiant.

Capitulum quartum.

Est de tempore. Ubi notandum : quodlibet tempus secundum Aristotelem dicitur mensura; secundum priores et posteriores tamen musicos tempus est mensura vocis prolate vel obmisse sub uno motu continuo. Et est duplex scilicet majus et minus. Tempus majus est duplex, scilicet perfectum et imperfectum. Tempus majus perfectum est cum brevis valet (tres) semibreves quarum quelibet tres minimas, ut hic : . Tempus majus imperfectum est quum brevis valet duas semibreves quarum quelibet valet tres minimas, ut hic :  . Sed tempus minus etiam est duplex scilicet perfectum et imperfectum. Tempus minus perfectum dicitur quum brevis valet duas semibreves quarum quelibet valet duas minimas :  . Considerandum primum : novem minime faciunt tempus majus perfectum. Considerandum secundum : sex minime faciunt tempus majus imperfectum vel tempus minus perfectum. Considerandum tertium : quatuor minime faciunt tempus minus imperfectum.

Ulterius sciendum quod cognitio temporis perfecti dupliciter potest haberi uno modo a priori et hoc per signum quod cantui preponitur; alio modo a posteriori. Et hoc contingit octo modis. Primo, quum due pause semibreves trahuntur deorsum a superiori linea per medium spatii; secundo, quum tres semibreves similiter ordinantur immediate, vel sex, vel novem, etc.; tertio, quum brevis invenitur cum semibrevi ad eam pertinente vel quum pausa semibrevis pertinet ad brevem; quarto, quum pausa minima vel semibrevis in majori prolatione imperficiunt brevem; quinto, quum in majore prolatione tres minime disponuntur cum tribus semibrevibus quas imperficiunt; sexto, quum in majore prolatione reperiuntur due semibreves cum minima altera semibrevi habente punctum perfectionis; septimo, quum reperiuntur due breves habentes inter se duas semibreves cum puncto; octavo, quum cum semibrevi ordinantur due minime vel equivalentes et pausa semibrevis. Exempla patent etc. :

Sed si illa signa hic posita non reperiuntur in aliquo cantu, tunc talis cantus est de tempore perfecto tam majori quam breviori; et hec brevia de tempore sufficiant.

Capitulum quintum.

Est de prolatione. Ubi sciendum quod prolatio secundum musicum est cognitio semibrevibus minimisque figuris mensurati. Et est duplex scilicet major et minor. Prolatio major est duplex scilicet perfecta et imperfecta. Prolatio major perfecta est quum semibrevis valet tres minimas quarum quelibet valet alias tres minimas facientes proportionem duplam, ut hic :  . Prolatio major imperfecta est, quum semibrevis valet tres minimas quarum quelibet valet duas minimas constituentes proportionem duplam, ut

Digitized by Google

hic : ♦ 𝌆, 𝄽 2 𝌆. Sed prolatio minor etiam est duplex scilicet perfecta et imperfecta. Prolatio minor perfecta est quum semibrevis valet duas minimas quarum quelibet valet tres minimas constituentes proportionem triplem, ut hic : ♦ 𝌆, 𝄽 3 𝌆. Prolatio minor imperfecta est quum semibrevis valet duas minimas, quarum quelibet valet duas alias minimas facientes proportionem duplam, ut hic : ♦ 𝌆, 𝄽 2 𝌆.

Ulterius sciendum quod cognitio prolationis majoris dupliciter potest haberi, uno modo a priori et hoc per signum quod cantui preponitur ; alio modo a posteriori. Et hoc contingit octo modis. Primo, quum pause duarum minimarum ordinantur immediate cum una minima ; secundo, quum una semibrevis immediate ponitur cum pausa minima ; tertio, quum tres minime similiter ordinantur immediate ; quarto, quum brevis ponitur inter duas minimas eam imperficientes ; quinto, quum due minime ponuntur inter duas semibreves habentes inter se punctum divisionis ; sexto, quum pause minimarum habent inter se minimam ; septimo, quum tres semibreves cum tribus minimis mixti ordinantur ; octavo, quum due pause minimarum ponuntur inter duas semibreves inter quas pausas mediat punctus. Exempla horum habentur per ordinem :



Primi. secundi. tertii. quarti. quinti.



sexti. septimi. octavi.

Si illa signa hic posita reperiuntur in aliquo cantu, tunc talis cantus est minoris prolationis.

Ulterius notandum quod modus tempus et prolatio de quibus dictum est, dicuntur gradus speciales artis musice per quos ascenditur tamquam per magis principalia ; secundo, notandum quod secundum Boetium omne ternarium dicitur perfectum in musica ; tertio, advertendum quod valor omnium notarum habebitur in hac tabula etc. (Hic non est defectus).

Sextum capitulum.

Est de pausis. Ubi sciendum : Pausa secundum musicum sic diffinitur : est obmissio vocis in quantitate debita alicujus modi facta. Ad cognoscendum autem pausas septem dantur regule. Prima pausa omnia tegens spatia dicitur pausa generalis ubi tam tenor quam discantus et alie voces similiter pausant. Secunda regula : Omnis pausa tria tegens spatia tria valet tempora et hoc communiter in modo perfecto. Tertia regula : Omnis pausa duo tegens spatia duo valet tempora et talis communiter ponitur in modo imperfecto. Quarta regula : Omnis pausa unum tegens spatium unum valet tempus. Quinta regula : Omnis pausa a linea descendens ad medium spatii valet unam semibrevem ; sexta regula : Omnis pausa a linea ascendens ad medietatem spatii valet unam minimam et dicitur suspirium quod suspirando pausatur. Septima regula : Omnis pausa cum unco a descendens et medietatem spatii valet unam semiminimam et talis pausa dicitur acheta (sic). Potest tamen superaddi octava regula que talis est : Omnis nota fusa generat pausam ad ejus supplementum ascendentem a linea ad medietatem spatii duos uncos in dextra latere habentem. Sic etiam posset formari nona regula de pausa semifusa, quod non est necesse propter ejus difficultatem cantandi et harum rerum exempla habentur hic per ordinem etc. :

Digitized by Google



Primi. 2di 3tii 4ti 5ti 6ti 7mi

Ubi advertendum si plures pause simul ponuntur, tot quot ponuntur tot sunt pause sive ascendant sive descendant. Et hec de pausis sufficiant.

Capitulum septimum.

De imperfectione. Ubi sciendum, quod imperficere est unam notam perfectam imperfectam reddere. Ex qua diffinitione sequitur quod imperfectio solum causatur in illo quod est perfectum scilicet in modo perfecto, tempore perfecto et prolatione perfecta. Ratio quia illud quod perfectum est ulterius perfici non potest, sed bene imperfici. In modo itaque majori perfecto maxima potest imperfici a longa et hoc dupliciter vel a priori vel a posteriori. Exemplum primi: ; exemplum secundi: , in quibus exemplis maxima solum valet duas longas, id est sex tempora. Et hoc est verum si longe sunt perfecte. Si enim essent imperfecte, tunc maxima valet solum quatuor tempora. Secundo maxima imperficitur a brevi virtute longe et hoc tribus modis: Primo, a priori, ut hic: , ubi maxima solum valet quinque tempora; secundo, a posteriori: , ubi iterum maxima solum valet quinque tempora; tertio, imperficitur tam a priori quam a posteriori, ut hic: , ubi maxima solum valet quatuor tempora propter duas breves, et amplius non potest imperfici nec minui, saltem ratione longarum. Sed in modo minori perfecta longa imperfici potest a brevi et dupliciter vel a priori, ut hic: , vel a posteriori, ut hic: . In quibus exemplis longa solum valet duo tempora; secundo, longa imperficitur a semibrevi virtute brevis. Primo, a priori, ut hic: , ubi longa solum valet octo semibreves; secundo, a posteriori, ut hic: ubi longa etiam valet 8 semibreves; tertio, a priori et posteriori, ut hic: , ubi longa solum valet septem semibreves.

Et sciendum est quod imperfectio longarum per semibreves rara est, sed communior longa de modo imperfecto imperficitur non virtute sui, quia prius imperfecta est cum solum valet duo tempora; attamen virtute brevium in ea inclusarum imperfici potest a semibrevi tribus modi. Primo, a priori, ut hic: , ubi longa valet quinque semibreves; secundo, a posteriori, ut hic: , ubi longa iterum valet quinque semibreves; tertio, ante et post, ut hic: , ubi longa solum valet quatuor semibreves, id est duo tempora imperfecta.

Ulterius notandum quod in tempore perfecto brevis imperfici potest a semibrevi, et hoc dupliciter primo a priori, ut hic: , ubi iterum brevis valet duas semibreves. Sic etiam semibrevis in majori prolatione et breviori perfectis imperfici potest a minima et hoc dupliciter: primo a priori, ut hic: ; secundo, a posteriori, ut hic: et cetera. Et notandum quod capitulum de pausis precedit hoc presens capitulum, et hoc ea ratione quia sicut vera nota imperficitur ab alia, ita eadem nota imperfici potest a pausa valente talem notam veram; maxima imperfici habet a longa, sic imperfici a pausa valente unam longam scilicet que tria tegit spatia simi-

Digitized by Google

liter longa imperficitur a brevi, sic etiam longa imperficitur a pausa valente brevem et cetera. Ex quo ergo imperfectio habet fieri per pausas, quare capitulum de pausis merito precedit presens; et hec de imperfectione autem sufficiant.

Capitulum octavum.

De punctis. Ubi sciendum quod licet punctus in quantitate minimus sit, tamen in potestate maximus, ut videbitur. Et est triplex scilicet augmentationis et divisionis, augmentationis et divisionis simul. De natura triplicati puncti dantur tres regule : Prima regula quod punctus augmentationis figuram imperfectam de sui natura perficit, scilicet addendo sibi dimidietatem sui valoris seu augmentari facit. Unde ait Boetius: omne binarium per punctum augmentationis fit terminarium et talis punctus debet poni in medio corporis figure quam perficit exemplum, ut hic : . Secunda regula quod punctus divisionis figuram perfectam de sui natura imperfici facit, afferendo sibi tertiam partem sui valoris, et talis punctus non debet poni in medio corporis figure, sed supra aut subtus a latere dextro, ut hic : Exemplum ubi dividit : , similiter hic : In quibus exemplis si punctum non poneretur, prima brevis etiam esset perfecta similiter et secunda semibrevis alteratur et secunda brevis etiam esset perfecta, sed ex quo punctum hic ponitur, ambe breves erunt perfecte et hoc fit per punctum divisionis notandum tamen virtute semibrevium, ut patet intuenti. Tertia regula, quod punctus augmentationis et divisionis simul figuram perfectam de sui natura imperfici facit auferendo sibi tertiam partem sui valoris, et imperfectam facit addendo sibi medietatem sui valoris, et etiam debet poni in medio corporis. Sed quomodo talis punctus cognosci habet, difficile est. Et ergo utimur alio modo quod conjunctim loco ejusdem puncti circa eamdem notam duo puncta ponimus, unum in superiori parte et in inferiori vel in medio. Per primum punctum intelligitur divisio, per secundum augmentatio seu perfectio, et sic faciliter cognosci talis punctus debet, cum duplicatur ponatur. Ubi ergo punctus perfectionis seu augmentationis et quomodo et quando habebit, in capitulo sequenti scilicet de perfectione; sed ubi, quomodo, quando utimur puncto divisionis habebit capitulo duodecimo de alteratione. Et hec de puncto sufficiant.

Capitulum nonum.

De perfectione. Ubi sciendum quod perficere est notam imperfectam perfectam reddere. Et fit in modo, tempore et prolatione imperfectis; et hoc mediante puncto. Ideo capitulum de punctis convenienter est premissum. Notandum itaque est : quandocumque in modo imperfecto punctus additur maxime vel longe, talis punctus additur maxime vel longe, talis punctus reddit illas figuras perfectas. Exemplum de longa, ut hic : . Exemplum de maxima, ut hic : . In quibus maxima valet novem tempora ac si staret in modo perfecto sine puncto. Et longa valet tria tempora ac si staret in modo perfecto sine puncto. Notandum itaque quod quandocunque in tempore imperfecto punctus additur brevi, facit ipsam pro tempore perfecto, ut hic : . In quo exemplo brevis valet tres semibreves ac si staret in tempore perfecto sine puncto. Notandum tertio quod quandocunque in prolatione imperfecta punctus additur semibrevi, facit ipsam stare pro tribus minimis ac si staret in prolatione perfecta sine puncto, ut hic : . Dubitatur utrum ille note etiam perficientur scilicet minima, semiminima, fusa et semifusa. Pro quo consideranda est generalis regula, scilicet : punctus augmen-

Digitized by Google

tationis sive perfectionis additus cuicunque note semper valet medietatem talis note precedentis. Ex quibus correlatione sequitur quod omnis nota imperfecta per punctum augmentationis perficitur, dico nominatim imperfecta, quia illud quod perfectum est, ulterius perfici non potest.

Capitulum decimum.

Est de signis. Ubi sciendum quod signum dupliciter capi potest, quoad primum uno modo a posteriori de quo dictum est in capitulis tertio, quarto et quinto; alio modo signum consideratur a priori, et hoc multipliciter, primo quum tale signum deservit proportionibus de quibus dicetur (in) capitulo (de) proportionibus; secundo, quum deservit modo perfecto, id est cantui de modo perfecto et tunc sic formatur 3. Sed quum tale signum non ponitur, tunc talis cantus est de modo imperfecto quem hoc quandoque aliter cognosci habet ubi sciendum quod hoc signum jam prefiguratum etiam est signum proportionis triple tunc se solo ponitur. Sed quum est signum modi perfecti, tunc adjungitur alteri, ut hic  , , vel hic :  ,  ; secundum illud signum deservit tempori perfecto quod, sic formatur:  , quod signum est perfectus circulus quia perfectio cantui deservit. Quarto, illud signum quod deservit tempore imperfecto, sic formatur :  , quod signum et medius et imperfectus circulus, quia imperfecto cantui deservit habito; illud quod deservit prolationi imperfecte, sic formatur |: quod signum continet tractum unum cum tribus punctis. Illud signum quod deservit prolationi imperfecte, sic formatur |: , quod signum continet unum tractum cum duobus punctis ubi sciendum quod illa duo signa prolationis non sunt amplius in usu moderno, sed perfecta prolatio sic habet cognosci a priori, scilicet quum in uno illorum signorum duorum ponitur punctus, tunc est prolatio perfecta, ut hic :  ; quum autem non ponitur punctus, tunc est prolatio imperfecto, ut hic : , et hoc est jam in usu modernorum cantandi. Septimo aliquod signum dicitur signum reinceptionis, quod sic formatur :  in quo signo sunt duo tractus habentes puncta in utrisque lateribus. Octavo aliquod signum dictum signum aspirationis, quod sic formatur : , in quo signo sunt quatuor tractus ad modum crucis oblique. Nono, aliquod signum dicitur signum concordationis quod alio nomine dicitur cardinalis quia formatur ad modum pilei cardinalis, ut hic : . Decimo, aliquod signum dicitur congruentie, scilicet ubi cantus universi congruunt : , in quo signo ponuntur tria puncta triangulariter. De aliis autem signis dicetur in capitulo sequenti quod est de syncopatione.

Capitulum undecimum.

De syncopatione. Ubi sciendum quod secundum musicum syncopatio sic diffinitur : Est valoris notarum ablatio cujus due sunt species, scilicet semiditas et diminutio. Semiditas est alicujus cantus medietatis ablatio et habet fieri in tempore imperfecto minoris prolationis imperfecte et ejus est tale signum quum paragraphum, id est unus simplex tractus ponitur in medio semicirculi, ut hic : considerandum. Cantus cui tale signum proponitur solum omnium notarum medietas canitur et hoc est verum, si non supervenit aliud signum. Ubi sciendum quod unumquodque signum vim suam amittit alio signo superveniente. Secunda species est diminutionis et est alicujus cantus tertio ejus partis ablatio. Et habet fieri in tempore perfecto tam prolationis perfecte quam imperfecte. Similiter in tempore imperfecto non brevioris, sed majoris prolationis

Digitized by Google

etiam tam perfecte quam imperfecte, et ejus signum non unum, sed plura, quia in pluribus fieri habet. Primo quum paragraphum ponitur in medio unius circuli integri non habentis in medio punctum, ut hic : , hujus modi cantus medietas non tollitur, sed solum tertia pars; hoc tantum est dicere quod velocius canitur quam (si) paragraphum non poneretur in medio. Secundo, quum paragraphum ponitur in medio unius integri circuli habentis punctum in medio, ut hic : , in cujus signi cantu causatur diminutio. Tertio, quum paragraphum ponitur in medio semicirculi habentis punctum, ut hic : , vel sic : , in cujus signi cantu similiter causatur diminutio. Quarto, quum fit notarum denigratio tunc ut communiter causatur diminutio. Dico autem communiter, quia ulterius non est verum. Et illa diminutio hujus quarti modi jam apud modernos musicos multum consistit in proportione sexquialtera de qua dicetur ex post, et hec de syncopatione etc.

Capitulum duodecimum.

Est de alteratione. Ubi sciendum quod secundum musicum alteratio sic diffinitur : Est unius note in eadem figura dupla (ejus) acceptio et habet fieri in tribus primis gradibus musice, scilicet modo tempore et prolatione perfectis. Est autem modus duplex, scilicet major et brevior. De modo itaque majori nunc dicemus : quoad alterationem vero sic breves alterantur in ordine ad longas, sic longe alterantur in ordine ad maximas. Cum autem in usu modus major non sit propter ejus prolixitatem accentuationis seu modulationis, ideo de modo breviori sic dicemus, quod in eo brevis alteratur et hoc dupliciter, scilicet extra ligaturam et in ligatura ut quum due breves ponuntur inter duas longas tunc prima brevis valet unum tempus et secunda brevis valet duo tempora per alterationem et vocatur brevis altera sive alterata, id est duplicata. Exemplum extra ligaturam :  . In ligatura, ut hic :

et hoc est verum si non mediat punctus inter illas duas breves quia si sic tunc prima brevis imperficit primam longam et secunda secundam, ut hic :  , in quo exemplo prima longa valet duo tempora et quelibet brevis valet unum tempus. Si autem numerus ternarius mediaverit inter duas longas, tunc quelibet longa valet tria tempora et quelibet brevis unum tempus, ut hic :  . Si autem una fuerit superflua ultra numerum ternarium, tunc prima brevis imperficit primam longam, ut hic :  , in quo exemplo prima brevis imperficit primam longam et prima longa valet duo tempora et quelibet brevis unum tempus et ultima longa valet tria tempora et hoc est verum si punctus divisionis non mediat inter penultimam et ultimam breves, quia si sic, tunc ultima brevis imperficit ultimam longam, et hec ultima longa valet duo tempora et quelibet brevis valet unum tempus et hic prima longa valet tria tempora, ut hic : 

Si autem due fuerint superflue ultra numerum ternarium inter duas longas, tunc tres prime capiuntur pro perfectione et ultime due breves valent tria tempora per alterationem ultime brevis, ut hic :  , in quo exemplo quelibet longa valet tria tempora et ultima brevis valet duo tempora per alterationem et quelibet aliarum brevium valet unum tempus. Quantum ad secundum : alteratio in tempore perfecti sic fieri habet quum due semibreves mediant inter duas breves,

Digitized by Google

tunc secunda semibrevis valet duas semibreves per alterationem, ut hic : , et hoc est verum, si punctus divisionis non mediat inter illas duas semibreves, quia si sic, tunc prima brevis imperficitur a prima semibrevi et secunda ab altera, ut hic : , in quo exemplo quelibet brevis valet duas semibrevis et quelibet semibrevis se ipsam. Si autem numerus ternarius semibrevium mediaverit inter duas breves, tunc quelibet brevis valet tres semibreves, ut hic : . Et idem erit de sex, novem, duodecim, quindecim, octodecim, vel quocunque numero ternario dato. Si autem una semibrevis fuerit superflua ultra numerum ternarium, tunc prima semibrevis imperficit primam brevem, ut hic : , in quo exemplo prima brevis imperficitur a prima semibrevi et valet duas semibreves et quelibet semibrevis valet seipsam, et ultima brevis valet tres semibreves temporis perfecti, et hoc est verum si punctus divisionis non preponitur ultime semibrevi, quia si sic, tunc ultima semibrevis imperficit ultimam brevem, ut hic : , in quo exemplo prima brevis valet tres semibreves et quelibet semibrevis seipsam, et ultima brevis etiam valet se ipsam sed imperfecte. Si autem due semibreves fuerint superflue ultra numerum ternarium, tunc ultima semibrevis debet alterari, ut hic : , in quo exemplo quelibet brevis valet tres semibreves et ultima semibrevis valet duas semibreves. Et vocatur semibrevis altera, id est alterata, et hoc est verum si punctus non mediat inter ultimam et penultimam semibreves, qui si sic, tam ultima quam etiam prima imperficiuntur, ut hic : .

Quantum ad tertium : Alteratio in prolatione majori et breviori perfectis sic fieri habet : quum due minime mediant inter duas semibreves, tunc secunda debet alterari que vocatur minima altera, id est alterata, ut hic : , in quo exemplo quelibet semibrevis valet tres minimas et prima minima seipsam et secunda minima alteratur et hoc est verum si non mediat punctus divisionis inter duas minimas, quia si sic, tunc prima minima imperficit primam semibrevem et secunda secundam, ut hic :  , in quo exemplo quelibet semibrevis valet duas minimas et quelibet minima seipsam. Si autem plures minime mediaverint inter duas semibreves, tunc considerandum est numerus illarum minimarum utrum sit numerus ternarius; si sic tunc quelibet semibrevis valet tres minimas et semper tres minime valent unam semibrevem, ut hic :  . Si autem minima fuerit superflua, tunc prima imperficit primam semibrevem, ut hic :  in quo exemplo prima semibrevis valet duas minimas et ultima semibrevis valet tres minimas et quelibet minima seipsam; et hoc est verum, si punctus divisionis non precedit immediate ultimam minimam, quia si sic, tunc ultima minima imperficit ultimam semibrevem, ut hic :  , in quo exemplo prima semibrevis valet tres minimas et ultima semibrevis valet duas minimas et quelibet alia minima seipsam. Si autem due minime fuerint superflue tunc ultima et penultima minime debent valere tres minimas et hoc per ultime minime alterationem, ut hic :  , et hec de alteratione sufficiant.

Capitulum tredecimum.

Est de duplicatione. Ubi sciendum quod secundum musicum duplicatio sic diffinitur : Est unius semibrevis clause inter duas minimas respective se tenentis divisio cujus declaratio

Digitized by Google

sic patet : Quum una semibrevis mediat inter duas minimas in breviori prolatione, tunc semibrevis debet duplicari ; et ratio est, quia ipsa cum duabus minimis valet duas semibreves et computando oportet quod dividatur in duas minimas ita quod prima pars addatur prime minime, et secunda secunde, ut hic : , in quo exemplo semibrevis medians inter duas minimas ita duplicatur. Si autem plures semibreves mediaverint, vel earum valores, tunc quotcunque illarum semibrevium fuerint, oportet omnes dividi ut hic :  . Et valor ipsius minime est pausa vel punctus augmentationis additus semibrevi. Exemplum de puncto augmentationis, ut hic :  . Exempla de pausa, ut hic : . In quibus exemplis semibrevis sequens pausam canitur ut due minime ratione priori, quia computando per semibreves oportet ipsam dividi et una pars ipsius debet addi pause ita quod pausa cum parte illius semibrevis valeat semibrevem. Si autem talis modus eveniat quod primo ponatur una minima, deinde semibrevis, et iterum minima, et iterum semibrevis, et sic de ceteris, tunc sic faciendum est quod semibrevis, que mediat inter primam minimam et secundam, debet dividi, et secunda semibrevis manet invariata, id est induplicata; et ratio illius tacta est in definitione cum dicebatur respective se tenentis. Sed ibi secunda semibrevis non tenet se respective, ut hic :  , in quo exemplo prima semibrevis duplicatur, ea ratione quia computando per semibreves, tunc semibrevis dividitur in duas minimas et tunc prima pars additur prime minime ut ex illis duabus fiat una semibrevis et secunda pars addatur secunde minime ut ex illi fiat secunda semibrevis, et tunc valent iste tres note unum tempus imperfectum ; sed secunda semibrevis manet invariata, quia stat pro se ipsa et nullum defectum patitur et tertia semibrevis iterum duplicatur, ratione priori, etc. Eodem modo dicendum est de puncto perfectionis et pausa si ponitur circa semibrevem; dicitur autem hec duplicata major, sed si his notis scilicet semibrevibus et minimis sit ordinatum, ut jam predixi, preponitur signum temporis imperfecti brevioris prolationis cum paragrapho, ut hic : , vel signum proportionis dupla, ut hic : , tunc dicitur duplicatio brevior. Ex quibus sequitur quod duplex est duplicatio, scilicet major et brevior, ut jam dictum est. Est etiam notandum quod cum una brevis mediat inter duas minimas, tunc illa brevis debet resolvi in duas semibreves et fit cantus ornatus per quem cognoscitur major prolatio, ut hic : ; et hec brevia de duplicatione sufficiant.

Quartum decimum capitulum.

De ligaturis. De quibus breviter dantúr octo regule quarum prima hec : Omnis nota quadrata habens filum seu proprietatem in dextra parte sive sursum sive deorsum longa est, sive initialis media vel finalis. Exemplum :



Secunda regula : Omnis nota initialis in aliqua ligatura sine proprietate a qua proxima conjuncta descendit, semper longa est. Exemplum :



Tertia regula : Nota ultima quadrata descendens in alia ligatura longa, sed si fuerit obliqua, brevis est. Exemplum :

Digitized by Google



Quarta regula : Omnis figura initialis in aliqua ligatura non habens proprietatem in sinistra parte nec in dextra a qua figura ascendit, semper brevis est, ut hic :



Quinta regula : Omnis figura initialis habens proprietatem in sinistra parte deorsum, brevis est. Exemplum :



Sexta regula : Omnis ultima nota sine proprietate in aliqua ligatura a penultima ascendens semper brevis est. Exemplum :



Septima regula : Omnis semibrevis nota sine proprietate ex utraque parte aliis conjuncta brevis est. Exemplum :



Octava regula : Omnis figura initialis habens proprietatem sursum in sinistra parte semibrevis est et proxima eam sequens, sed non ultra, nam sub una ligatura nunquam potest esse tertia semibrevis, quia in ligatura nunquam tres semibreves dari possunt, sed quecunque figura semibrevem sequitur semper longa aut brevis est. Exemplum :



Dicitur nominatim figura semibrevium, quia si figure maxime sequeretur, non esset longa aut brevis, quia maxima ubicunque ponitur sive in ligatura sive extra ligaturam, semper maxima est. Et notandum quod inter illas octo regulas prime tres regule dantur de longis, sequentes vero quatuor de brevis, et ultima de semibrevibus, et hec sufficiant.

Quindecimum capitulum.

Et ultimum de proportionibus. Ubi sciendum quod *Nicolaus* Demutis sic diffinit proportionem in sua musica : Proportionum alia simplex, alia composita. Proportio simplex et triplex, scilicet multiplex, subpartiens et superpartiens. Multiplex est triplex, scilicet dupla, tripla, quadruplaque ulterius non subdividitur. Subpartiens etiam est triplex, scilicet sexquisecunda sive sexquialtera, sexquitertia et sexquiquinta. Superpartiens etiam est triplex, scilicet superbipartiens, superterpartiens et superquadripartiens. Quantum ad secundum membrum, scilicet de proportione compositaque est duplex, scilicet multiplex subpartiens, proportio dupla est triplex, scilicet sexquialtera, sexquitertia, sexquiquarta. Sed proportio multiplex subterpartiens est triplex, scilicet dupla, tripla, quadrupla. Dupla est triplex, scilicet superbipartiens, superterpartiens et superquadripartiens. Tripla etiam est triplex, scilicet subbipartiens, subtripartiens et subquadripartiens. Quadrupla etiam est triplex, scilicet superbipartiens, supertripartiens et superquadripartiens, quarum omnium nulla ulterius subdividitur, et quia multum difficiles sunt ad cantandum et inusitate, quare ulterius procedere supersedeo quantum ad earum declarationem. Sed de primis quatuor dicam, scilicet dupla, tripla et quadrupla, et sexquialtera. Est ergo proportio dupla, quando major modus continet breviorem bis, musice loquendo, quum due minime contra unam proferentur, ut hic :

Digitized by Google



Proportio tripla est quum major modus continet minorem ter ; musice , quum tres minime contra unam proferuntur:



Proportio sexquialtera est quum major modus continet minorem simul ejus alteram partem ut tria ad duo sex ad quatuor; musice, cum tres minime contra duos proferuntur :



Signa autem harum proportionum sic formantur : proportionis duple, sic 2; proportionis triple, 3; proportionis quadruple, sic 4; sexquialtera, sic $\frac{2}{3}$.

Et hec brevia tibi de isto capitulo et consequenter de omnibus hujus tractatus sufficiant pro quo Deus cum Matre sua gloriosa sit benedictus in secula etc.

Item nota in ligaturis illam doctrinam generalem : In omni mensura sive temporis perfecti sive imperfecti quum sunt due, tres, quatuor vel quinque note ligate secundum exigentiam, et si prima non habuerit filium datum ex sinistra nec sursum nec deorsum, et si alie note descendunt, tunc prima et ultima quelibet earum valet duo tempora et omnes intermedie unum tempus. Sed si sunt solum due quarum secunda descendit et prima non habet caudam nec sursum nec deorsum..... tunc iterum quelibet valet duo tempora. Sed si ascendunt iste ligature vel ille quadrate, tunc non habet virtutem. Et ergo est differentia inter ligaturas que descendunt et que ascendunt ut patet ex dictis, ut hoc dictum est superius, etiam solum habet virtutem de ultimis, si iste ultime non sunt quadrate vel breves quod idem est ut pote ille cum quatuor angulis exemplum :



Ubi jam ultima brevis vel quadrata descendens valet duo tempora et penultima unum tempus et in tempora perfecto secunda valet duas notas semibreves propter alterationem quia ipsa tunc cum prima facit unum tempus. Et ergo communiter secunda nota in ligaturis de tempore per-

Digitized by Google

fecto alteratur et valet duo tempora. Et per cifaros debes intelligere tempora quia quot cifare tot tenentur tempora. Sed quum ultima non est brevis vel quadrata sive quadrangularis quod idem est tunc non tenetur duo tempora, ut hic :











Signa secundum modernos.

Digitized by Google



Signa secundum antiquos.

Vel sic :





Signum modi perfecti, temporis ☉ 3 ⧦ perfecti, prolationis ⧦ majoris.

Digitized by Google



Profert A cum B, hoc majus B, quoque minus;
C cum D tempus, E F modum tibi signant;
E cum C perfect. D F imperficiuntur.

DE DISCANTU.

Est diversorum cantuum secundum modum tempus ac prolationem per figuras longas breves et similes ad invicem proportionabilis consonantia.

Modus est cognitio soni maximis brevibus que figuris mensurati.

Modus { Perfectus respicit maximam in ordine ad tres longas, ut hic :  ; et longam ad tres breves, ut hic : .
Imperfectus respicit maximam ad duas longas, ut patet hic :  ; et longam ad duas breves : . }

Cantus de modo perfecto cognoscitur :

Primo, quum pausa in ejus tenore pertransit tria spatia.

Secundo, quum brevis cum longa ordinatur.

Tertio, quum valor brevis, scilicet pausa, ordinatur cum longa.

Quarto, quum tres breves simul ordinantur.

Quinto, quum pausa duorum temporum ordinatur cum brevi.

Sexto, quum due breves, inter se punctum habentes, ponuntur inter duas longas, ut hic infra :

Digitized by Google

Tempus est cognitio soni brevibus semibrevibusque figuris mensurati.

Tempus
- Perfectum respicit brevem ad tres semibreves :  .
- Imperfectum respicit brevem ad duas semibreves, ut hic : .

Tempus perfectum cognoscitur :

Primo, quum due pause trahuntur a superiori linea ad medium spatium cum una semibrevi.

Secundo, quum tres semibreves immediate simul ponuntur.

Tertio, quum brevis ordinatur cum semibrevi.

Quarto, quum pausa semibrevis ponitur cum brevi.

Quinto, quum in prolatione majori tres minime ordinantur cum tribus semibrevibus quas imperficiunt.

Sexto, quum in minori prolatione reperiuntur due semibreves cum minima altera semibrevi habente punctum perfectionis.

Septimo, quum reperiuntur due breves habentes inter se duas semibreves cum puncto.

Octavo, quum cum semibrevi ordinantur due minime et pausa semibrevis.



Primo, secundo, tertio, quarto, quinto,

sexto, septimo, octavo.

PROLATIO.

Est cognitio soni semibrevibus minimisque figuris signati.

Prolatio major respicit semibrevem ad tres minimas, ut hic :  .

Prolatio minor respicit semibrevem ad duas minimas, ut hic :  .

Prolatio major cognoscitur :

Primo, quum due pause duarum minimarum ponuntur cum una minima.

Secundo, quum semibrevis ponitur cum pausa minime.

Tertio, quum tres minime simul ponuntur.

Quarto, quum de minime habentes inter se punctum ponuntur inter duas semibreves.

Quinto, quum due pause minimarum habent inter se minimam.

Sexto, quum tres semibreves ordinantur cum tribus minimis.

Septimo, quum due pause minimarum ponuntur inter duas breves, ut patet infra :



Primo, secundo, tercio, quarto,

quinto, sexto, septimo.

DE SIGNIS PROLATIONUM.

Item nota quod quatuor sunt figure signorum:  .

Et additur quintum quod vocatur signum divisionis : . Et talis cantus cantatur cito sive brevis pro semibrevi, semibrevis pro minima, longa pro brevi etc.

Item si cantus est de modo perfecto ponatur figura ternaria prope circulum vel semicirculum, ut hic :  .

Item in omni cantu debet scribi pro signocirculus aut semicirculus. Nam si est cantus de

Digitized by Google

tempore perfecto tunc ponitur circulus rotundus, sic : ⊙.

Sed si est de tempore imperfecto ponitur semicirculus : ☾.

Si cantus fit de tempore et modo perfectis signatur, sic : 3.

De tempore imperfecto et modo perfecto signatur, sic : 3☾

De modo imperfecto et de tempore sive perfecto sive imperfecto, ponitur figura ternaria, quia carentia figure ternarie est signum modi imperfecti et sic non signum est ibi signum.

Item punctu spositus in circulo ⊙ vel semicirculo ☾ est signum prolationis minoris et perfecte. Carentia puncti est signum prolationis minoris et imperfecte, ut sic : ⊙ ☾.

Modus, tempus et prolatio perfecta, sic signantur : 3⊙.

Modus, tempus et prolatio imperfecta, sic : ☾

Modus perfectus, tempus perfectum, prolatio imperfecta : 3⊙.

Modus perfectus, tempus imperfectum, prolatio imperfecta : 3☾.

Item color remanet tertia parte; ideo ubi alba brevis valet semibrevis tres, nigra valet duas.

Item quivis modus ponendi discantum fit de modo et tempore perfectis et prolatione imperfecta per tale signum : ⊙.

De contrapuncto.

Item omnis discantus debet incipi et terminari in specie perfecta quoad tenorem.

Species
- perfecte
  - unisonus.
  - quinta inferior.
  - octava, duodecima, quintadecima.
- imperfecte
  - tertia.
  - quarta.
  - sexta.
- prohibite
  - secunda.
  - quarta.
  - septima.

Item semper numeratio notarum pro his speciebus inveniendis semper fit a sursum deorsum preter in quarta ut fit sursum.

Item nulla species perfecta debet sequi seipsam, ut quinta post quintam, nisi de licentia cantorum.

Item omnes species perfecte possunt sequi invicem, ut quinta post octavam etc; sed nulla sequitur seipsam nisi in diminutione, ut hic :



Item species imperfecte possunt se mutuo sequi sine ponendo tres vel quatuor, tertias vel sextas.

De pausis.

Pausa est divisio vocis.

Pausa tegens vel pertransiens quatuor spatia vocatur generalis.

Omnis pausa tot valet tempora quot tegit spatia.

Omnis pausa dividens a linea ad medium spatium valet semibrevem.

Omnis pausa antecedens a linea ad medium spatium valet minimam.

De perfectione.

Perfectio causatur in modo, tempore et prolatione imperfectis.

Digitized by Google

De puncto.

Divisionis puncto utimur in modo, tempore et prolatione imperfectis. Quum enim punctus ponitur inter duas longas de modo perfecto, dividit unam ab alia : . Sic etiam inter duas breves et semibreves :  .

Perfectionis punctus est qui perficit.

Perficere est notam imperfectam facere perfectam et hoc in modo, tempore et prolatione imperfectis sive prolatione minori.

Item quandocunque punctus in modo, tempore et prolatione imperfectis sive minori additur note maxime, longe, brevi, semibrevi vel minime, semper perfectionis dicitur, ratio est quia perficit illas figuras ac si starent in modo perfecto et sine puncto :  .

Item punctus perfectionis sive additionis semper valet medietatem note precedentis.

De imperfectione.

Causatur in modo, tempore et prolatione perfectis.

Et imperficere notam est notam perfectam imperfectam reddere etc.

Item solum nota in tres partes divisibiles imperficitur in tertia sui parte. Quare



Brevis in tempore perfecto imperficitur a semibrevi, ut hic : a priori : ; a posteriori : .

Semibrevis in prolatione majori imperficitur a semiminima : a priori : ; a posteriori : .



De alteratione.

Est notam aliter cantare quam est. Et fit tribus modis, scilicet in modo, tempore et prolatione perfectis sive majoribus.

Alteratio in modo perfecto fit

Quum videlicet due breves ponuntur inter duas longas perfectas, ut hic : . Ibi prima brevis valet unum tempus, secunda brevis per alterationem valet duo tempora et vocatur brevis altera, id est alterata. Sed quum punctus mediat inter illas duas breves, ut hic : tunc prima longa valet duo tempora et quelibet brevis valet unum.

Item si tres breves ponantur inter duas longas, ut hic :  , tunc quelibet longa valet tria tempora et quelibet brevis unum.

Item si quatuor breves ponuntur inter duas longas, ut hic :  , sine puncto, tunc prima brevis imperficit primam longam et prima longa valet duo tempora, et quelibet brevis unum et ultima longa tria.

Sed si inter duas ultimas breves ponitur punctum divisionis, ut hic :  , tunc ultima brevis imperficit ultimam longam sic quod ultima longa valebit duo tempora et quelibet brevis unum, sed prima longa tria.

Item si quinque breves ponantur inter duas

Digitized by Google

longas, ut hic :  , tunc tres prime breves ponuntur in perfectione et ultime breves valent tria tempora per alterationem, et sic in exemplo proximo quelibet longa valet tria tempora et ultima brevis valet duo tempora et quelibet aliarum brevium valet unum tempus.

Alteratio fit in tempore perfecto

Quum due semibreves mediant inter duas breves, ut hic : , tunc secunda semibrevis valet duas semibreves per alterationem.

Sed si punctus divisionis poneretur inter illas duas semibreves, ut hic : , tunc prima semibrevis imperficit primam brevem et secunda secundam. Ergo ibi quelibet brevis valet duas semibreves et quelibet semibrevis valet se ipsam.

Item si tres, 6, 9, 12, semibreves etc., numero ternario ponuntur inter duas breves, tunc quelibet brevis valet tres semibreves.

Item si quatuor semibreves ponuntur inter duas breves sine puncto, ut hic : , tunc prima semibrevis imperficit primam brevem, ergo prima brevis valet ibi tantum duas semibreves et quelibet alia semibrevis valet se ipsam; sed ultima brevis valet tres semibreves.

Sed si punctus ponitur inter duas ultimas semibreves :  , tunc prima brevis valet tres semibreves, ultima brevis valet duas semibreves et quelibet semibrevis valet seipsam.

Item si quinque semibreves ponuntur inter duas breves sine puncto, tunc ultima semibrevis alteratur et valet duas semibreves quare vocatur altera, id est alterata, et quelibet brevis valet tres semibreves et quelibet semibrevis alia quam ultima valet seipsum, ut hic :  .

Sed si punctus ponitur inter ultimas duas semibreves, tunc ambe breves imperficiuntur sic quod unaqueque brevis valet duas semibreves et quelibet semibrevis valet seipsam, ut hic patet : .

Alteratio fit in prolatione

Etiam majori quum due minime mediant inter duas semibreves, ut hic :  , tunc prima semibrevis valet tres minimas, prima minima seipsam et secunda minima alteratur.

Sed si punctus divisionis ponitur inter illas duas minimas, ut hic : , tunc prima minima imperficit primam semibrevem et secunda secundam, sic quod quelibet semibrevis valet solum duas minimas et quelibet minima valet seipsam.

Item si plures minime quam due ponuntur inter duas semibreves, considerandus est numerus illarum minimarum, utrum videlicet sit numerus ternarius vel non. Si est numerus ternarius, ut hic : , tunc quelibet semibrevis valet tres minimas et e converso tres minime valent unam semibrevem. Si ponuntur quatuor minime inter duas semibreves, tunc prima semibrevis valet duas minimas et ultima semibrevis valet tres minimas et quelibet minima valet seipsam, ut patet hic in exemplo : .

Sed si punctus ponitur inter ultimas duas minimas, ut hic :  , tunc prima semibrevis valet tres minimas, ultima semibrevis valet duas minimas et quelibet minima valet seipsam.

Item si ponuntur quinque minime inter duas semibreves sine puncto, ut hic : , tunc ultime due minime valent tres minimas, quia ultima minima alteratur et quelibet semibrevis valet tres minimas.

Digitized by Google

XL

ANONYMI XIII

TRACTATUS DE DISCANTU

Qui veult savoir l'art de deschant, il doit savoir qu'il sont XIIJ espèces de chant, c'est assavoir : unisson; demi-ton; ton; ton et demi; deux tons; deux tons et demi; trois tons; trois tons et demi; lesquelz sont une quinte; deux tons; deux tons et demi avecque quinte, lesquelz font une double.

Unisson est, quant la teneur et le deschant sont tout en une règle ou espace, comme icy :



Demi-ton est entre *mi* et *fa* simplement à chanter, ou quant on restreint ung ton par manière divisée si comme : *la sol la* ou *sol fa sol.* la note moyenne est soutenue de demie ton par la force d'ung ♮ quare, qui est assis par devant et le prononchon comme *fa mi fa.* Car en quelque lieu que *b* ront est assis, il convient de dire *fa,* tant en plainc chant comme en deschant, et où ♮ quare soit assis, il convient de dire *mi* ou son qui le vaille; car *b* ront et ♮ quare sont fais pour faire d'un ton demi-ton et d'un demi-ton un ton.

Un ton est entre toutes notes excepté *mi fa;* si comme *ut, re, mi, fa, sol, la,* et converso.

Deux tons sont entre *re fa* et *fa la,* et converso.

Deux tons et demi sont entre *ut fa, re sol, mi la* et converso.

Trois tons sont entre le *fa* de F *fa ut* et le *mi* de B *fa* ♮ *mi,* et ainsi ailleurs là où ils pourroyent estre trouvés.

Trois tons et demi sont entre *ut sol, re la,* lesquels font une quinte, ou entre le *mi* de E *la mi* et le *mi* de B *fa* ♮ *mi,* et converso.

Demi-ton avuec quinte est entre le *re* de D *sol re,* et le *fa* de ♭ *fa* ♮ *mi.*

Un ton avec quinte est entre le *ut* de C *fa ut* et le *la* de A *la mi re;* ou entre le *re* de D *sol re* et le *mi* de B *fa* ♮ *mi.*

Ton et demi avec quinte est entre le *ut* de C *fa ut* et le *mi* de *b fa* ♮ *mi.*

Deux tons avuec quinte sont entre le *ut* de C *fa ut* et le *mi* de *b fa* ♮ *mi.*

Deux tons et demi lesquelz font une double sont entre le *ut* de C *fa ut* et le *fa* de C *sol fa ut.*

Encore est à scavoir que de ces XIII espèces devant dites sont fais XIII acors, III parfais et IIII imparfais, et VI dissonans. Les III parfais sont : unisson, quinte et double.

Les imparfais sont deux tierces et II sixtes.

Les VI dissonans sont II secondes II quartes et II septimes.

Demi et I ton sont II secondes.

Ton et demi et deux tons sont II tierces.

Deux tons et demi et III tons sont II quartes.

Demi avuec quinte sont II septimes.

La tierce de ton et demi-ton requiert unisson

Digitized by Google

après li, et celle de deux tons quinte après li.

La sixte et demi ton avuec quinte requiert après li quinte, et celle d'un ton avuec quinte requiert double après li.

Qui veult prendre double contre sa teneur, il doilt dire contre *ut fa,* contre *re sol,* contre *mi la,* VIII notes de sus la teneur ou que soit et au tel contre *fa sol la,* comme contre *ut re mi,* car *fa sol la* est réputés pour *ut re mi.* Qui veult prendre quinte contre sa teneur, il doilt dire contre *ut sol,* contre *re la* ou tout ainsi comme la teneur V notes de sus.

Qui veult prendre tierce, il doilt dire contre *ut mi,* contre *re fa,* contre *mi sol,* contre *fa la* et le contraire III note de sus en de soubz.

Qui veult prendre sixte, il doilt dire contre *ut re* ou *la,* contre *re mi,* contre *mi fa,* contre *fa sol,* contre *sol la,* VI notes de sus sa teneur.

Qui veult faire bon deschant, il doilt commenchier et finir par acort parfait, c'est à scavoir par unisson, quinte ou double; doilt regarder comme la teneur se gouverne; se elle monte à son commencement, si comme *ut, re, mi,* etc., la première doilt estre double, et se la teneur descent, si come *re ut,* ou *mi ut,* ou *la fa,* ou *la sol,* la première doilt estre quinte, mes que ce soit sur notes appendans; et ne doilt on point faire ne dire II quintes ne deulx doubles, l'une après l'autre, ne monter ne descendre avec sa teneur, car ils sont parfais; mais par acors imparfais, tierces et sixtes, peut-on bien monter ou descendre II ou III notes ou plus ce besoing est, mais que ce soit sur notes appendans; car il sont III manières de notes, c'est ascavoir appendans, non appendans et désirans appendans.

Notes appendans sont comme ici :



1 Hoc exemplum et sequentia desunt in codice.

sur lesquelles on doilt dire tierces, quintes ou sixte double tant en commencement de déchant comme en moyen; item :



sur lesquelles on doit dire quinte, double ou tierce quinte.

Notes non appendans :



sur lesquelles on doit dire double quinte ou quinte tierce.

Item, sur les ..... on doit dire double tierce, etc.

Notes désirans appendans sont quand la teneur monte une note, ou II, ou III en droit degré et en la fin soit une appendant toutes celles par devant sont désirans appendans; si come yci :



Se c'est en commencement de chant, la première et la darrenière doilt être double, et les moiennes sixtes, ou la première et la darrenière quinte, et les moiennes tierces, c'est en moyen chant. Les premières sont sixtes et les darrenières doubles, ou les premières sont tierces, et la darrenière quinte. Et ne doilt-on faire que II ou III tierces ou sixtes l'une après l'autre sans moyen, etc.

Item, se la teneur monte III notes en droit degré ou hors degré et comme icy :



la première doilt être double, la seconde quinte se c'est fin de chant. La darrenière unisson, se c'est moyen chant, la darrenière tierce.

Si la teneur montoit une note en degré comme icy :

Digitized by Google



se c'est fin de chant, double, quinte, tierce, unisson. Se c'est moyen, double, tierce ou quinte et les autres tierces.

Item, se la darrenière est hors de degré comme icy :



double, quinte, ou tierce et la darrenière tierce, dessous la teneur ou la première double et les aultres moyennes sixtes et la darrenière tierce, et se c'est fin de chant la dernière unisson.

En toute ligature montant, se la teneur montoit v ou vi notes entir, on doit prendre la ordonnance des iii ou quatres dessus dites, etc.

Item, se la teneur descendoit iii notes en droit degré, comme icy :



Se c'est commencement de chant double, sixte double ou quinte tierce quinte; se c'est en moyen sixte, sixte double ou tierce tierce quinte ou tierce sixte double, etc.

Si c'est hors de degré, comme icy :



tierce, quinte double, ou ainsi :



tierce sixte double.

Se la teneur ne descendoit iiii notes en droit degré, comme icy :



Se c'est commencement de chant, il y a iii déchants, c'est ascavoir : double, sixte double ou quinte tierce, tierce quinte, ou quinte tierce, sixte double.

Se c'est en moyen chant, il y a six déchants, iii sixtes, et la darrenière double ou trois tierces, et la darrenière quinte ou sixte, double sixte, double ou tierce quinte ou tierce, tierce sixte double; si la teneur descendoit v ou vi notes, on poeut l'ordenance de iii ou de iiii devant dicte.

Item, en chant a iii exceptions dont la première est se la teneur avoit *re fa*, etc., ou *sol mi*, comme icy :



Et le deschant fust double quinte double lequel seroit *sol fa sol*, ou *la sol la*. La note moyenne n'est pas soustenue.

La seconde est se la teneur descendoit ii tons et demi, comme icy :

Se la première estoit tierce, il doilt et veul mielx descendre une pour avoir quinte que monter ii pour avoir double, car la tierce est en parchon et en flours.

Item, la tierce exception est se la teneur montoit ii tons et demi, comme icy :



Se la première estoit disième, il laist et veult mieulx monter une pour avoir double que descendre deux pour avoir quinte.

Digitized by Google

INDEX.

A

Accidentia musicæ, 102, — 103.
Adesto vetus, motetus, 20, *b*.
Æqualitas, 14, *a*.
Albæ-Mariæ (Dux), XVI.
Altera, 151, *b*.
Alterare, 192, *b*.
Alteratio, 48, *a* — 52, *a* — 53, *a* — 76, *b* — 80, *a* — 82, *a* — 211, *b* — 235, *b* — 322, *a*.
Ambross (Dr A.-W.), XXI — XL.
Andreas (Philippotus), XX — XXII — XXIV — 116.
Andreas (frater), XXII.
Anglorum modi componendi, XXX.
Antonius de Leno, XXII — 307.
Antonius de Luca, XXXVI.
Antonius Monachus, XV.
Apta caro, motetus, 118, *b*.
Apothome, 470, *b*.
Apresso di un fiume, Madrigale, 392, *a*.
Aristoteles, 198, *a*.
Arnoult (Gatien), VIII.
Ars contratenoris, 465, *b*.
— discantus, 464, *b*.
— Gallica, XXVIII — 228, *a*.
— Gallicorum, XXVIII — 380, *a*.
— italica, XXVIII — 228, *a* — 229, *a*. — pulchrior Gallica, 233 *a*.
— Italicorum, 392, *b*.
Artem (per), 4, *b*.
Augmentatio, 120, *b* — 146, *b* — 246, *b* — 225, *a* — 274, *b*.
Aureliani Reomensis, XV.
Aversa (Nicolaus de), XXVIV — 392, *a* — 395, *b*.

B

Ballada, XIII — 21, *a* — 128, *b* — 395, *b*.
Beldemandis, vide Prosdocimus.
Belle (Joh. de), 107, *a*.
Bernardus, 18, *a*.
Bibliotheca Argentoratensis, XVI — XVII — XXXVIII — XL.
— Albæ-Mariæ Ducis, XXIII — XXIV.
— Barberina, XIII — XXV — XXVI.
— Bononiensis, XIII — XV — XVIII — XXIV — XXV XXVI — XXVIII — XXIX — XXXII — XXXV — XL.
— Einsidlensis, VIII — XIII — XVII — XIX — XXII — XXVI — XXVIII.
— Mediceo-Laurentiana, XIII — XV — XIX — XXII — XXXV — XXXVII.
— Modenensis, XXII — XXIII — XXIV.
— Musæi Britannici, XI — XVII — XXXIV.
— Magliabecchiana, XXX.
— Palatina, XVII — XXIV.
— Parisiensis, IX — X — XII — XVIII — XIX — XXII — XXXI — XXXII — XXXIII — XXXIV — XXXV — XXXIX.
— Paduana, XXVI.
— Pisæa, XVII.
— Pragensis, XIX — XXI.
— Ricardiana, XIX.
— Sancti Deodati, VII — XVII — XXXVII.
— Sancti Marci, Venetiis, XXX.
— Sancti Pauli, Ferrariæ, XIX — XXIV — XXIX — — XXXII — XXXV.
— Sancti Victoris, Parisiis, XXXIII — XXXIX.
— Trevirensis, XXXVIII.
— Vallicellana, XIII — XVII — XX — XXXV.
— Vaticana, XXIV — XXVI.
— Vindobonensis, XV — XVI — XXII — XXIV — XXXVI.

Digitized by Google

Boduin, xxxi.
Boetius, 18, *a* — 23, *b* — 24 — 61, *a*.
Bona condit, motetus, 20, *b*.
Bonadies (Frat.), 124, *b*.
Brevis, 30 -- 31, *a* — 41, *a* — 46, *b* — 104, *a*.
Brevis perfecta, — imperfecta, — semiperfecta, — semi imperfecta, 132, *a*.
Burney, xii.
Burtius (Nicolaus), xxxiv.
Busnoys, xxxi.

C

Campo (Theodoricus de), xi — 177.
Cantus figuratus, 330, *a*.
— organicus, 299, *a*.
— perfectus et imperfectus, quomodo cognoscetur, 369, *b*.
Caron, xxxi.
Carmina, 93, *b*.
Carthusiensis (Johannes), vi — vii.
Caserta (Philippus de), xvi — xxiii — 118.
Cechus de Florentia, 395, *b* — 396, *a*.
Chappelle (W.), xv.
Circulus, 19, *b* — 21, *a* — 33, *a* — 54, *a* — 393, *a*.
Cisma, 470, *b*.
Citadella, xxiv.
Cithara, 13, *b*.
Claerbuch, motetus, 21 *b*.
Claves, 36, *a*.
Claves tres, — quadratum, — natura, — rotundum, 130, *a*.
Caleopea legale, xxxii.
Colle de Coneglano (Nicolay de), 249, *a*.
Color, 58, *b* — 99, *a* — 225, *b* — 247, *b*.
Coma, 470, *b*.
Componendi (modus), cum tribus vocibus, 297, *b* — 298, *a*.
Compositio, 463, *b*.
— carminum, 93, *b*.
Compositiones (regule), 463, *a*.
Conclusiones, xxi — xxxvii.
Concordantiæ, perfectæ, — imperfectæ, 36, *b* — 75 — 113 — 356, *a* — 357.
Concordationes, perfectæ, — imperfectæ, 70, *a*.
Conductus, 361, *a*.
Conjunctæ (notæ), 426 · 469.
Consonantiæ, 409, *a*.
— septem, 68, *a* — perfectæ, — imperfectæ, 69, *a* — 333, *a* — 354, *b* — 355, *a*.
— concordantes, 354, *b* — perfectæ, — imperfectæ, 355, *a*.
— discordantes, 354, *b* — 355, *a* — 360, *a*.
Contrapunctus, 23, *a* — 308 — 398, *b* — 463, *a*.
— (de compositione), 92, *b*.
— duarum contra unam, 315, *b*.
— trium contra unam, 318, *a*.
— Francigenorum, 290, *a* — Anglicorum, ibid.
— regulæ, 11, *b* — 12, *a* — 13, *b* — 27 — 60 — 61 — 62 — 63 — 64 — 65 — 66 — 67 — 116 — 117 — 118 — 197, *a* — 290, *b* — 307, *a* — 333 — 462, *b* — 466, *b*.
— regulæ generales, 409, *b* — speciales, ibid. — aliæ, 410, *b*.
— scriptus, 194, *a*.
— vocalis, 194, *a*.
Contratenoris (ars), 465, *b*.
— (ordinatio), 105, *a*.
Copula, 189, *a* — 362, *a*.
Cornish (Guillelmus), xii.
Credo Fratris Nicolai de Aversa, 392, *a*.
Crocheta sive semiminima, 337, *a*.
Cruce (Petrus de), xxv — 179, *a*.
Curia Romana, 360, *b* — 362, *b*.

D

Decima, plena de tonis, — non plena de tonis, 70, *b*.
Delisle (Léopold), ix.
Deschamps (Eustache), x — xii.
Deus judex fortis, motetus, 20, *b*.
Diascisma, 470, *b*.
Dieseos, 470, *b*.
Differentiæ non regulares, 434, *a* — peregrinæ, ibid.
Diminutio, 58, *a* — 62, *b* — 120, *b* — 126, *b* — 246, *b* — 224, *b* — 398.
Discantus (ars), 464, *b*.
Discantus (regulæ), 36, *b* — 69, *b* — 354, *a* — 356, *b* — 357, *b* -- 466, *a*.
— (de modo operandi), 361, *a* — visibilis, xxxii — 334.
Discantandi modus, 357, *b* — 358 — 359 — 360 — 361, *a*.
Discordantia perfecta, — imperfecta, 355, *a*.
Dissonantiæ, 104, *a* — 197, *a* — 354, *b* — 463, *a*.
Distinctio modi, temporis et prolationis, 54, *a*.
Ditonus, 24, *b* — 36 *b* — 59 — 68, *a*.
— cum diapente, 25, *b* — 37, *a* — 59.

Digitized by Google

Divisio ternaria, 3, *b* — quaternaria, 6, *a* — senaria, 3, *a* — octonaria, 158, *a* — novenaria, 2, *b* — 158, *a* — 3, *a* — 4, *a* — duodenaria, 2, *b*.
— temporum, 129, *b* — 130, *b* — 132 — 133 — 134 — 137, *a*.
Douce Dame d'amours, rondellus, 186, *a*.
Donato, 392, *b*.
Dragma, xxxiv — 186, *a* — 337, *a* — 378, *a*.
Du Fay, xxxi.
Dunstable, xviii — xxxi.
Duplex decima, 70, *a* — plena ditonus, 70, *b* — non plena ditonus, 71, *a*.
— duodecima, 70, *a*.
— longa, 20, *a* — 30, *a* — 41, *a*.
— octava, 70, *a*.
— sexta, 70, *a* — plena ditonus, 71, *a* — non plena ditonus, ibid.
Dyapason, 26, *a* — 37, *a* — 59.
Dyapente, 25, *a* — 36, *b* — 59 — 69, *a*.
Dyatessaron, 25, *a* — 50.

E

Ecclesia Franciæ, 360, *b*.
Einsidlensis (codex), 23, *b*.
Equivoca (nota), 372, *b* — 375, *a*.
Eustache Deschamps, x.
Evacuatio figurarum, 119, *a*.

F

Fa contre *mi*, 71, *b*.
Fage (A. de la), xviii — xix — xxii — xxxi — xxxv.
Falsa nota, 423, *a*.
Falseta, 423, *a*.
Faulx-bourdon, 228, *b* — 292 — 293, *b*.
Ferrabos, xxxi.
Fich, xxxi.
Ficta musica, 26, *a* — 45, *b* — 251, *b*.
Figuræ notularum, 2, *a* — 75, *a* — 152, *a*.
Figurationes notularum, 41, *a*.
Figurarum species, 131, *b*.
Forest, xxxi.
Fortise, 321, *a*.
Forma officiorum, 450, *b*.
— psalmorum, 455, *b* — 458, *b*.
— tonorum, 435, *a*.
— versuum, 454, *b* — 458, *b*.
Formulæ (inventio), 457, *b*.
Francigeni cantores, 362, *a*.
Franco, xxi — xxv — xxix — xxxiv — 1, *a* — 21, *b* — 29, *a* — 31, *b* — 107, *a* — 108, *b* — 134, *a* — 182 — 336, *b* — 337, *a* — 349, *a* — 362, *b* — 371, *a*.
Frier, xxx.
Fusiel, 186, *a*.
Fusee, xxxiv — 373, *a*.

G

G. de Anglia (frater), 403, *b*.
Gallia Christiana, ix.
Gallicus (Johannes), vi — vii.
Gallicus (modus), 6, *b* — 7.
Gallici magistri, 380, *a*.
Garison, motetus, 20, *b* — 21, *b* — 186, *a*.
Garlandia (Johannes de), vii — viii — xiii — ql.
Gaspari (G.), xl.
Gasseus de Vinea (Gasse de la Vigne), ix.
Gerbertus, abbas S^ti^ Blasii, xiii — xiv — xxi — xxxix — 1, *a* — 2, *b*.
Gradus primus, 104, *a* — 351, *b* — 401, *b* — secundus, 104, *a* — tertius, ibid. — quartus, ibid.
Gradualia, 101, *a*.
Gratia miseri, motetus, 21, *b*.
Gratissima, motetus Philippi de Vitriaco, 347, *a*.
Gregorius, 178, *b*.
Guido, 23, *b* — 24, *a* — 178, *b*.
Guido Aretinus, xii — xv — xxxiii.
Guillelmus de Mascandio, 395, *a*.
Guillelmus Monachus, xxix — 50, *a* — 273.
Gymel, 239, *a* — 292, *b* — 293, *b* — 395, *b*.

H

Hanboys (Johannes), vii.
Handlo (Robertus de), vii — xxxiii.
Hawkins, xxv.
Hebreus (Leo), x — xi.
Henricus, xvi.
Henricus de Laufenburg, xvi.
Henricus de Libero Castro, xvii.
Henricus de Zelandia, 113.

Digitized by Google

Hessmann (Henricus), xvi.
Hocketus, 362, *b* — vulgaris, 363, *a*.
Hollandrinus (Johannes), 416, *b* — 417, *b* — 418, *b*.
Hothbi (Johannes), xxxi — xxxii — xl — 328 — 330 — 333 — 347.
Hugo de Felicto, 417, *a*.
Hugo, motetus Philippi de Vitriaco, 347, *a*.
Hugovicio, 417, *a*.

I

Iconal, xxxi.
Ida capillorum, motetus, 397, *b*.
Ieronymus, 178, *b*.
Inæqualitas, 14, a.
In arboris, motetus, 21, *a*, *b* — 33, *b* — 34, *a* — 186, *b*.
In nova fert animus, motetus, 21, *b* — 33, *b* — 186, *b*.
Intonationum (cognitio), 99, *b*.
Italici magistri, 380, *a*.
In tribum que non abhoruit, motetus, 118, *a*.
Intonandi (de modo), 100, *b*.
Italica (ars), 228, *b* — 229, *a*.
Invitatoria, 101, *a*.
Italicus (modus), 5, *b* — 6, *a*.

J

Johannes Gallicus, dictus Carthusiensis vel de Mantua, vi — vii.
Johannes de Garlandia, 23, *b*.
Johannes de Muris, 46 — 59 — 68 — 108, *a* — 109, *a* — 115, *b* — 401, *b*.
Johannes de Ypra, xxv — 178, *a* — 179, *a*.
Jumilhac, xxxiv.
Junc, xvi.

L

Lais, xiii.
Larga, 132, *a*.
— major, 133, *b* — minor, 137, *b* — minima, ibid.
— perfecta, — imperfecta, — semiperfecta, — semiimperfecta, 132, *a*.
Laufenburc (Henricus de), xvi.
Laurentius de Urbe Veteri, xxxvi.
Leno (Antonius de), xxx — 307 — 321, *a* — 322, *a*.
Leo Hebreus, x — xi.
Libro Castro (Henricus de), xvii.
Ligatura, 8 — 9 — 42, *b* — 55, *b* — 75 — 152, *b* — 219 — 241 — 242 — 243 — 337 — 402, *b* — 404, *a*.
Linea, 16, *a*.
Lippmann (Augustus), xl.
Littera, 36, *a*.
Longa, 29, *b* — 46, *b* — 104, *a*.
— (duplex), 20, *a*.
— perfecta, 132, *a* — imperfecta, ibid. — semiperfecta, ibid. — semiimperfecta, ibid.
— simplex, 41, *a*.
Luca (Antonius de), vi — xvii — xxxvi.
Luca del Castello de Lendinare, xxvii.

M

Maneries duodenaria, 405, *a* — 406 — novenaria, ibid. — octonaria, 407, *a* — senaria, 405, *b* — 406.
Mantua (Johannes de), vi — vii.
Manus musicæ, 417, *b*.
Marchetus de Padua, vi — xiv — xxv — xxvi — xxii — xxviii — 1, *a* — 191, *b*.
Marie preconio, motetus, 412, *b* — 413, *a*.
Martini (P.), xiii — xxv — xxxv.
Mascandio (Guillelmus de), xii — xix.
Maxima, 104, *a*.
Maxima perfecta, 46, *a* — imperfecta, 46, *b*.
Mensura, 129, *b*.
Minima, 19, *a* — 32, *b* — 41, *a* — 104, *a* — 341, *a* — 413, *a*.
— perfecta, 132, *a* — imperfecta, ibid. — semiperfecta, ibid. — semiimperfecta, ibid.
Minima semiplena, 121, *b*.
Mi contra fa, 71, *b* — 115, *b*.
Misera, motetus, 20, *b*.
Modi, 20, *a* — 180, *b* — 181, *a*.
— seu formæ, 422, *b*.
— cognoscendi mensuras, 227, *a*.
— contrapuncti Anglicorum, 288, *b*.
— (variationes), 20, *a*.
Modus dyatonicus, 14, *a* — chromaticus, ibid. — enarmonicus, ibid.
— perfectus, 20, *b* — 29, *a* — 41, *a* — 88 — 276, *a* — 338, *a* — imperfectus, 20, *a* — 29, *a* — 41, *b* — 88 — 276, *a* — 338, *b*.

Digitized by Google

Modus Gallicus, 6, *a*, *b*. — Italicus, 5, *b* — 6 — 7.
— maximarum, 236, *b* — 237, *a* — longarum, 237.
Molendinum de Paris, motetus, 414, *b*.
Monachus (Guillelmus), xxix — 279.
Monocordi proportiones, 15, *a*.
Monocordum, 13, *b*.
Mora, 178, *b*.
Moravia (Jeronimus de), vii.
Morel (P. Gallus), xiii.
Morley, xxvi.
Morton, xxxi.
Motetus, 19, *b* — 21, *a*.
Moteti Philippi de Vitriaco, xii — xiii — 350, *b*.
Motus brevior, 183, *b* — 186, *a*.
Murino (Egidius de), xxiv — 124 — 128, *b*.
Muris (J.), ix — x — xii — xiv — xvii — xviii — xix — xx — xxi — xxvi — xxviii — xxix — xxxi — xxxiv — xxxv — xxxvi — xxxix — xl — 210, *a* — 247, *b* — 262, *b* — 381, *a* — 396, *a*.
Musica (diffinitio), 417, *a*.
— duplex, — positiva, — mensurativa, 129, *b*.
— falsa, 18, *a*, *b*.
— figurata, 462.
— immensurabilis, — mensurabilis, 129, *a* — 178, *b* — 417, *a*.
— mensurabilis in tribus gradibus, 340, *a*.
— mundana, — humana, — instrumentalis, 13, *a*.
— naturalis, — vocalis, — artificialis, — instrumentalis, — armonica, 178.
— nova, — antiqua, 334 — 364.
Musicus, 178, *a*.
Mutatio falsa, 18, *a*.
Mutationes, 17, *a*.

N

Natura, 16, *b*.
Nicolaus de Aversa, xxxiv — 392, *a* — 395, *b* — 396, *a*, *b*.
Nicolaus Parmensis, vi — xxxvi.
Nicoletti, xxxi.
Nomina temporum, 21, *b*.
— vocum, 16, *a*.
Nota equivoca, 371, *b* — 372, *b* — 375, *a* — caudata a parte inferiori, 371, *b*.
Nota signata, 371, *b*.
— duplex, 129, *b* — plana, ibid. — mensurata, ibid.
Notæ perfectæ et imperfectæ, 345 — 346.
— punctatæ, 163, *a*.
— rubeæ, xix — xxiii — 21, *a* — 33, *b* — 392, *b* — 393, *b* — 414, *a*.
— vacuæ, 393, *b*.

O

Oberhoffer (D.), xxxviii.
Ocheghem, xxxi.
Octava, 70, *a* — 195, *b*.
O Maria maris stella, motetus, 412, *b*.
O Maria Virgo Davidica, 413, *a*.
Orbis orbatur, motetus, 20, *b*.
Ordo consonantiarum, 290, *a*.
Organum, proprie, — communiter, 335, *b* — 363, *b*.
Osmensis, xxxii.
Otto (Odo), 26, *b*.

P

Palme contrapunctorum, 291, *b*.
Paris (Paulin), ix — xii.
Parisinum Studium, 23, *b*.
Pausa immensurabilis, 349, *b*.
Pausa semibrevis dicta *crochetus*, 154, *b*.
Pausæ, 45, *a* — 57, *b* — 127, *b* — 154, *b* — 188, *b* — 192, *b* — 221, *a* — 349, *a* — 397, *a* — 401, *b* — 403, *b* — 404, *b*.
Pelagulfus, xxxi.
Perinetus, 396, *a*.
Petrarca, xii.
Petrus de Cruce, 179, *a*.
Philippus de Vitriaco, viii — ix — x — xi — xii — xiii — xvi — xvii — xxi — xxix — xxxiii — xxxiv — xxxv — xl — 23 — 28 — 29, *a* — 35, *b* — 107, *a* — 108, *b* — 109, *a* — 191, *a* — 337, *a* — 340, *a* — 350, *b* — 371, *a* — 408, *a*.
Philippotus, 400, *b* — 402, *b*.
Philippotus Andreas, xvi — 116.
Philippus, 192, *a*.
Philippus de Caserta, xl — 118.
Philippus Parisiensis (magister), xxxiii — 405, *a*.
Philomena, motetus, 408, *b*.
Plessys (Toussaint du), ix.
Plica, 337, *a*.
Plumet vel Plumer, xxx.
Plures errores, motetus, 21, *b*.
Pontevico (Antonius de), xxvii.
Portio naturæ, motetus, 397, *b*.

Digitized by Google

Presidentes, motetus, 182, *a*.
Prolatio duodenaria major, minor, minima — novenaria major, minor minima — octonaria major, minor, minima — senaria major, minor, minima 138, *b* — quaternaria, 139, *a*.
Prolatio major, 41, *b* — minor, ibid.
Prolationes, 46, *a* — 76 — 77 — 78 — 79 — 80 — 81 — 84 — 85 — 86 — 87.
Proportiones, 14, *b* — 95 — 99 — 322, *b* — 324 — 327 — 328 — 277, *a*.
Proportiones geometricæ, 472, *a*.
Proportiones musicales, 471, *b* — 472.
Proprietates musicæ, 16, *b*.
Prosdocimus de Beldemandis, xiv — xxvi — xxvii — xxviii — xxix — 193 — 200 — 228 — 248 — 258.
Punctus, 38, *a* — 42, *a* — 53, *a* — 83, *b* — 92, *a* — 275, *a* — 322, *b* — 345, *a*.
Punctus perfectionis, — divisionis, — additionis, — demonstrationis, 42, *a*.
Punctus vacuus, 120, *a* — 121, *a*.

Q

Quadrangules cum tractaculis, 33, *a* — 54, *a*.
Quadruplum, 361, *b*.
Quadratum (♮), 16, *b*.
Quadrulus, 20, *b*.
Quaranta (Bernardus), xxiii.
Quelz avis, motetus, 21, *b*.
Quietantia, 397, *a*.
Quinta, 70, *a* — 193, *b*.
Quintuplum, 361, *b*.

R

Regulæ contrapuncti, 27 — 28 — 73, *b* — 116 — 117 — 118 — 292, *a*.
— discantus, 36, *b* — 37, *b* — 69, *b* — 333.
— de perfectis et imperfectis, 47 — 48 — 49 — 50 — 51.
— circa compositionem, 295, *b*.
— organi, 364, *a*.
Reiteratio consonantiarum, 69, *a*.
Reiteratio vitanda est, 291, *a*.
Rex Johannes, motetus, 397, *b*.
Rex Karolus, motetus, 118, *b* — 396, *a*.
Romana curia, 360, *b* — 362, *b*.
Rondeaux, xii.
Rondellus, 18, *b* — 21, *a* — 128, *b*.
Rose sans per, rondellus, 394, *b*.
Rundela, 463, *a*.

S

Sadzé (Christianus) de Flandria, xxix — xl — 264 — 273.
Schilling, xiv.
Schubiger (A.), viii — xiii — xxxvii — xl — 416, *a*.
Semibreves, 18, *b* — 19 — 46, *b* — 81, *b* — 104, *a*.
Semibrevis perfecta, — imperfecta, — semiperfecta, — semi-imperfecta, 132, *a*.
Semicirculus, 393, *a*.
Semiconcordia, 462, *b*.
Semiditonus, 24, *b* — 36, *b* — 59 — 68, *a*.
Semiminima, 19.
Semiminime, 413, *b*.
Semitionium, 17 *b* — 18, *a* — 24, *a* — 26, *b* — 36, *b* — 59 — 41, *a* — 185, *a*.
Semyditonus cum diapente, 25, *b* — 37, *a* — 59 — 69, *a*.
Sexta, 70, *a* — 195, *a* — plena de tonus, 71, *a* — non plena de tonus, ibid.
Sguarcialupi, xxii.
Signa, 392, *b*.
— mensuræ, 214, *b* — 273 — 274 — 299, *a*.
Signa numeri ternarii, 234, *a* — binarii, ibid.
— perfectionis, 234, *a* — 299 — imperfectum, ibid.
— temporis perfecti, 19, *b* — temporis imperfecti, ibid.
— temporum, 19, *b*.
— varia ad cognoscendas mensuras, 234, *b*.
— vocum, 16, *a*.
Signata (nota), 371, *b*.
Soni tardi, 179, *a* — tardiores, ibid. — veloces, ibid. — velociores, ibid.
Spatia, 16, *a*.
Spataro, xxiv.
Specierum ordinatio, 13, *a* — 26, *b*.
— repetitiones, 26, *b*.
Species, 59, *a*.
— cantus sive discantus, 23, *a* — tredecim, 23, *a*, *b*.
— concordantiarum, 36, *b*.
— consonantiarum, 12, *a* — 28, *a* — perfectæ, ibid. — imperfectæ, ibid.
— discantus, — perfectæ, — imperfectæ, 115, *b*.
— discantus et contrapuncti, 74, *b*.

Digitized by Google

Species perfectæ, — imperfectæ, — discordantes, 27, *a*.
Stane, xxxi.
Syncopa, 56, *b* — 57, *a* — 165, *a* — 224, *a* — 245, *a* — 306, *b* — 354, *a* — 391, *a*.
Syphante (frater), vi.

T

Talea, 58, *b* — 225, *b* — 247, *b*.
Tarbé, x — xi.
Tempus divisum in novem, 10, *a* — divisum in sex, ibid. — divisum in minus tribus, 10, *b*.
— duodenarium, — novenarium, — senarium, 230, *b*.
— imperfectum modi Italici, 11, *a* — imperfectum modi Gallici, 10, *b*.
— minimum, 21, *b* — medium, ibid. — 22, *a* — majus, 21, *b*.
— perfectum, 1, *a* — 8, *b* — 9, *a* — 20, *b* — 41, *b* — imperfectum, 5, *a* — 20, *b* — 41, *b* — partim perfectum, 20, *b* — partim imperfectum, ibid.
— medium perfectum, 22, *a* — minimum imperfectum, 22, *b* — majus imperfectum, ibid.
— quaternarium, — senarium, — novenarium, — duodenarium, — octonarium, — ternarium, 230 — 231 — 235.
Tenor coloratus, 125, *b*.
— mixtus, 105, *b*.
— motettorum, 21, *b*.
Tenores (de modo compenendi), 225, *a* — 361, *a*.
Tenoris divisio, 126, *a*.
Termini, 354, *a*.
Tertia, 70, *a* — plena de tonis, 70, *b* — non plena de tonis, ibid.
Testadraconibus (Mathæus de), xxxi.
Testadraconis vide Testadraconibus, xxxv.
Tewkesbury (Thomas), x.
Theinred, v — vi.
Theodoricus de Campo, xi — xxv — 177.
Thoma tibi obsequia, motetus, 21, *a*.
Tinctoris, v — vi.
Toni permixti, 467, *a*.
Tonus, 17, *b* — 24, *a* — 36, *b* — 59 — 99, *a* — 193, *a*.
— capitalis, 460, *a*.
— sonorum, 36, *a* — musicus, ibid.
— cum diapente, 25, *b* — 36, *b* — 39 — 69, *a*.
— peregrinus, 458, *a*.
Tractus, 354, *a*.
Trahyn, 123, *b*.
Traineum, 123, *b*.
Triplices, 361, *b*.
Triplum, 125, *a* — 128, *b*.
Tritonus, 25, *a* — 59.
Truncatio, 362, *b*.
Tunstede, v — vi — xi.

U

Ugolinus de Urbe Veteri, xvii.
Unisonus, 17, *b* — 24, *a* — 36, *b* — 59 — 68, *a* — 70, *a* — 195, *a*.

V

Valentinellus, xxx.
Variationes modorum, 20, *a*.
Viella, 13, *b*.
Verulus (Joannes) de Anagnia, xxv — 129 — 177, *b* — 193, *a*.
Vironellus simplex, 128, *b* — duplex, ibid.

W

Weyts (Nicasius), xxix — xl — 222.
Wolf (Ferd.), xii — xv.

Y

Ypra (Joannes de), xxv — 178, *b*.

Z

Zacharias (Magister) Cantor Domnum Popæ, xxii.
Zamorensis (Agichus), 417, *a*.
Zelandria (Henricus de), xxi — xl — 113.
Zeltenpferd, xxxviii — 414, *a* — 415, *a*.

Digitized by Google

Digitized by Google

ELENCHUS OPERUM

QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

I

MAGISTRI MARCHETI DE PADUA

Brevis compilatio in arte musicæ mensuratæ.

	Pag.
Incipit brevis compilatio Magistri Marcheti musici de Padua, in arte musice mensurate pro rudibus et modernis	1
De tempore imperfecto	5
De figuris compositis seu ligatis	8
Tempus perfectum recte divisum in duodecim.	9
Item tempus divisum in novem.	10
Tempus perfectum minus divisum in sex.	10
Tempus perfectum minus divisum in tribus.	10
Tempus imperfectum recte modi Italici divisum	11
Tempus imperfectum minus	11
Tempus imperfectum modi Gallici.	11

II

JOHANNIS DE GARLANDIA

Optima introductio in contrapunctum pro rudibus.

Cap. I. (De speciebus)	12
Cap. II. De ordinatione specierum	13

Digitized by Google

III

PHILIPPI DE VITRIACO

Ars nova.

De monocordi proportione 15
De operatione monocordi 16
De partibus musice 16
De proprietatibus musice 16
De mutationibus 17
De musica 17
De semitonio 17
De tempore imperfecto 18
De signis temporum perfectorum et imperfectorum 19
De variationibus modorum perfectorum et imperfectorum. 20
De notulis rubris. Cap. I 21
— Cap. II 21
De nominibus temporum imperfectorum 21
De medio tempore perfecto. 22
De minimo tempore imperfecto 22
De tempore majori imperfecto. 22

IV

ARS CONTRAPUNCTUS

Secundum Philippum de Vitriaco.

Incipit introductio contrapunctus. — Prologus 23

TRACTATUS PRIMUS :

Caput primum. — De tredecim speciebus 23
— De secunda specie 24
— De tertia specie 24
— De quarta specie 24
— De quinta specie 24
— De sexta specie 25
— De septima specie 25
— De octava specie 25

Digitized by Google

Caput primum. — De nona specie 25
— De decima specie. 25
— De undecima specie 25
— De duodecima specie. 25
— De tertiadecima specie 26

TRACTATUS SECUNDUS :

Caput primum. 26

TRACTATUS TERTIUS :

Capitulum primum, repetitio predictorum 26

V

ARS PERFECTA IN MUSICA

Magistri Philippoti de Vitriaco.

Incipiunt optime regule contrapuncti 28

VI

PHILIPPI DE VITRIACO

Liber musicalum.

Quoniam de arte etc. 35
De modis 41
De temporibus. 41
De prolationibus 41
De punctis. 42
De ligatura notularum 42
De alterationibus notularum 43
De figurationibus pausarum. 45
Regula generalis 45

VII

LIBELLUS CANTUS MENSURABILIS

Secundum Johannem de Muris.

TRACTATUS PRIMUS :

Capitulum primum. — De quinque partibus prolationis 46

Digitized by Google

Capitulum secundum. — De duplici modo 47
Capitulum tertium. — De duplici tempore 47
Capitulum quartum. — De dupla prolatione.. 47
Capitulum quintum. — De imperfectione note 47

TRACTATUS SECUNDUS :
Capitulum primum. — De alteratione in musica 52
Capitulum secundum. — De duplici minima 53
Capitulum tertium. — De causa alterationis alicujus note. 53

TRACTATUS TERTIUS :
Capitulum primum. — De puncto. 53

TRACTATUS QUARTUS :
Capitulum primum. — De distinctione temporis, prolationis et modi. 54

TRACTATUS QUINTUS :
Capitulum primum. — De modis 55

TRACTATUS SEXTUS :
Capitulum primum. — De ligaturis 55

TRACTATUS SEPTIMUS :
Capitulum primum. — De sincopis 56
Capitulum secundum. — De sincopa, si fiat in tempore perfecto et imperfecto. 57

TRACTATUS OCTAVUS :
De pausis 57

TRACTATUS NONUS :
Capitulum primum. — De diminutione motettorum 58

TRACTATUS DECIMUS :
Capitulum primum. — De colore 58

VIII

ARS CONTRAPUNCTI

Secundum Johannem de Muris.

Quilibet affectans etc. 59
De diminutione contrapuncti 62
De contrapuncto facto in tempore minori. 65
Sequitur de tempore imperfecto majori de quo fit hec prima conclusio 66

Digitized by Google

IX

ARS DISCANTUS

Secundum Johannem de Muris.

Ad sciendum artem etc. 68
De speciebus discantus et contrapunctus 74
De figuris sive modis notularum et ligatione. 75
De prolatione 76
De imperfecta prolatione 79
De prolatione perfecti minoris 81
De alteratione ejus 82
De punctu 83
De imperfecta prolatione minoris 84
De numero et de prolatione trinaria 85
De modo perfecto et imperfecto cantus 88
De punctu 92
De compositione contrapunctus. 92
De compositione carminum 93

II. — Proportionis diffinitio 95
De proportione dupla. 95
— tripla. 95
— quadrupla 95
De genere superparticulari 96
Secundum genus 96
Proportio sesquialtera 96
De proportione sesquitrina 96
De proportione sesquiquarta 97
De proportione sesquioctava 97
De genere superpartiente 97
De proportione superbipartiente 97
De proportione superquatripartiente 97
De multiplici particulari. 98
De proportione dupla. 98
De sesquitrina 98
De tripla 98
De submultiplici 98
De superpatiente 98

Digitized by Google

De superbipartiente 98
De proportione tripla 98
De supertripartiente 99
De colore musicali 99

III. — De octo tonis 99
Cognitio intonationum 99
De modo intonandi 100
De tono majori 100
Ad sciendum cujus toni sunt gradualia, invitatoria etc. 101

IV. — De diffinitionibus accidentium musicæ. 102
Accidentia longe 102
Accidentia brevis 103
Accidentia semibrevis 103
Accidentia minime 103
Quid est musica 103
Accidentia figure. 103
Ordinatio figurarum. 105
Quot modis perficitur imperfectum 105
Quomodo perficitur imperfectum 105

V. — Sequuntur quædam notabilia utilia. 106

VI. — Quædam conclusiones de perfectione et imperfectione figurarum per Magistrum Johannis de Muris. 109
Prima conclusio 109
Secunda et tertia conclusio. 109
Quarta conclusio 110
Quinta conclusio 111
Sexta et septima conclusio 111
Octava conclusio 111
De latentia conclusionum specialium 111

X

HENRICI DE ZELANDIA

Tractatus de cantu perfecto et imperfecto.

Gaudent musicorum discipuli 113

Digitized by Google

XI

MAGISTRI PHILIPPOTI ANDREÆ

De contrapuncto quædam utilia.

Post octavam quinta etc. 116

XII

PHILIPPI DE CASERTA

Tractatus de diversis figuris per quas diversimodo discantantur per aliquas regulas non sequentes modum tenoris sed alterius temporis.

Quoniam sicut Domino etc. 118
Cap. I. — De diminutione figurarum 119
Cap. II. — De evacuatione figurarum 119
Cap. III. — De augmentatione figurarum 120
Cap. IV. — De diminutione et augmentatione. 120
Cap. V. — De tempore perfecto majoris prolationis 121
Cap. VI. — De tempore imperfecto majoris prolationis 122
Cap. VII. — De tempore perfecto minoris prolationis 122
Cap. VIII. — De tempore imperfecto minoris prolationis 123

XIII

MAGISTRI ÆGIDII DE MURINO

Tractatus cantus mensurabilis.

De modo componendi tenores motettorum 124

XIV

JOHANNIS VERULI DE AGNANIA

Liber de musica.

Cum igitur de arte etc. 129

Digitized by Google

Postquam aliqualiter visum est de musica plana, videatur de musica mensurabili. 130
Videndum est quid sit mensura 130
De divisione temporis 130
Omissa divisione omnium temporum, videndum est sicut dividitur dies naturalis, ubi agnoscitur mensura temporis secundum musicam 130
Viso de mensura, videndum est quid sit figura, et quot sint species figurarum. 131
Videndum est quid sit proprietas et opposita proprietas in notis, et in quo differt 131
Quid sit opposita proprietas videamus 131
De nomine. 131
Dicendum est de proprietatibus figurarum, quia alia simplex, alia composita 131
Dicto de figuris dicendum est de perfectionibus, quid sint 131
Viso de modo, videndum est de divisione temporis 131
Quot sint species figurarum 131
Dicto de figuris, dicendum est de valore supradictarum 132
Viso quid sit larga, videndum quid sit larga imperfecta. 132
Dicto que et quot sunt figuræ sive species figurarum et valor predictarum, et qualiter per ista nomina nuncupantur; dicendum est de divisionibus ipsarum specierum, ut sequitur. . 133
Dicto de diversitatibus ut supra, dicendum est de diversitatibus divisionum et prolationum temporis 133
De divisionibus temporum 133
Dicto de divisionibus, dicendum est de larga majori, minori et minima. 133
Dicto de proprietatibus divisionum temporum, nunc videndum est de modis, et quid sint. 134
Dicto de modo et proprietatibus modorum, dicendum est, sicut definiunt maneries . . . 134
Quid si divisio temporis 134
Quid sit prolatio 134
His omnibus visis universaliter, videndum est de istis particulariter, ut plenius notitia habeatur. 135
De larga minima 135
Dicto superius de continentia largarum, restat dicere de divisione ipsarum 135
Viso superius de larga majori, videndum est sicuti dividitur larga minor. 136
Dicto de larga minori, dicendum est de minima 136
Dicto de divisionibus et subdivisionibus largarum, dicendum est de divisionibus et subdivisionibus temporum. 137
Quomodo accipitur tempus 137
De tempore, quando dividitur in duas inequales partes. 137
Super eodem 138
Super eodem 139
Super eodem 140
Dicto de divisionibus et subdivisionibus temporis perfecti majoris duodenarie divisionis et majoris prolationis, dicendum est de divisionibus et subdivisionibus temporis perfecti minoris seu medii. 142
Visis omnibus divisionibus et subdivisionibus substantialibus temporis prefati majoris et minoris,

Digitized by Google

videndum est de divisionibus temporis prefati numeri seu prefati diminuti et proprii que in mensura seu in valore sunt idem quod tempus 36 athomorum est valoris, particulariter vocis 18, et de prolatione majori minimarum 6 143
Visis omnibus supradictis, ut patet aperte, sequitur aliquid dicere potius et ostendere figuras arborum, quarum superius fecimus mentionem 146
De altera aliquid dicere oportet. 151
De speciebus figurarum. 152
Dicto de speciebus simplicium longarum et brevium, et aliqualiter de semibrevibus ligatis, modo dicere oportet de ligaturis. 152
Dicto de prima et ultima nota tam cum proprietate quam sine proprietate, et sicut longe ligate tam prime quam ultime per quinque species cognoscuntur, et quod omnes medie tam ascendentes quam descendentes sunt breves ; dicendum est de opposita proprietate, que cognoscitur per modum infrascriptum videlicet, et quid sit, ut hic exponitur. . . . 154
De pausis 154
Ordinande sunt principales divisiones, postquam visum est de temporibus brevium, et earum equalitatibus et inequalitatibus cum proprietatibus ea sive cujusmodi ligate et non ligate dicuntur, et de divisionibus, figurationibus, et de aliis, que ostenduntur in arboribus, tam perfectis quam imperfectis 158
De nota punctata 163
Visis diversitatibus divisionum manerierum et figurationum, ut superius patet, videndum est quia per plures modos potest dividi in senarium supradictum tempus novenarie etiam divisionis. 166
Visis diversitatibus divisionum ut supra, vidende sunt diversitates quando dividitur in septem predictum tempus. 168
Viso quomodo figurantur septem note pro tempore novenario, videndum est sicut figurant octo pro dicto tempore 170
Visis omnibus, ut supra patet, de tempore novenario vidende sunt diversitates figurationum temporis imperfecti sexte divisionis. 171
Dicto de diversitatibus manerierum figurationum perfecti temporis, et reductionum novenarie divisionis, et sexti imperfecti temporis a predicto perfecto tempore derivato. Dicendum est de diversitatibus manerierum divisionum seu reductionum, et figurationum temporis perfecti minimi seu diminuti, quod idem est senarie etiam divisionis 173
Visis divisionibus manerierum et figurationum temporis perfecti novenarie divisionis, et imperfecti senarie ab ipso derivato, et temporis perfecti diminuti, seu minimi senarie etiam divisionis, dicendum est sicut dividitur tempus divisionis quaternarie que descendit a dicto tempore perfecto diminuto. 176
De minima, quando debet mutare figuram. 177

Digitized by Google

XV

FRATRIS THEODORICI DE CAMPO

De musica mensurabili.

Omnis ars sive doctrina 177
De longa, brevi et minima 179
De cognitione brevium et longarum 179
De valoribus notularum in suis generibus 180
De valore cujuslibet notule 181
De equalitate brevium 182
De breviori motu 183
De brevibus perfectis et alteratis, et de imperfectis 184
Capitulum de semimininis 185
De motu longe 186
Capitulum de pausis 188
Capitulum de copulis 189
Diffinitio semiminimarum 190
De pausa, utrum possit alterari vel non 192
De minima, utrum possit imperfici vel non 193

XVI

PROSDOCIMI DE BELDEMANDIS

Tractatus de contrapuncto.

TRACTATUS PRIMUS :
De contrapunctu. — Prologus 193
Capitulum primum 194
TRACTATUS SECUNDUS :
Capitulum primum. — De declaratione combinationum 194
Capitulum secundum. — De ordinatione combinationum 197
TRACTATUS TERTIUS :
Capitulum primum. — De ficta musica 198

Digitized by Google

XVII

PROSDOCIMI DE BELDEMANDIS

Tractatus practice de musica mensurabili.

Quoniam multitudo etc. 200
De alteratione 211
De puncto 213
De signis mensure 214
De ligaturis 219
De pausis 221
De sincopa 224
De diminutione 224
De augmentatione 225
De colore et talea 225
De modo cognoscendi mensuras cantuum 227

XVIII

PROSDOCIMI DE BELDEMANDIS

Tractatus practice de musica mensurabili ad modum Italicorum.

Ars practice cantus mensurabilis etc. 228

XIX

PROSDOCIMI DE BELDEMANDIS

Libellus monocordi.

TRACTATUS PRIMUS :
Capitulum I. — Prologus 248
Capitulum II. — De differentia istorum trium modorum 249
Capitulum III. — De divisione monacordi 249
Capitulum IV. — De positione ficte musice in monocordo 251
Capitulum V. — De primo modo collocandi fictam musicam 252
Capitulum VI. — De defectu hujus modi collocandi fictam musicam 253
Capitulum VII. — De secundo modo collocandi fictam musicam 254
Capitulum VIII. — De defectu hujus divisionis. 256
Capitulum IX. — De tertio modo dividendi monocordum 257

Digitized by Google

XX

PROSDOCIMI DE BELDEMANDIS

Brevis summula proportionum.

Tibi, dilecte frater, etc. 258

XXI

NICASII WEYTS, CARMELITE

Regule.

Omnis nota in cantu etc. 262

XXII

CHRISTIANI SADZE DE FLANDRIA

Tractatus modi, temporis, prolationis.

Omnem scientiam etc. 264
Sequitur declaratio modi. 267
Sequitur de tempore. 267
Sequitur de prolatione 268

XXIII

GUILLELMI MONACHI

De preceptis artis musice et practice compendiosus libellus

Guillelmi Monachi cantoris integerrimi ac viri eruditissimi de preceptis musice et practice compendiosus libellus. 273
De proportionibus 277
De modis Anglicorum 288
Regula ad componendum tribus vocibus non mutatis 289
Incipit tractatus circa cognitionem contrapuncti, tam secundum Francigenorum quam Anglicorum, cum duabus et cum tribus vocibus et cum quatuor compositis 290

Digitized by Google

Sequuntur palme contrapunctorum 291
Regulæ contrapuncti Anglicorum 292
Sequuntur alique regule circa compositionem 295
Alius modus componendi cum tribus vocibus 298
Incipit tractatus de cantus organico 299

XXIV

ANTONII DE LENO

Regulæ de contrapuncto.

Le infrascripte son le regule de contrapuncto 307
Contrapuncto a nota per nota 308
Contrapuncto de III note per una 318
Fiorlise. — De prolatione 321
De alteratione 322
Ponte de divisione 322
Proportioni de sesquitertia 324
De la sesquialtera 325
De la dupla 325
De la dupla superbiciens 326
De proportione tripla. 326
De proportione quadrupla 327
De le polse 328

XXV

JOHANNIS DE HOTHBI

Regulæ super proportionem.

Regule fratris Johannis Hothbi super proportionem et cantum figuratum 328

XXVI

JOHANNIS DE HOTHBI,

De cantu figurato.

De cantu figurato secundum eumdem fratrem Johannem Hothby carmelitam. 330

Digitized by Google

XXVII

JOHANNIS HOTHBI
Regulæ supra contrapunctum.

Quamvis species etc. 333

XXVIII

ANONYMI I.
De musica antiqua et nova.

Dictis aliquibus circa plenum etc. 334
I. — De quantitate musice mensurabilis 335
II. — De divisione et diffinitione musice. 335
III. — De figuris et nominibus figurarum 336
IV. — De modis perfectis et imperfectis. 338
V. — In quibus numeris musica consistit 340
VI. — De punctis, et de eo quod longa, brevis, semibrevis possunt perfici et imperfici per puncta 345
VII. — De alterationibus 348
VIII. — De pausis 349
De discantu :
De consonantiis et dissonantiis. 354
Qualiter discantandum est 356
De modo operandi in discantu, de conductis, et de modo pronuntiandi tenorem. 361
De copula. 362
De truncationibus que Hoketi vocuntur 362
De organo. 363

XXIX

ANONYMI II
De musica antiqua et nova.

Ad evidentiam valoris etc. 364

Digitized by Google

XXX

ANONYMI III

Copendiolum artis veteris et novæ.

Quoniam per ignorantiam etc 370

XXXI

ANONYMI IV

Compendium artis mensurabilis tam veteris quam novæ.

Si quis artem musice etc. 376

XXXII

ANONYMI V

Ars cantus mensurabilis.

Incipit ars cantus mensurabilis mensurata per modos juris et cum allegationibus ad hoc sufficienter inclusis 379

I. De musica mensurabili.

De puncto. 382
Sequitur de imperfectionibus 383
Sequitur de imperfectione maxime perfecte cujus omnes partes sunt perfecte. 384
Sequitur de modo longarum 386
Sequitur de imperfectione ipsius longe perfecte cujus omnes partes erunt perfecte. . . . 386
Sequitur de tempore perfecto 387
Sequitur de prolatione perfecta sive majori 388
De imperfectione ipsius. 388
De modo imperfecto maximarum 389
De longa imperfecta cujus omnes partes sunt perfecte 389
De brevi in tempore imperfecto majoris prolationis. 389
De semibrevibus minores prolationes. 389
De alteratione. 389
De syncopa 391
De signis 392

Digitized by Google

De rubeis figuris et vacuis. 393
Sequitur de pausis 397
Sequitur de talla et colore. 397
Sequitur de diminutione. 398
II. De contrapuncto 398

XXXIII

ANONYMI VI

De musica mensurabili.

De vertute numeri ternarii. 398
De forma figurarum et de valore earum. 399
De nominibus ipsarum figurarum. 400
De pausis 401
De ligatures et differentiis earum. 402
De pausis 403
Conclusiones perfectionum et imperfectionum et alterationum 403

XXXIV

ANONYMI VII

De diversis maneriebus in musica mensurabili.

Sic formantur breves. 404

XXXV

ANONYMI VIII

Regulæ de contrapuncto.

Consonantie contrapuncti etc. 409

XXXVI

ANONYMI IX

De musica mensurabili.

In der mensurabili musica etc. 411

Digitized by Google

XXXVII

ANONYMI X.

De minimis notulis.

Item notandum etc. 413

XXXVIII

ANONYMI XI.

Tractatus de musica plana et mensurabili.

Quare musica studetur? 416
Sequitur de naturis coujunctarum. 426
Pars secunda de musica figurata 462
Sequuntur nunc regule compositionem docentes. 463
Ars cujuslibet discantus. 464
Sequitur ars contratenoris 465
Sequuntur regulæ quinque in forma per quas formari potest contratenor cujuslibet contrapuncti 466
Sequitur de naturis conjunctarum. 469
Sequitur hic aliqua declaratio atque denominatio 471

XXXIX

ANONYMI XII

Compendium cantus figurati.

Cap. I. — De diffinitione musice 475
Cap. II. — De notarum speciebus 477
Cap. III. — De modo 478
Cap. IV. — De tempore 479
Cap. V. — De prolatione 479
Cap. VI. — De pausis 480
Cap. VII. — De imperfectione. 481
Cap. VIII. — De punctis 482
Cap. IX. — De perfectione 482

Digitized by Google

Cap. X. — De signis 483
Cap. XI. — De syncopatione 483
Cap. XII. — De alteratione 484
Cap. XIII. — De duplicatione. 485
Cap. XIV. — De proportionibus 486
Signa secundum modernos 489
Signa secundum antiquos 490
De Discantu. 491
Prolatio 492
De signis prolationum 493
De contrapuncto 493
De pausis 493
De perfectione 494
De puncto 494
De imperfectione 494
De alteratione. 494

L

ANONYMI XIII

Tractatus de discantu.

Qui veult savoir etc. 496

Digitized by Google

EMENDENDA

TOMI TERTII.

Pag.	Col.	Lin.	Pro	Lege
XII	»	7	Angliici	Anglici
XIII	»	8	Aliorumque	Aliorum
1	1	1	Mesuratus	Mensuratus
3	»	14	Fuerent	Fuerint
»	2	»	Ternarium	Ternariam
12	1	19	Descendit	Ascendit
»	2	22	Imperfecte	Perfecte
18	1	4	Cautus	Cantus
»	»	15	Cum discantu cum	Cum discantu et cum
»	2	4	Post generaliter sequitur octavam et aliquando decimam	Post octavam generaliter sequitur decima et aliquando duodecima
»	»	8	Quintadecimam	Quintamdecimam
14	1	14	Tertiam	Tertium
19	6	28	Obliquos	Obliqui
48	1	4	Opportet	Oportet
50	»	7	Minima. Et	Minima, et
54	»	18	Vacuas, nigras et	Vacuas nigras, et
55	2	19	Sine	Cum
56	1	11	Perfectione	Proprietate
»	»	13	Perfectione	Proprietate
»	2	1	Perfectione	Proprietate
57	»	10	Amissio	Omissio
232	»	8	Perfectionem	Prolationem
233	1	17	Pulcriorum	Pulcriorem
268	»	»	Perfecte	Perfecto
290	1	1	Anglicorum cum	Anglicorum (modos) cum
335	»	»	Quantate	Quantitate
338	»	18	V	IV
361	»	33	Pronuntiando	Pronuntiandi
367	2	1	Precedent	Precedunt
377	1	11	Breve	Brevi
388	2	9	Omns	Omne

Digitized by Google

Pag.	Col.	Lin.	Pro	Legè
385	2	18	Imperfectorum	Imperfectarum
391	1	26	Perfecta	Perfectam
398	2	7	Valentes	Valente
400	»	9	Existimatur	Estimatur
427	»	22	Tabellis	Tabella

Digitized by Google